

I  
00320

GEORG


Trapezium  
tius

Rhet.




25.









2-10-2-18



Num. 32. Cap. 2. num. 25.





*Handwritten scribble in brown ink, possibly a signature or date.*

b 18464026

GEORGII TRAPESVNTII VIRI DOCTISSIMI AT-  
QVE ELOQVENTISSIMI RHETORICORVM LI-  
BER PRIMVS.



Vm mihi in mentem uenit quanta oratorię facultatis tum  
utilitas tum dignitas sit: non possum non uehementer dole-  
re q̄ his nostris tēporibus nulla fere bonarū artium tā abiecta  
atq; contempta habeat. Nam & si nonnullę liberaliū artium  
ut geometria: ut arithmetica: & quę huius generis sunt omnino ab usu  
ceciderunt: ne non multū eas ad humanitatem ptinere dicam: non su-  
mus tamē in ipsis tantam passi iacturam: quantum ī hac humanitatis  
artium p̄clarissima: maximeq; necessaria. Nam in illis quidem ita in-  
tegra subtilissimorū scriptorum opera usq; ad presens extant: ut nihil  
ei desit qui proficere ī eis desideret nisi studiū ac diligentia. In hac uero  
dicēdi copia quāto plures scriptorum elegātissimi libri a maioribus no-  
stris tā latinis q̄ gręcis relictī sunt: tāto pauciores uel potius nulli his  
p̄ditis temporibus nostris reperiunt. Quod siue negligentia omnium  
siue eorum qui docent: quiq; orationis copiam profitentur ignorantia  
quadam aut perfidia factū sit: unusquisq; per seipsum consideret. Ego  
id existimo nisi bertolini: allani: aliorūq; huiusmodi libros: nescio an sa-  
tis utiles transcribere ab his: qui docent coacta esset posteritas: aut loco  
harum nugarum bonorū auctorum opera inuenirentur: aut saltem au-  
ditores non ībuti his delirationibus nudos animos ad humanitatis do-  
ctrinas facilius applicarent: quibus nihil unq; utilius: nihil dignius hōi  
a patre hominūq; deorūq; tributum est. Nam philosophia quidē qua  
omnes liberales artes continentur: si dicendi suauitate priuata sit: omnē  
orationis grauitatē infringit atq; concindit: totumq; ingenii succū aspe-  
ritate imbibit nimia. Q̄ si omnes mutum esse summū icommodū ar-  
bitrantur (carere enim omni humāitate profecto uidetur qui loqui nō  
potest) certe & male loqui Id uero summo icomodo humanitatēq; pri-  
uationi pximū ē. Quare posse tēporibus: locis: p̄sonis: causis: rebus: or-  
nate: distincte: copiose: atq; prudenter orationē accōmodare: quod huius  
artis officiū est: non parū felicitatis extimauerim. Quātus uero honor  
laus: dignitas in eos qui copiam dicēdi adepti sunt confluat: quę emo-  
lumenta: quę commoda homines eloquentia consequant: nemo facile  
poterit explicare. Nam & patriam fundare legibus: tutari consiliis: sen-  
tentiisq; suis amplificare disertus poterit: & amicis p̄sidio: & suis or-  
namento futurus est. p̄terea īmicis timorem: hostibus terrorem īcuti  
et. Quod macedonū reges: quū clarissimos oratores ab atheniensibus  
peterent: ut facilius denudatā custodibus urbem opprimere possent: ita  
esse declararūt: neq; nos terret quod a nonnullis ignorantia dicit orati



onis copiam: quod obfisset nonnūq̄ ciuitatibus ab ōni beneficiūta re. p. exterminandam uideri. Nec enī ullam artem inuenies: qua quibus cum uersamur detrimentum afferre non possumus. Quis ignorat q̄to facilius ceteris atq; cautiū salutē hominis medicus oppugnare possit? quis nescit iuriconsultum acuta nimium interpretatione legum: summum ius in summam iniuriam posse conuertere? At nemo est qui aut legum scientiam: aut medicinae doctrinam exterminet: tanto magis amplectuntur: quanto ciuitatū egritudines eadem arte: qua illatę sunt curari etiam solent. Pręterea eloquentia expulsa: nisi mutus esse malis: q̄ omnem societatem coniunctionemq; hominū: totamq; rem. p. funditus euerit: & in iudiciis & in senatu: & apud populum tibi nonnūq̄ dicendum est: ubi nisi dicendi copia ualeas: a malis & a loquacibus uiris simul cū re. p. euertere. Nō igit̄ obsunt rebus. p. hęc dicendi studia: sed profunt: non comprimunt: sed constituunt: nō euertunt: sed erigunt. nā si nulla essent nihilominus improbi pueriq; homines ac tāto magis q̄to se tueri oratione boni non possent: rebus nocerent. Quare ut non medicia: sed pditi medici: ut non ius sed improbi iuriscōsulti expellēdi sunt sic nec eloquentia eiicienda uidet̄. Sed hi qui quum disertī sint: improbi sunt: ac multo magis medicina: & ceteris artibus eloquentia est retinenda: nam neq; gubernari res. p. sine oratione poterit: nec improbos ciues arcebit: & a gubernaculis ciuitatis depellet: nisi uis eloquentię. huius ergo tam p̄clarissimę reꝝ publicaz tutricis studia tanto nobis ardentiore animo suscipienda illustrandaq; uident̄: q̄to diutius iacuerunt. Solēt enī p̄clarissimaz artiū iactura: nisi qui citius succurrat nō sufferendas calamitates: & publicas & priuatas iuehere. Quare his libris cū quę ab aliis benedicta iudicamus: tum quę ipsi legendis summi oratoris orationibus intelleximus: q̄ breuiter pro multitudine rerum fieri poterit explicare constituimus. Qua in re omnes summopere rogam⁹ atq; obtestamur: ne prius q̄ omnia perlegerint: de labore nostro iudicium efferāt. Sic. n. facile speramus quicqd laboris huius rei gratia sūpserimus: neminem fortassis improbatum.

**R**hetorica ē ciuilis scientia: qua cum assensione auditorū quoad eius fieri potest in ciuilibus quęstionibus dicimus. Huius facultatis materiā sicuti fere omnes in tria genera causarū diuidimus: quę quoniam genera ciuiliū quęstionum appellamus: de quęstione pauca dicamus. Quęstio ē inquirendę rei dubia propositio: ut sint ne plures mundi: sit ne ab atheniensibus indicendum bellū lacedęmoniis. Quęstionem in infinitionem & causam diuidimus. Infinitio est rei alicuius non implicita circumstātiis quęstio. Infinitionum alias ciuiles: alias speculatiuas appellamus. Speculatiua: quum ad ueritatem solum pertinet: bis relinquat̄: qui rerum causas subtilius rimantur. Ciuilis hoc ē

quę ad ciuitatem pertinet: oratori subiecta est. Ea est huiusmodi. Sit ne magnum studium: multaq; opera liberalibus artibus tribuenda: an homo qui occisus inuentus est sepe iudicandus sit. Causa est rei alicuius implicita circumstātiis quęstio: hoc pacto sit ne ducenda uxor platonis: An aiacē Vlyxes occiderit: Sit ne laudi Ciceroni q̄ in consulatu coniuratores occiderit. Hęc causa quam & ciuilem quęstionem dicimus: quę re infinitione contineat̄: i dicendo tamen infinitionem amplectit̄. Hanc igit̄ causam in tria genera diuidimus: demonstratiuum: deliberatiuum: & iudiciale. Nam cum tria sint auditorum genera: unum quod delectationē requirat: alterum quod consilium capiat. Tertium quod iudiciū exercitet. Tria etiam causarum genera esse necesse ē. deinde omnis res: quę ab oratore aut agit̄: aut dicitur: uel in iudicio uel extra iudicium uersat̄. Idq; postremū itez dupliciter partitur: Nā aut honestū solum: ex quo demonstratiuum orit̄ genus: uel honestū simul cum utili respicit: ex quo tota deliberatio confluere uidet̄. Pręterea quum tria tēpora sint: ac unicuiq; unum genus causę accomodatū sit: tria non esse genera causarum non possunt: Nam iudiciale p̄terito deliberatiuum consequenti: demonstratiuum instanti tempori attribuitur. Nam & si ex transacto tempore i demonstratiuum: sicut in deliberatiuum plerūq; rationes acquiruntur: non tamen ab eo quod probat: sed ab eo quod probat̄ causę denominandę sunt: postremo quicquid in disceptatione ciuili considerat̄: aut certum est: & ut cuiusq; animus fert: laudat: aut culpā: aut dubium. Cuius rei dubię si potestas est in nobis deliberatiuum. Si in aliis iudiciale conflare genus perclarissimum est.

Demonstratiuum est quod attribuit̄ in alicuius certę personę laudem uel uituperationē cum amplificatione. eius duę sunt partes laus & uituperatio: laus est oratio amplificatiua rerum bonarū: quas certę inesse personę dicimus. Vituperatio est oratio amplificatiua maliarum reꝝ: quas certę inesse personę dicimus.

Deliberatiuum est quod in consultatione positum: habet sententię dictionem. eius duę sunt ptes: suasio: & dissuasio: Suasio est oratio deliberatiua: quę primo i consultatione quid faciendum sit ostendit. Dissuasio est oratio deliberatiua: qua auditoribus aliam partē ac suasionē ostēsum est: persuadere conamur.

Iudiciale est quod positum in cōtrouersia habet accusationem & defensionem. Eius partes sunt duę accusatio & defensio.

Accusatio est oratio iudicialis: qua aut in crimen: aut in debitum rapimus aduersarium. Defensio est oratio iudicialis qua aut crimē: aut debitum a nobis repellimus. In iudicali genere finis est equitas: auditoris officiū absoluere uel damnare. In demonstratiuum finis ē honestas: auditoris officiū laude ne dignū sit: an uituperatiōe is: de quo dicit̄ existare.



In deliberatio finis est honesta utilitas: auditoris officium alteram partem deliberationis complecti. Officia oratoris: quas nonnulli rhetorice partes dixerunt: ut apud omnes preclarissime patet quinque sunt. Inuentio: Dispositio: Elocutio: Pronuntiatio: Memoria. Nam quum omnis dicendi copia rebus ac uerbis contineatur: Et res quidem disponere: uerba uero pronuntiare necesse sit: quattuor hinc oriri partes necesse est: Inuentionem cui dispositionem: & elocutionem: cui pronuntiationem adiutam esse putamus. Memoria uero & si in omnibus requiratur liberalibus artibus: tamen quod difficillimum sit: in conspectu multorum cunctis audientibus memoriter pronuntiare.

Huic excellentissime orationis commoditati potissime attribuatur. Inuentio est excogitatio rerum uerarum: aut uerisimilium: que causam probabilem reddunt. Dispositio est rerum inuentarum in commodissimis locis distributio. Elocutio est idoneorum dicendi generum ad inuentionem accommodatio. Pronuntiatio est uocis: uultus: gestus: moderatio: cum uenustate. Memoria est firma animi rerum & uerborum: & dispositionis perceptio. Hec omnia tribus possumus assequi rebus: natura: arte: & exercitatione. Nam & si nature acumine omnis acquiratur doctrina: tamen tum uocatum latera: ac gestum corporis: tum etiam copiam dicendi: & uolubilitatem lingue: & quandam postremo facilitatem partim ad inueniendum: partim ad explicanda: atque exornanda ea: que inuenta sunt: potissimum arte & exercitatione acquiri confirmarique. Demosthenis commoti exemplo non dubitamus. Nature enim comoditas: nisi arte illustretur: exercitationeque confirmetur: tanquam ager natura fertilis: uerum incultus nihil fructus: multa feda atque aspera in dicendo producere solet. Natura enim est insita ad dicendum comoditas. Ars est que dat certam uiam rationemque dicendi: sub qua imitationem poni tunc clarius uidebitur: quum de generibus dicendi tractabimus. Exercitatio est assiduus usus consuetudoque dicendi.

Quum hec ita sint de inuentione prius & ea potissimum: que iudiciali generi attribuitur: que breuissime & clarissime potero dicere constitui: Ac ut omnia ordine prosequar: ad orationis eam partes accommodabo.

Orationis quattuor sunt partes: Exordium: Narratio: Contentio: & Peroratio. Nam qui diuisionem: confirmationem: ac confutationem orationis partes dicit: is certe mihi uidetur: aut id quod unius partis locum obtinet tripartito diuidere: & ea que particule potius orationis sunt partes nominare: aut diuisionem & confutationem confirmationem sic admixtas: ut simul cum ea nihil aliud nisi confirmationem conficiant seperare. Et enim nunquam re confirmatio erit: si qua confutanda restant: & diuisionem cuncta diligenter amplecti confirmationis membra: per totamque confirmationem dispersam esse necesse est. Quare non alia pars erit diuisio alia confirmatio: cui adiunctam confutationem putamus.

Exordium est oratio que animum auditoris preparat ad audiendum: cuius due sunt partes: Principium: & Insinuatio. **DE EXORDIO**

Principium est oratio: que statim apertis rationibus animum auditoris ad audiendum constituit. Insinuatio est oratio: que per insinuationem animum auditoris subiens parat ad audiendum. Verum quoniam per exordium beniuolos: dociles: attentos auditores facere debemus: ut unumquodque eorum certa quadam uia conficere possimus. Genera causarum: que maxime pro exordio considerantur: prius explicanda uidentur. Genera causarum sunt quinque: honestum: turpe: dubium: humile: & obscurum. Honestum est quod ab omnibus suscipiendum putatur. Turpe est quod ab omnibus oppugnandum uidetur. huic etiam admirabile adiungendum esse putamus: quod est: quum res inaudita auditorum animos a nobis alienat. Dubium est: quum habet in se causa honestatis: & turpitudinis partem. Humile genus est: quum contempta res antefertur. Obscurum est quod nisi tardius auditores intelligere possunt. Verum quoniam & humile & obscurum facilia intellectu sunt: de honesto & turpi: quibus modis recte percipi possunt: dicendum uidetur. Quis ergo honestas & turpitudinis causae ex omnibus circumstantiis haberi possit: tribus tamen modis maxime comprehenditur: persona: re: loco. Persona quum uir grauis & magnae auctoritatis accusat: aut defendit. Nam huiusmodi uiri & oppugnatio defensori turpem causam facit: & defensio minus honestam accusationem reddit. Preterea omnis qualitas accusatorum defensorumque consideranda est: nam parentem: fratrem: aut omnino propinquum: uel amicum: ut oppugnare nisi rei pro causa turpe: sic defendere honestum dixerim. Re uero aliud alio obscenius uel laudabilius est: ut parricidium: proditio: stuprum. In quibus defensio tanto deprimitur: quanto extollitur accusatio. At hec quidem omnibus causis communia sunt: illud proprium: quod ex loco uniuscuiusque constitutionis firmissimo nascitur. Nam quum causam & locos eius intellexeris: ut in secundo dicitur: firmissimum illius statim locum qualis nam in ea re sit diligenter examinabimus: qui si reo optimus est: ei honestiorem causam reddit. Si opprimit: hoc est si uix firmissimo defensionis loco accusationis firmissimus depelli possit: accusatoris causa facilius: ut uerbi gratia. In coniecturali quanto firmiter inuersio est: tanto totam defensoris causam honestiorem efficit: quanto infirmior: tanto accusatoris criminatio suspitiosior: & rei causa turpior: quum hec ita sint: conuenit exordiorum rationem ad causae genus accommodari. Itaque si honestum genus causae erit: omnino supercedendum exordium: aut breuiter per principium ostendendum est qua re causa sit honesta. Sin turpe erit: insinuatione utendum est: de qua posterius dicemus. Sin dubium ne quid turpitudinis pars nobis obesse possit: a beniuolentia principium constituemus. In humili genere attentos: in obscuro dociles faciemus.



Dociles auditores facere poterimus: si summam causę breuiter exponemus: hoc est id in quo consistit controuersia: de qua dicturi sumus. Quod poetę tum docilitatis: tum attentionis gratia ab homero acceptū diligentissime seruant. hac enī ratione tam in georgicis q̄ i gneide apd Virgiliū: itemq; apud Ouidium in libro metamorphosion: & alios fere omnes exordiū compositum est. Et si attentos faciemus: nam docilis est qui attente uult audire. Attentos faciemus: si demonstrabimus ea: de quibus dicturi sumus: aut magna: aut noua esse: & si dicemus aut ad religionem pertinere: aut ad rem . p. aut ad eos ipsos: qui audiunt: aut ad alios: quos caros habeant: aut ad illustres uiros: & si iudicationem aperiemus: & si rogabimus ut attente audiant. Beniuolos duobus locis maxime faciemus a persona & a causa hoc est ab ipsa re. a persona aut nostra: aut aduersariorum: aut iudicum: & eorū nonnūq; qui extra causā sunt. A nostra persona: si officiū nostrum sine arrogantia laudabimus: hoc est si quales in rē. p. aut i parentes: aut i amicos: aut i eos ipsos qui audiunt fuerimus: ostēdemus: dum hęc quę omnia nostro officio facta cōmemoramus ad causam pertineant. Vt pro. L. Flacco. Quum i maximis periculis huius urbis atq; i perii grauissimo: atq; acerbissimo rei. p. casu locio atq; adiutore consilioꝝ periculorūq; meorum. L. Flacco. cędē a nobis coniugibus: liberis nostris uastitatem a templis delubris urbe Italia depellebam: sperabā iudices honoris potius. L. Flacci me adiutorem futurum: q̄ miseriarū deprecatores: quod: n. esset premiū dignitatis: quod. p. r. cum huius maioribus semper detulisset: huic denegaret. hic illud dicendū uidetur: ne quis dubitaret nos patroni: & eius de quo dicitur personam unam putare: nam & inuentio eadem fere ē hisdemq; locis utendū: siue a patroni: siue ab eius de quo dicitur personam exordiorum sententiam excogitare uelis. Item si rei. p. causa: aut non mediocri alicuius rei: quę nostri officii intersit: magna atq; honesta ratione: aut etiā necessitate commotos ad hanc causam accessisse dicemus: ut p. C. Rabirio. Et si quirites nō ē meę consuetudinis inicio dicendi rationem reddere: qua de causa quenq; defendā. Propterea q̄ cum omnibus ciuibꝝ in eorū periculis semper satis mihi iustā causam necessitudinis esse duxi: tamen in hac defensione capitis famę. fortunarūq; omniū. C. Rabirii ponēda ratio uidetur officii mei propterea q̄ quę iustissima causa est mihi: eadem uobis ad absoluendum uideri debet. Nam me tū amicitię uetustas: tum dignitas hominis: tū ratio humanitatis tum meę uitę perpetua consuetudo ad . C. R. a. defendendū ē adhortata. At uero ut id studiosissime facerem: salus rei. p. consulare officium cōsulatus. deniq; ipse mihi una uobiscum cum salute rei. p. cōmendatus coegit. deinde si nostra i comoda proferemus solitudinē. inopiam. calamitatem. & cętera huiusmodi: quibus per cōmiserationē beniuolentia captatur

p. L. Flacco

p. C. Rabirio

aperiemus. Quam rem tamen ita faciemus: ut sine nimia amplificatione omnia dicamus. Nam in hoc maxime a peroratione differt exordium: quod ea: quę in exordio degustanda sunt: in peroratione amplissime sumunt. huiusmodi exordium pro. P. Sylla his uerbis assumpsit Cicero. Maxime uelle iudices ut. P. S. & antea dignitatis suę splendorem obtinuisset: & post calamitatē acceptā modestię fructum aliquem potuisset percipere. Sed quoniam ita tulit casus infestus: ut amplissimo i honore: tum communi ambitionis iuidia: tum singulari antronii odio euerteret: & in his pristinę fortunę reliquiis miseris: & afflictis: tam haberet quosdam: quorū animos ne supplicio quidem suo facere posset: q̄q; huius incommodis magnā animo molestiā capio: tamen in cęteris malis facile patior oblatum mihi tempus: in quo boni uiri lenitatem: misericordiāq; notam omnibus quondā: nunc quasi intermissam agnoscerent. ¶ Hic & infirmitas multum ualet sexus: etas: liberi: pupilli: parentes: coniuges: & oia quę sunt ad cōmiserationē accommodata. Nam omnibus cōmiserationis locis in exordio: uti licere tum i multis: tum maxime in elegantissima pro Milone oratione ostendit Cicero: q̄ remoto metu: i cōmiserationē hoc pacto descendit. Hoc profecto tempore eam potestatem omnē uos habetis: ut statuatis utrū nos qui semper auctoritati uestre dediti fuimus: sepe miseri lugeamus: an diu uexati a perditissimis ciuibꝝ. Aliquando per uos ac per uestram fidē: uirtutem: sapientiāq; recreemur. Quid enim nobis duobus laboriosius? Quid magis sollicitū: magis exercitātū dici: aut fingi potest: qui spe amplissimorum premiorum ad rem . p. ducti metu crudelissimorum suppliciorū carere non possumus? & quidē cęteras tempestates: & procellas in illis dūtaxat fluctibus concionū semper putauī Miloni esse subeundas: quod semper pro bonis contra improbos senserat: in iudicio uero: & in eo consilio. ¶ Nonnūq; etiā si diluemus proutin exordio licet: illa ta nobis ab aduersariis crimina: & ea maxime: quę i exordio ab ipsis dicta sunt: quę res etiā multū gratię affert exordio. Quum enim ab his quę ab aduersario dicta sunt materiam trahat omnē p̄meditationis suspicionem facillime tollit: extremo si rogabimus: ut nobis breuiter dicturis fauere placeat: At primi quidē duo a nostra persona loci: qui partim ab officio nostro: partim ab i commodis trahuntur: & si primus magis ad accusatorem: alter ad defensorem ptineat: tamen cōmunes: id est tam defensoris q̄ accusatoris inueniri possunt. Accusatorem autem nō nūq; aut odii: aut iuidię: aut ambitionis suspitio sequit. Inuidiā ac ambitionem semper negabimus. Odiū uero aut negabimus: si eos uiros in iudiciū trahimus: quorum auctoritas nos offendit: & dicemus ul' rei. p. uel eorum etiam ipsorum: quos accusamus commodo commoueri: ne licentia ita efferantur: ut se: & existimationē suam perditum eant: aut

p. P. Sylla.

p. Milone.

al. de uobis



Aduersus Vatiniū

confirmabimus si ab ipsis prius affecti iniuria uindictā querimus: ut Cicerone in Vatiniū testem: quum aduersarium in odium rapiat: odium quoque suum: quo merito in eū incitabatur his uerbis exclamat. Si tu tantūmodo Vatini quod indignitas postulare spectare uoluisses: fecissem id quod his uehementer placebat: ut te cuius testimoniū propter turpitudinem uitę: sordisque domesticas nullius momenti putaret: tacitus dimittere. nemo. n. horum ita te refutandum ut grauem aduersarium aut ita rogandum ut religiosum testem arbitrabat. Sed sui paulo in te temperantior fortasse quā debui: odio enī tui: in quo & si omnes propter tuum in me scelus superare debeo: tamen ab omnibus pene uincor: sic sum irritatus: ut quum te non minus cōtēnerem: quā odissem: tamē uexatum potius: quā despectum uellem dimittere. Defensorē: ac aduocatū: cū lucri suspicio: tum quod officio cognationis: aut amicitię faciat consequatur. id ultimū quod beniuolentia faciat cognationisque necessitudine exordio confirmabit. nulla causa lucri facere dicat: nisi lucrum amicorū salutem appellaret. A persona uero ipsius: qui accusatur si bonā existimationem habere uidebit: ea ut nobis diluetur: si accusabimus: sic confirmabit: si defendemus: sin contra: nobis quoque contrafaciendum est. Ab aduersariorū persona tribus modis beniuolos auditores faciemus. Nā si potentes sunt: in inuidiā rapiemus. Hic nos simplices: infirmos: imparē fortunis: corpore: cautiōibus: a cautis: potētibus: eloquētib9 aduersariis circūueniri dicemus nō oportere. ut pro. P. Quintio. Quę res in ciuitate duę plurimū possunt: hęc cōtra nos abę faciūt hoc tpe: sūma: gratia & eloquentia: quarū alterā. C. aquili uereor: alteram metuo: eloquētia. Q. hortensii ne me dicendo impediāt: non nihil moueor: gratia Sexti ne uini ne quinto noceat: id uero non mediocriter pertimesco. Nec hoc tā opere querendum uidet hęc summa in illis esse: si in nobis essent saltem mediocria. Verū ita res se habet: ut ego qui nec usu satis & ingenio parum possum: cum patrono disertissimo comparer: & p. q. cuius tenues opes: nulle facultates: exiguę amicorum copię sunt: cū aduersario gratiosissimo contendat: & cetera. Sin autem abiecti & humiles: in contēptionem adducemus. Sin turpes & nocentes trahemus in odiū: ut in Vatiniū testē. A persona auditoris beniuolentiā captabimus: si res eorū sine assentationis nimia suspitione laudabimus. Qua in re uehementer utile esse censeo mores iudicū: ac naturas cognoscere: prout enī asper lenes: iocundi: graues: duri: remissi: sunt. laudem eorum causę accomodabimus: ac in re honesta dignitatem: in humili iusticiam: in felici misericordiam. Quum pro legis dicamus: seueritatem eorū extollemus. Contraque si qui mores eorum causam nostram impugnāt: eos oratione mitigabimus: quod fiet si cōtrarios affectus cōmouebimus. Nam si iracūdia officit clemētiā: si crudelitas: misericordiā oppōem9. Affect9 enī

p. p. Quintio

In Vatiniū testem

moueri maxime quod in peroratione licet: deinde in exordio ac narratiōe: tertio per totam orationem. A persona eorū: quos extra causam esse diximus: ducitur exordiū: si aut faciundum dicimus: quod ab amicis omnibus laudat: aut non faciundū: quod inimicis optabile est. Ut illud nestoris apud hec merum: certe priamus ac eius filii gaudebunt: si uos a gamē nomi & achilli dicens: contendere intelligāt. Ab ipsa re beniuolentiā eliciemus. Si aut honestatem rei nostrae extollemus: aut turpitudinem causę aduersariorū deprimemus. In his omnibus illud dicendū iudico non solum cuiusmodi sint hęc: quę dicta sunt considerari. Verum etiam magis qualis auditor: accusatorum: defensorum: ac omnium: qui aut in causa: aut extra causam sunt de ipsa re: de qua agit: existimatio sit. Nonnūquā etiam quę opinio unius eorū de altero. Nā hoc pacto cōmode ad rem pertinens ex opinionibus inuenietur exordiū: parum enī refert qualis sit res considerare: nisi optime teneas qualis opinioe hominum ac iudicum maxime habeat. Quare hi loci exordiorū: de quibus hactenus dictū est: quum ad opinionem maxime accomodent: ex opinionibus quod nos εκ τῆσ ὑπολήψεωσ dicimus latine appellentur. neque grauemur in unoquoque genere exemplū ponere: nisi & longum esset: & rem satis dilucidam fore putarem uno aut altero exemplo posito. Exules obsessam patriam ab oppugnatione liberant: parta uictoria quidam fert legem de exulibus reuocandis. Quum tantam lēgitimam iudices uniuersę rei. p. exules attulisset: ut ex oppugnatione uictores: ex obsessa ciuitate amplissimum triumphum ex hostibus reportemus: Ad consulendum uobis accessi: ut eam exulibus ciuitatem reddatis: quā ipsi sua uirtute expulsi hostibus: uobis liberam: atque triumphantem reddiderunt. Item e contrario: quum nullam rem tam perniciosam rei. p. p. res inueniri posse arbitrer: quę consuetudines: quę leges: quę iudicia non conseruare: consulere uobis constitui: ut eos: qui iam legibus: & iudiciis ciuitatis exilio condemnati sunt: restituere nolitis. Illic enī a persona exulū hic a re ipsa principium ortum est. Rationes deinde subiungendę: quę circūstantiis inueniuntur. Ut autē dilucidior exordiorū ratio sit: alios quoque locos eorum ponamus: qui tāsi ad eos: qui expositi sunt: quos ex opinionibus uocamus: reduci possunt: tamen quum magis causis accomodentur: nec ab eis longe separati sint: multo facilius his positis: exordiū inuenire poterimus. Sunt ergo etiam exordia: quę a partitione quadam aut exuperatione: aut confectioe trahunt. Eorum quę quodammodo a partitione fluunt genera ponimus tria. Primum quum duplex iniuria facta uidetur: & quasi diuidendo dicimus potuisse nos: & alius criminis aduersarios accusare: sed tamen modestia nostra noluisse: aut sui quoque causa: ne grauius crucientur: sufficere rei. p. si unius poenas dederint hoc modo. Imperator ciuitatem captam deiecit: ac seuit: nullū



ex terra germen productum est: & q̄ impie fecisset accusat̄: possumus sic incipere ut dicamus. Si statim quod ciuitatem deiecisset: eius criminis poenas dedisset: non in aliud quoq̄ iste crimen accessisset. Nunc uero quum & impie serere ausus est: nullo modo pretermittendus nobis uidet̄: cui etiam adiungi poterit pro ratione id quod ab euentu appellamus. Ne diuinam iram: quę sterilem terram effecit: in nos cōuertamus. Hac in re cauēdū ē: ne res una minutū diuidat̄. Nō enim hoc a partitione exordium: sed a circūstantiarū incisione uehemēs confirmatio ē: de qua in tertio dicemus. Alterum enī aduersariorum uitā & ante causam hanc existimatio quędam infamię consequit̄: ut si contra meretricē causam agis: & propter aliam uitam iure illam accusari: ac puniri posse diceres: maxime autem propter hoc quod nuperrime est ausa. Tertium a partitione quadā tēporis: quod ab euentu appellare licet: Quū aut quod nūq̄ antea: nunc solum commissum: aut quod sepe factum sit: ne rursus fiat pręcauendum dicimus: ut si quis expellēdum dixerit tarquinioꝝ genus: ne amplius pudicissimis foeminis talis uiolētia inferat̄: aut pistratidas athenis expellendos: quod nunq̄ priuatis esse didicerit. Non ignoro ut dixi hęc ad ea quę superius enūerata sunt accommodari. Verum quoniā his quoq̄ positis: quę magis in species descēdunt: facilius ac certior iūctio sit: non uisa sunt supercedēda: ab exuperatione fit exordium: quū accusantes dicimus maioris criminis accusare potuisse: Vt si quem furti accusas: eum etiam sacrilegii accusari potuisse: differt a primo partitionis modo: quoniam ibi multitudinem criminum conamur ostendere solū: hic nos maioris accusare potuisse dicimus: & tñ aut quod nolimus: aut quod rei. p. sufficiat: aut etiā sui gratia: non illius: sed huius eos minis accusamus. Defensor exuperatione utet̄: Si dicere poterit se nō solū ullā huius rei criminationē timuisse: Sed laudem etiā sperasse hoc pacto. Quidā traiecto exercitu naues cōburi iussit: uicit: rediit: causam dicit: qđ naues cōbussisset. Cuius simile est pro. l. f. Ciceronis exordium. Quod a confectione appellamus: mirabile est: quū iuēt̄. fit autē quum id quod faciendum esse dicimus: iam quodāmodo factum ostēdimus: quēadmodū si i reuocandorū causa exulū diceremus: nos quid scribere legē: ut suscipiantur exules. Verum iam re ipsa ab uniuersa ciuitate: tūc susceptos fuisse: quum palam fines ciuitatis transgressi portis patrię infidentes hostes aggredērētur. illud etiam animaduertendum quod sepe numero: quīs non omnino a nobis animus auditoris alienatus est: tam anteq̄ ad rem ueniamus: si qua contra obstant diluenda uidentur: ut Cicero in Verrinis q̄ neminē accusasset: & pro Milone metum mirifice amouet. Nam quoniam uehemēter offendi animos posse uidebat: si a perte timere iudices circūpositis armis diceret: ipse timere simulauit. deinde paulatī rationib⁹ se recreat: ac reficit: ut ipsos quoq̄. iud. cōfirmet

quod ita factum ibi maxime exprimit. Quamobrem adesse animis iudices. & timorē si quem habetis deponite. Neq̄ ego nunc cōcedo. C. nō extimuisse: sed id noto artis esse: quum affectū aliquē ex animo iudicum remouere uelis: nō inutile uideri eadem te motione affici simile: deinde ita te inde rationibus reuocare: ut iudices quoq̄ abducas: quod exordiū insinuationis uim habet. Et tunc maxime fieri posse uideatur: quū aut res per se ipsam: aut aduersarioꝝ oratio animū auditoris a nobis alienat: quoz utrūq̄ in Milonis causa accidisse contenderim: & in pompeiana quidē quoniā sibi uidebat̄ obstare: quod uir eloquentissimus nimū tarde ad suscipiendā uēisset rē. p. per principium: id prius cōmodissime a persona sua: auctoritate loci: persona auditoris captata beniuolentia diluit: Ac demum ad propositam causam transit ibi: Atq̄ imprimis mihi illud iure letandum uidet̄: quod iudicio meo secundū dum exordiū dicendū est: quod breuissimum pro honestate causę fecit. licet enī una in causa duobus & tribus etiam si causa postulare uidebit̄ uti exordiis: nunc de insinuatione dicendum est.

Insinuatione igit̄ utemur: quum aut re p se turpis ē: aut auditori persuaso turpis uidet̄: quam rē plane intelligemus: si aduersarius ita dixerit: ut fidem eū fecisse credibile sit. Aut quum defensus est auditor eos audiendo: qui ante dixerint: quod multitudinem uerboꝝ: quę aduersarii fecerunt: intelligere possumus: quīs tam hoc: q̄ illud superius gestu etiam aliquo: aut dicto auditoris percipiant. Si res per se turpis est: si quidem quod turpis sit: negare pręclare possumus: a beniuolētia principū constituemus. Sin autē ita manifesta est: ut id negare difficile sit (nam manifesta negare magis odiū: q̄ beniuolentiam adducere solet) Si igit̄ rei turpitudine difficile negari potest: ad insinuationē confugiendū est: nisi quid turpe ac manifestū ab aduersariis commissum maxie nuper nacti erimus: qua re ipsos criminādo: bēiuolos auditores facere possum⁹ ut. C. pro. Q. ligario. Sed i insinuatione primū dabimus operam: ut minorā: aut alia mente facta: uel dicta uideantur: aut ad presentem quęstionem non pertinere: aut leuiori poena honestius emendari posse: aut satis punita uideri: deinde aut rem honestam pro re turpi: aut hominē p homine: de quo agitur: aut pro re hominē: aut rē pro homine spectādū esse dicemus. Qua in re admonendū censeo q̄ aduocatus melius: q̄ is de quo agit̄ non turpem causam solum: ueꝝ etiam honestam dicere poterit: nam & laudare latius: & uitupare apertius: quę uituperanda dissimulandaue putat facile potest. Sepe etiā maxime si quam uirtutis opinionē apud iudices consecutus est: & defensoris simul & testis officium afferre uidet̄. Quū igit̄ ab his: quę nos ledunt: quęq̄ auditoribus odio sunt: ad ea quę ipsi diligunt: & nos iuuant animos eorū reuerterimus iudicata maiorū de re simili: aut maiori proferem⁹: i quibus illi nil aspe

Insinuationis

p. L. manha

Insinuatō

p. Q. Ligario

p. L. Flacco

In Verre  
p. Milone



iudicant. Quod si res non per se turpis: uerum quoniam auditor  
persuasus est: turpis esse uidetur: uel a firmissimo loco aduersariorum  
& ab eo maxime: quo uehementius credimus auditore moueri: dicere  
incipiemus: quem locum si omnino soluere non potes: quum satis labe  
factaris: promittes certam eius solutionem in loco proprio facturum ne-  
cesse esse alia prmittere: quibus apertissima eius loci erit solutio: uel omne  
aduersariorum accusationem in genera quaedam reducemus: & ea quasi di-  
uidendo exponemus. Hoc enim facit: ne quid aut obticere: aut obscura  
re uelle uidearis. Quare auditor se potius temere assensisse arbitrat: quod  
te: quod perturbatum oratione aduersariorum putabat sine causa confide-  
re. Nec enim potest suspicari te ita preparatum fuisse: quum uideat ab ipsa  
oratione aduersarii exordium fluere: ut. C. pro Cluentio. Animaduerti iudi-  
ces omnem accusatoris rationem in duas diuisam esse partes: quarum altera  
mibi niti & magnopere confidere uidebat: inuidia iam inueterata iudicii  
Altera tantummodo consuetudinis causa timide & diffidenter attingere  
rationem ueneficii & cetera. Aut dubitatione utemur: cui loco potissimum  
respondeamus: aut quid potissimum dicamus cum admiratione. Quod  
si tota causa sic ab aduersariis aperta est: ut nullo modo negari possit: nec  
iure factum: nec aliud quid esse confingere audeas: quum omnia ita con-  
cedis esse: quae res aliquid aut aequale: aut maius: aut omnino idem quod  
aduersarium uulneret: qua ratione: pro. Q. Ligario exorsus est Cicero. No-  
uum crimine. C. Caesar: & ante hunc diem iudicium Propinquus meus ad te. Q.  
tubero detulit. Q. Ligarium in Africa fuisse: idque. C. praesanti uir in  
genio fretus fortasse familiaritate: quae est ei tecum ausus est confiteri.  
Itaque quo me uertam nescio: & paulo post per conuersionem aduersari-  
um: ut & ipsum terreat: & auditorem excitet. Habes igitur tubero quod est  
accusatori maxime optandum confitentem reum. Sed tamen hoc ita confi-  
tentem se in ea parte fuisse: qua te tubero: qua uirum omni laude dignum  
patrem tuum. Itaque prius de uestro delicto confiteamini necesse est: quam Liga-  
rii ullam culpam reprehendatis. Non enim ironia est: ut Quintilianus  
sentit: Sed uera confessio criminis partem ut misericordiam capiat: partem  
ut quum eiusdem rei: quam postea maiorem ostendit: aduersarium  
reum hac humanitate ceteris absolutum ostendat: summam crudelitatis  
arguat: quod quam ipse facile consecutus erat: eandem misericordiam ceteris  
abnegatum iri censeat. Nec si esset ironia: posset illud recte dici: quod post  
confessionem subiungitur. Omniaque controuersia omnis oratio ad miseri-  
cordiam tuam conferenda est: qua plurimi sunt conseruati: Quum a te  
non solum liberationem culpe: sed errati ueniam impetrauissent. Sicut. n.  
simplex confessio misericordiam capiat: sic ironice dicta ab omni miseri-  
cordia aliena est. Haec latius diximus: ne quis auctoritate potius non  
nullorum quam ueritate ductus: id fundamentum in ea oratione sibi iaciat

quod totam defensionem euertere potuisset. Quippe ironia huiusmodi  
& misericordia opposita est: & ne eiusdem criminis accusemus impedi-  
mento est. At his duobus maxime tota ligarii causa defenditur: quare non in hu-  
iusmodi causis ironice proferendam confessionem putamus. Sed cum cla-  
ris ac certis rationibus aduersarii argumenta refellere possumus: Verum  
de hoc satis. nullus enim mente captus dubitabit criminando aduersa-  
rios ex simplici confessione hoc in principio beniuolentiam acquiri. Sin-  
autem defessus auditor fuerit: aut breuius nos dicturos pollicebimur: quam  
parati fuerimus: nec imituros aduersarium: qui per longas ambages  
eos detinuerit: aut aliquid quod ad risum moueat in feremus: uel si rei di-  
gnitas risum non pateretur: aliquid nouum triste horribile dicemus: nam  
ut fastidium stomachi: ac cibi facietatem: aut aliqua re amara leuamus: aut  
dulci mitigamus. Sic animus audiendo defessus aut horribili integra-  
tur: aut ridicula renouatur. In omni autem exordio id diligenter considera-  
dum est: ut quid laedat: quid nobis profit perspiciamus: ut ab his quae nos  
laedunt: uel aduersarium iuuant: ad ea quae causae nostrae adiumento sunt:  
aut quae aduersarium pungunt: aut saltem quae minus nocent refugiamus. Prae-  
terea bonum quod orator neque agere neque dicere causa incipiet nisi quod ipse sit  
& apud quem: & pro quo dicat: quo tempore: quo loco: quo re: statu: quam uulgi  
fama: aut opinione de iudicibus: de re: de accusatore: de reo: ac ceteris huius-  
modi secum ipse cogitabit. Amplius sciendum ab omni circumstantia in  
ueniri exordium: non a persona solum & re: uerum etiam a causa: loco:  
tempore: & modo. A fama etiam & expectatione uulgi nonnumquam ducitur.  
ut Cicero pro Deiotaro: iter alia locum quoque introduxit. Moueatur etiam  
loci ipsius insolentia: quod tantam causam: quanta nulla unquam: in discepta-  
tione uersata est: dico inter domesticos parietes: dico extra conuentum  
& eam frequentiam: in qua oratorum studia niti solent: in tuis oculis: in  
tuo ore: uultuque acquiesco. Multa etiam sunt exordia: quae quum princi-  
paliter aut beniuolum: aut attentum: aut docilem faciunt auditorem: tamen  
haec tria simul conficiunt. Est & illud dicendum quod quis a persona no-  
stra principaliter: aut ab alio quodam loco exordium constituamus: Tamen  
licet uel in ratione expositionis: uel in redditione: uel etiam in ipsa expositione  
& a ceteris locis beniuolentiam captam inserere: quod & de attentione: &  
docilitate intelligendum est. Omne autem exordium ex quattuor maxime  
componi uidetur expositione: ratione: redditione: comprobatione. Expositio  
est oratio: quae quum ab aliquo eorum locorum: qui ad inuentionem ex-  
ordiorum pertinere dicti sunt: inueniatur: aut docilem: aut beniuolum:  
aut attentum facit auditorem. Ratio est oratio accommodata expositioni  
per quam id quod expositum est confirmatur facile. Redditio est breuis  
complexio eius quod expositione: & ratione conficitur: & totius rei aper-  
ta oppositio. Comprobatio est redditionis causa: quae quidem rem totam

Compo

Quid in exordio praecipue  
confidentem oportet.

Deiotaro

Ex quibus exordium componitur

Expositio

Ratio

Redditio

Comprobatio

quintilianus



māifestius tāgit. Huius artificii exemplū a. C. sumere fortassis idcirco erit obscurius: quod in dicendo nō quēadmodum in docendo clare tradunt omnia. Sed ut ars occultet: & oratio plus dignitatis possideat: ce- lari hęc ab oratoribus in dicendo solent: non enim ut artem doceant: uerum ut rem suam consequantur: causas agunt. Quare exemplo a nobis clarius posito: conari conuenit & Ciceronis exordia ad hęc redigere ar- tis p̄cepta: quod & in ceteris faciem⁹. At hoc quidē hic dictum sit: ne sepe bis excusacionibus longior sim: quod plane in quātum possumus dignitate orationis sublata artem docemus: magnitudie tributi cogun- tur; Carthaginēses liberos uendere; Et quidam apud Romanos legem fert diminuenda esse tributa carthaginensibus. Neminem uestrum la- tet quiritēs quanta mala Carthaginenses propter uectigaliū magnitu- dinē patiant: hęc est expositio a calamitate personę uenta. Ratio Neq; enim. res ita pua ē: quā in liberos cōmittere cogūt: ut facile latere possit & quicquid huiusmodi dici potest. Vbi sciendum q̄ nōnunq̄ etiā ad rā- tionē unam alia potest afferri ratio: quum prima non satis firma uide- bit: aut quum ratio iam dicta: non ita probat ut egeat cōprobatione. Redditio Vos autē decet quiritēs p̄ gloria: & laude uestri nominis tri- buta miseris diminuere. Comprobatio: ne cogant tantā calamitatem at- tingere: ut & filios quos genuerunt: in perpetuā uendant seruitutē. Hic ergo iam aperte uideri arbitror: quoniā orationis grauitate remota res nuda proposita est: q̄ expositio exordii a locis inuenit. Ratio a circun- stantiis. Redditio tangit ipsam rem: quā uolumus. Cōprobatio causam redditionis affert: quę quidē i iudiciali: ut plurimum p̄termittit: aut redditioni contungitur. Verum in demonstratio genere commodis- sime post redditionem dicitur: et splendorem affert orationi non mini- mum. Expositio etiā nonnunq̄ talis est: ut duplex esse uideat: qualis il- la Ciceronis pro Marcello: quod ut melius percipiat: nō grauabor hic totū illum locum transcribere. Diurni silentii patres conscripti quo- erā his temporibus usus non timore aliquo: sed partim dolore: partim uerecundia finem hodiern⁹ dies attulit. Idemq; initium quę uellē quęq; sentire meo pristino more dicendi. Hęc expositio est sēu multiplex: cō- positioe oratiōis onino simplex. ifert deinde rationes. tantā enī māsueta- dinē tam inusitatam iauditamq; elementiam: tantum i summa potesta- te rerum omniū modum: tam deniq; incredibilem sapientiā: ac pene di- uinam tacitus nullo modo p̄terire possum. Mā. enī Marcello uobis pa- tres conscripti reiq; p. reddito n̄ solū illi⁹: sed etiā uocē meā: & auctorita- tē uobis & reipublicę seruata ac restitutam puto. Subdit deīde rationes quibus uerecundiam & dolorem silentii causam fuisse ostendit. dolebā enim patres conscripti: & uehementer angebat: quum uiderem uirum talem: qui in eadem fuisset causa: qua ego non in eadem esse fortuna.

pro qualis esse debet  
exordii propositio.

q̄. quā illa exordii  
partium.

p. M. Marcello

endi. 6. est propositio.

ho

expositio

ratio

Redditio

Comprobatio

Expositio

Ratio

Nec mihi persuadere poterā: nec fas esse ducebā uersari me in uestro uetere curriculo illo gmulō atq; imitatore studiorum meorū atq; laborū quasi quodā socio a me & comite distracto. Post hęc sequit̄ redditio expositioni: & primę rationi accōmodatior & totius causę: qua de lau- dibus agit̄ cęsar̄is apertissima expositio. Ergo & mihi & meę pristinę uitę consuetudinem C. Cęsar̄ iterclusam aperuisti: & his oibus ad bene de re. p. sperandū: quasi signum aliquod sustulisti. Comprobatio. in- tellectū est mihi quidē in multis & maxime in me ipso: & paulo ante i- onibus. Quum. M. Marcellū Senatuiq; reiq; p. concessisti commemora- tis p̄sertim offensioibus te auctoritatē huius ordinis dignitatemq; rei. p. tuis uel doloribus uel suspicionibus anteferre. Hoc Ciceronis ex- ordio omnia quę superius a me de exordioꝝ partibus dicta sunt: intelle- cta optime puto. hęc & in aliis ordine confecta iuenies. multa uero col- ligere ne fastidiū legentibus afferam subuereor. Nam & res his quę di- cta sunt aperta est: & qui hęc intellexit eum pulchre cętera orationis ex- ordia percepturū puto. Hęc eadē & in insinuatione considerantur: quibus longe ac per ambages: ac multo confusus ad redditionem necessario exēplis plerūq; interpositis descendim⁹. p̄ter hoc etiam illud sciēdum exordia: quę trahunt̄ ex opinionibus ubiq; inueniri. Cętera quę ex p̄- tione exuperatione aut confectione iueniri diximus: quoniam propi⁹ rei accōmodant̄: & maiorē in dicendo uim afferunt: quę rē da quidē dili- genter censemus. Verum non in omnibus iueniri posse sciēdū ē. Item posse contingere ut una in causa pluribus a locis exordia iueniant: ut i- eius causa: qui ciuitatē deiecit ac seuit: omni particionis modo exordii poterim⁹. Nam & q̄ ciuitatē deiecisset: debuisse poenas dedisse: ut iam diximus: & si infamis foret: & ob p̄teritam uitam puniendū: & ab eū- tu: ne quā iram in solum ipsius urbis dii transtulerint in uos conferant & a confectione: q̄ nos uideamur factum eius in iudicio reprehendere. Re autē uera diuinam irā iam pridē impietatē eius coarguisse: q̄ terra nihil produxerit. P̄terea nonnulla exordia multos ad locos accōmoda- ri posse: ut illud pro. L. Flacco ad utrūq; a persona nostra locum p̄tinere uidetur. Nam & officiosum ipsum in re. p. fuisse ostendit: & icōmodū p̄ter spem eueisse deplorat: qui modus tertius cōmiserationis locus i- tertio nobis ponet̄: ab omnibus enī cōmiseratiōis locis exordium pos- se summi uolumus: & locum ab incōmodis nostris nominari. similiter ab omnibus indignatiōis locis quēadmodum ad personam aduersario- rum adducimus. Item illud pro. L. Flacco per exuperationē cōpositū ē. ¶ Nunc ne quando uicioso exordio utamur: quę uicia uitanda sunt doce- bo. ¶ Sunt igit̄ hęc exordioꝝ uicia. Apparatum: uulgare: cōmune: com- mutabile: longum: separatum: translatum: contra p̄cepta. Apparatus est quod nimis continue ac splendide compositum ē: id quū suspitōnē

reddio

Comprobatio

In insinuatione qd̄ consi-  
oporteat.

p. Flacco

p. Flacco  
De exordioꝝ uitijs



afferat auditori præmeditationis & artificii: ut in iudiciali genere fere nunquam nisi quum causæ magnitudo id postulat: Aut auditores huiusmodi sit ut contemni se credant: nisi orationis compositione delectentur. Ita in deliberatio semper adhibendum: nam præmeditationis suspitio oratori consulenti prodest: causam agenti obest. Quare in iudiciali simplicius exordium componi debere dicemus: nisi uereret quod contemni se iudices suspicarentur. Nam quum tria præstare potissimum orator debeat: ut doceat: ut moueat: ut delectet: cum ubique: tum maxime in exordio delectare debet. Quare compositio exordii: nec tam delectata sit: ut non delectet: nec tam luculenta: ut præparationis suspensionem afferre uideatur. Vulgare est quod in plures causas potest accommodari. Commune quod eque ad uersatiorum causæ: ac nostræ conuenire posse uidetur. Quare illud si causam hoc est si personæ officium tangis euitabis. Commutabile est illud: quod ab aduersario leuiter commutatis uerbis ad causam suam traditur. Longum est: quod pluribus uerbis compositum est: quæ causa postulat. Postulat autem simplices quædam & honestæ: aut nullum aut quæ breuissimum. Perplexæ uero suspectæ ac infames longius: quis in his omnibus adhibendus sit exordii modus: ut semper in modica eius longitudo euitanda sit. Separatum est: quod non sicut aliquod membrum toti coheret causæ. Translatum quod non id conficit: quod opus est: ut si quum opus beniuolentia sit magis attentum facias aut si insinuatione utaris quum principio opus sit. Contra præcepta est quod neque beniuolum: neque docilem: neque attentum facit auditorem. Ac de exordiis quidem satis.

**DE NARRATIONE**

**N**arratio est oratio: quæ rem gestam: aut proinde ut gestam diligenter exponit. Narrationum tria sunt genera: Ciuile: digressorium: Remotum: Ciuile est quo exponimus rem gestam: & unumquodque trahimus ad utilitatem nostram. Digressorium: quod habet digressionem: aut criminationis: aut delectationis: Aut fidei: aut laudis: uel apparationis causa. Remotum est: quod a ciuili causa seiunctum est: in quo tamen exerceri conuenit: ut facilius id quod ad causam pertinet: peragere possimus. Huius duæ sunt partes: nam aut personis aut negotiis attribuitur. primum debet continere quandam orationis dignitatem personis accommodatam: ut sermo cum accommodata uarietate: & orationis festiuitate animorum ostendat dissimilitudinem: grauitatem: lenitatem: spem: metum: suspensionem: desiderium: dissimulationem: errorem: misericordiam: rerum uarietates: fortunæ commutationes: insperatum incommodum: subitam lætitiā: iocundum exitum rerum. Alterum quod negotiis attribuitur tres habet partes: fabulam: historiam: argumentum. Fabula est oratio: quæ rem nec ueram nec uerisimilem continet. Historia est oratio quæ rem ueram. Sed ab ætatis nostræ memoria remotam continet. Argumentum est oratio: quæ rem fictam: sed uerisimilem explicat. Vix quoniam digressoria narratio oratori necessaria

*Hamato*

*ciuile*

*Digressorium*

*Remotum*

*quod personis*

*quod negotiis*

*digressoria narratio*

est: ut qualis sit: uel digito demonstrat. A Cicerone: cuius diuinæ orationes hæc nobis omnia suppeditant: exemplum sumamus. Quarta igitur in Verrem: quum ex oppido termitanorum antiquissima signa sublata esse quereretur: sic maioris iudicis ac criminationis causa digreditur: Et enim ut simul. P. africanus quoque humanitatem agnoscat: oppidum bimeram Carthaginenses quodam ceperant quod fuerat in primis Siciliæ & clarum: & ornatum. Scipio qui hoc dignum populo Romano arbitrareretur: bello confecto socios sua per nostram uictoriam recuperare Siculis omnibus carthagine capta: quæ potuit restituenda curauit: & cetera huius: quæ sequuntur: sed hæc longior illa breuissima in tertio. Ne postea quidem cum ea ipsa loco uenisti potuisti accipere id quod est proditum memoriæ: ac litteris latonam ex longo errore & fuga grauidam: & iam ad pariendum uicinam temporibus exactis confugisse delum: Atque ibi apollinem: dianamque peperisse. Huiusmodi multa sunt in uerrem tum fidei: tum criminationis causa: delectationis etiam ut proserpine raptus. Laudis quoque & uituperationis gratia nonnulla inuenies: sed ex uno uel altero exemplo: qualia sint omnia intellectum iri satis puto. Illud præcipuum animauerit nos Ciceronem has digrediendi narrationes cum aliqua semper fere uel admotione uel præparatione dicere: si cui placet ita ingressum illum appellare. Etenim ut simul. p. africanus quoque humanitatem agnoscat. Præterea ex historiis plerumque uel fabulis sumi: & in omni parte orationis præterquam in exordio: & peroratione fieri posse. Ad hæc non narrando solum digredi: sed laudando quicquam: uel locis demonstratiui generis uituperando: exhortando: terrendo: deprecando: consulendo: & multis aliis modis. Nam quicquid per totam orationem dicitur: quod non a re de qua agit: ut ab his circumstantiis: quæ ei rei implicitæ sunt ad probandam rem trahitur: id totum digressorium oportet existimari: & longiora quædam huiusmodi nonnulla sunt: ut quarto in uerrem siciliæ laus: & pro Cornelio popularis illa uirtutum Cn. pompeii commemoratio. Sed & digressione satis. Illa narratio quæ ad causas pertinet: debet esse dilucida: breuis uerisimilis. Necessesse est enim si uictoriam in dicendo consequi uolumus sic dicere ut auditor facile intelligat: meminerit: credat. Vix dilucida breuis: ac uerisimilis oratio: tametsi ad omnes partes orationis pertineat: tamen maxime in hac parte custodienda est: qua primo iudicem docemus. Nam si acciderit ut expositionem causæ iudex: aut non intelligat: aut non meminerit: aut non credat: frustra in reliquis laboramus. Breuis narratio erit: si non a primo principio repetet: & si summam non particulatim narrabimus. Si omnia quæ non iuuant prætermittimus. Si ita uniuscuiusque dicemus exitum ut etiam si quæ antecederent intelligantur. Si semel dicta non repetemus: si nullis circuitibus utemur. Si non digrediemur: si usque eo quo oportet fuerit progrediemur: deinde si ea solum dicemus

*In Verrem. f. C. uero*

*In ueni. 3.*

*Ingressus præparatio*

*Digressio modi*

*quod in uerrem p. Cornelio*

*Narrationis partes*

*Breuis*



que pretermitti non possunt: que per se intelliguntur abiiciemus. Nam qui ita narrat. domum tuam petii: hostium pulsaui: puer respondit: eum interrogavi si ibi esset dominus: negavit: ego inde discessi: in forum redii. Is se non intellexit multitudine rerum non uerborum male narrasse. Quare nobis placet tam rebus quam uerbis breuem esse narrationem. Sed si quoniam multa dicenda essent: longam narrationem intexere necesse esset. In fine narrationis comonitione: hoc est breui epilogo quodam utemur: quo summatim que dicta latius sunt: in memoriam redigamus. Quod Cicero etiam in narratione breuissima pro Ligario idcirco fecit: ut quoniam causa difficilis erat. his argumentis narrationem que superius tetigit breuiter: latius comprobaret. Nam quod in initio dixit: quum esset adhuc nulla belli suspitio ibi repetit. Adhuc. C. Cesar. Q. Ligarius omni culpa uacat: domo egressus est non modo nullum ad bellum: sed ne ad minima quidem suspitionem belli: Ac cetera summatim ita repetit ut argumentis confirmet. Quare ipsius. C. sententia placet: ut & summatim si opus esse uideatur diffusius dicta repetamus: & interpositis argumentis que aut minus uerisimilia: uel contra nos esse uidentur ea apertius refellemus. Nam enim ita breuem esse narrationem censemus: ut aut in obscuritatem incidat: aut minus credibilis uideatur. Nam fatius est superesse aliquid quam deesse: ut enim superuacua cum fastidio audiuntur: sic necessario non sine periculo subtrahuntur. Praeterea si quam maxime ornata erit: & uarietate orationis iocunda: & si longior erit: quum tamen delectet breuior uidebitur. Quare quanto plura dicenda sunt: tanto nobis politior narratio conficienda uidebitur. Ad summam breuem narrationem non eam dicimus qua minus: sed qua nihil plus quam oporteat dici. dilucida erit: si rerum ac temporum ordinem seruabimus: si non deerrabimus ab eo: quod incepimus exponere. Si breuitatis precepta seruabimus. Praeterea si nihil noue: aut contorte: aut duriter translatum dicemus si propriis: & maxime usitatis uerbis utemur. Si orationis contextus nec nimium longus: nec nimium confusus sit. Postremo si tota narratio sic distincta: rebus: personis: temporibus: locis: ac causis erit: ut unum alterum confirmet: & nullum aliud confundat. Hoc enim plurimum ad claram & uerisimilem narrationem pertinet. Verisimilis narratio erit: si ut natura rei & mores hominum ac opinio postulat narrabimus. Si cause rerum consiliorum rationes extabunt: ut nihil actum: nihil dictum sine causa putetur. Nam quum totius confirmationis: ac confutationis fundamentum narratio sit: non est dubium: quin semina probationis debeat continere. Fluunt autem probationes omnes a locis uniuscuiusque constitutionis maxime propriis: quos in aliqua circumstantia fundari necesse est. Quare placet in narratione non personarum dignitates solum & rem: & causam: & que cum has circumstantias consequatur: aut antecedant ad rem nostram comprobanda:

Ligario

Diluade

Verisimilis

Epilogus in  
narratione

aut improbandam aduersariorum pertinent: Verum etiam locorum oportunitates: spatia temporum: ac occasiones & rerum idoneas narrationi diligenter inserere. Si aliquid falsum exponimus: data est opera ut ueris conueniat: ac his quodammodo cohereat: ac imitetur. Nam que fingunt nisi ueris ac manifestis mixta comprobentur: facile ficta esse intelliguntur. Quod diuinus poeta omnium prestantissimus in exponendis sinosis infidiis consecutus est: nam statim a ueris incipit. Fado aliquid si forte tuas peruenit ad aures: bellide nomen palamedis: & inclyta fama. Cui fictum illud accommodat. Illi me comitem: & consanguinitate propinquum Pauper in arma pater. Verum deinde addit. Inuidia postquam pellacis ulixi (Haud ignota loquor) superis concessit ab oris. Quo in loco ille poeta eximius etiam interruptione quadam narrationis: ut animi cupiditate audiendi exardent mirifice usus est: Sed quid ego hec: haud ne quicquam ingrata reuoluo. Praeterea id maxime memorie tenendum arbitror: quod quum ubique per totam orationem diligenter faciendum sit: tum uel maxime in ficta narratione ualde cauendum: ne pariter se que dicuntur conueniant ne sibi ipsis pugnantia sint: Ne quid per totam orationem aliter ac exposuimus: aut dicere: aut sentire uideamur. Solent enim ficta memoria facile excidere. Unde uulgo dicitur mendacem memorem esse oportere. Verum hec scilicet ut breuis & dilucida: ut uerisimilis narratio sit ita si mul intelligimus: ut unicum quoddam genus confici uelimus. Nam & si precepta separatim dantur: quod aliter fieri non potest: tamen omnia si mul in dicendo amplectemur. Neque enim propter breuitatem precepta ea que uerisimilem rem faciunt pretermittimus: nec ut uerisimiliter dicamus: breuitatem despiciemus: nec ut credibilis ac breuis narratio sit minus uitandum est: ne obscuritate offendas. Quod erit si omnia que ad probandum necessaria sunt: nec pretermittunt: nec longa oratione: sed paucis & que propriis uerbis exponunt: Ut si propter habendam mulierem: ac bona eius ueneno a quodam maritum ipsius petitu asseuerasset sic breuiter probationis semina delibabis. Auarus & libidinosus homo mulieris ueneno uirum excipere instituit. Quod ille cum poculo hausisset sanus bibit: statim concidit: & liuor & tumor confestim iudices infectus est. In difficilibus autem causis etiam illud comiter precipiatur sententias exordii que breuissime tangendas nobis uideri. Nonnumquam etiam ad leuandum tedium intersatioe quadam auditorem reficiendum. Audistis que acta sunt: accipite nunc que sequuntur. praeterea quedam alio loco dicturum: aut omnino pretermitturum te significare nonnumquam oportet: quale est apud Ciceronem. Morit fuluius: Multa enim que sunt in re quia remota sunt a causa pretermittam. In omni autem causa non accusator solum: sed etiam reus narrabit: nisi accusatoris narratio satis sibi utilis esse uidebitur. Eritque ipsa rei narratio magis simplex ac demissa: quam

Vingilius li. 2.

ex qualino hoc

Cicero



accusatoris. quod enim ille astute nonnūq̄ factum: aut cōsilio dicet: nos simpliciter ita narrabimus: ut casu potius: aut imprudentia: q̄ ex cōsilio factum aut dictum putetur. Ad hęc si narratio non bene tota cohęret: ac parum uerisimilis si tota simul dicit̄ uideri potest: poterimus partikulatim narrare: & parte comprobata: reliquum etiam narratiōis: & cōprobationis absoluerē: quod sc̄pius reo faciundum dixerim: quū angustis causę āgitur. Narrabit enim partē & cōfutabit: deinde reliqua etiam hoc modo persequet̄. Inueniri nonnūq̄ & huiusmodi causas non ignoro: ī quibus nulla narratio est: ut si quęrat̄ filius an frater ex itestato mortui hęcres esse debeat. Hoc enim in casu nihil profus est qd̄ narres: Nam nec res ipsa: nec quę ad causam probandam extra pertinent narrationem patiuntur: quę res: ut tota breui ac liquido pateat narratiōis materiam ex tribus profluere sciendum est: ex re gesta: ex his quę rem probant: ex utrisq̄. Ex re ipsa gesta: ut nocte ingressus templum ē pecūiam grandem inde subripuit. Quū exiret a custobibus comprehēsus: eos quoq̄ ipsos pollicitationibus magnis corrupit. Ex his: quę rem probant: ut ulyxes quum se neget aiacem cecidisse: ī re quidē nihil narrat: sed sibi cum aiace nullas fuisse iūmicitias dicit. De laude inter ipsos certatū: casu deinde aut aliqua de causa uerisimili eum ī solitudine uēisse iacētem ac exanimem aiacem conspicatum esse. Ex utrisq̄: quum & res gesta narrat̄: & ea quibus res probat̄ non prętermittunt: si ad ea quę dicta sunt Vlyxes adduceret commiseratione se cōmotum gladium extraxisse. Teucrum deinde interuenisse. Quare diligenter considerādū ē si quid narrationi aut res: aut probatio: aut utrūq̄ mediocriter suppeditare potest. Quod si non accidit narrationi: tunc solum superledēdū est: Nam si iudex causam pręsciret: adhuc nihilominus narrandum esset: n̄ enim solum ut cognoscat: sed maxime ut consentiat: narratio adhiberi solet. Oratoris tamē iudicio narrandum nec ne sit: quum causa ab auditoribus tenet̄ relinquimus. Verū quoniā nonnulli ut breuiter narrent male putant ab ipsa re: qua de agit̄ semper narrationem incipere debere: de initio ac pręparatione eius dicendum uidetur latius. Ergo quum exordium ita perfereris ut initio narrationis cohęreat: siquidem res p̄ se huiusmodi est ut & satis pateat: & probationum semina omnia continere uideatur: ipsam statū aggredi proculdubio debemus: Vt Cicero p̄ Cn. pompeio. Bellum graue: & periculosum nostris uectigalib⁹: atq̄ sociis a duob⁹ potētissimis regibus isert̄ mithrydate & tigræ. Quod si semina probationū non solum a gestiōe oriuntur negotii: sed etiam ab his quę negocium antecedunt & consequuntur. Narratio quum ab his quę antecesserūt icipiat: cuncta persequit̄: a quibus probaturi causam sumus: Vt Cicero pro Archia poeta: non inde incepit: q̄ cum lucullo in Siciliam profectus: Archias quum inde decederet in heracliam ciuitatē

Causę inueniunt̄ in quibus nulla narratio desiderabit̄.

De materia narrationis q̄ ex tribus reb⁹ p̄fluere solet  
ex re ipsa  
ex his q̄ rem probat̄

Ex utrisq̄.

Cap. de pręparatione ad Hamatonem.

p̄ G. pompeio

p̄ Archia

ascriptus est: quod ad rem pertinebat: sed ut facilius probaret non modo non esse segregandum: quum sit ciuis: a numero ciuium: uerū etiā assiscendum si non esset: sic incepit. Vt primum e pueris excessit Archias: atq̄ ab his artibus: quibus etas puerilis ad humanitatem informari solet: se ad scribendi studium contulit primum Anthiochię: nam ibi natus est. Omnia quę narrat Archię ingenio ac doctrina magnifice ferme a pueritia contigisse. At ut ordine: ac certioribus pręceptis hanc rē aperiamus: In iudiciali genere primum considerandum uidetur priuata ne an publica quęstio sit. In priuatis iudiciis si accusamus: a pręterita uita ita incipiemus: ut semper eum auare uixisse asseramus: si propter auaritiā factum contendimus: aut luxuriose: perfidiosē: ambitiosē: quę omnia uel latius: si firmiora sunt: uel per occupationē si tenua proferemus deinde paulatim descendere poterimus ad eam rem: quā perperam ab eo factam criminamur: propter id animi uitium: quod iam pręnarrauimus. Quod si pręterita uita ea esset ut minime nos iuuaret: pręparatio narrationis per paralepsim: hoc est prętermisionem introducēda erit. Nam quę in pręterito egerit tempore relinquere nos dicemus: ne qd̄ extra causam agere uideamur: Rem sic apertam esse: ut pro se probe non aliis adiumentis egere. Sin defendimus similiter a transacta uita: si adiumento nobis ē p̄parabim⁹. Sin aduersariū potius iuuat dicemus ad rem uenire: ne multitudine earum rerum: quę extra crimen id sunt. quod aduersarii fecerunt tempus conteramus. Eodem modo & in publicis quęstionibus semper a superioribus incipiemus: quę tamen a causa aliena non sint. Id sane sciendum q̄ in priuatis pręparationes a qualitate: ut diximus p̄sonarum plerūq̄ inueniuntur. In publicis etiā ab operationibus & maxime his quas publice fecerunt hoc modo. Quū mille captiui noctu ab hostibus fugissent: imperator eis portas secundum legem non aperuit: trucidantur ab his qui eos persequebantur: accusatur imperator: pręparatio hic & a qualitate personę q̄ semper perfidus: rebusq̄ publicis iūmicus fuerit: & a rebus publice gestis: q̄ & ita imperauerit: ut & multi prostrati: & quo modo imperitauerit breuiter aperiamus: & mille nostrū capti sint etiā exponemus rem amplificando ita tamen ut narrationi amplificatio conueniat. Qui cū uirtute ac nobilitate animi ad conseruandam patriam: quam ipse amiserat: uincula rupissent in portas uenissent perfidia sua usus ipse aperire noluit: quę ut clarius intelligantur non grauabimur uariis exemplis qualia ēē debent ostendere. Quare si breuiter dicamus ut in consultatione primo migrationis: deinde latione legis: tertio de bello & pace pręparatio inueniri solet: Reliqua iudicio eius q̄ orat̄ dimittemus. Qui de migratione consultant tribus maxime moueri solent: Nam aut quia commoda quę prius ex prouitiā sua capiebant deficiunt: Vt si egyptii quoniam non

Judicialis gnis narrationis pręcepta.

paralepsis .i. prętermisio

De migratione consul



Amplificatio

C. In Verrem. 3.

de constitutionibus dicemus enodabimus apertissime. Sed de narratione satis multa si exemplo ostendamus quid sit quod diximus. Narrationem cum amplificatioe proferri oportere: Id ergo ita diximus ut ostenderemus non nudam nobis expositionem rerum adhibendam uideri sed talem ut effectus moueat: non incitet: prouocet: non exagitet. Nam inflammare quidem & uexare omni affectus genere perorationis est: tangere uero & commouere narrationis. Neque tamen negauerim magnificas quasdam narrationes eo indignitatis uel commiserationis efferri: ut perorationis magnificentie simillime sint: sed ut hoc rarius: ita illud semper necessarium uiuam esse & moratam narrationem: quod fit quum mores hominum: dicta: studia: habitus: facta: que omnia actione: uerbis: uultus dispositione notantur: que uis breuiter: tamen ita explicantur: ut geri non auidi uideantur: quales sunt Ciceronis ubique. Sed si nobis ex uno loco uerinarum exemplum sumpserimus satis erit. In tertio igitur ubi Philodemi casum narrando subiecit oculis: nonne ea statim iecit fundamenta que a nobis probantur? Oppidum est in Hellesponto Lampfacum impium iudices Asi que prouintie clarum & nobile: homines autem ipsi Lampfaceni cum summe in omnes ciues Romanos officiosi: tum preterea maxime sedati & quieti prope: preter ceteros ad summum grecorum oculum potius que ad uisionem aut tumultum accommodati: & post pauca huiusmodi. Erat comes eius Rubrius quidam homo factus ad istius libidines qui miro artificio quocumque uenerat inuestigare omnia solebat: is ad eum rem istam defert Philodemum esse quendam genere: honore: copiis: ex istimatione facile principem Lampfacenorum: eius esse filiam: que cum patre habitaret propterea que uirum non haberet mulierem eximia pulchritudine: sed eam summa integritate pudicitiaque existari. homo ut hec audiuit sic exarsit: & parum post hec. Postea que satis calere res Rubrio uisa est. Queso inquit Philodeme cur ad nos filiam tuam intro uocari non iubes? Homo qui & summa grauitate & iam idetatis & parens esset obstupuit hominis improbi dicto. Instare Rubrius: tum ille ut aliquid responderet: negauit moris esse grecorum: ut in conuiuio uirorum accuberet mulier. hic tum alius ex alia parte. Enim uero ferendum hoc non est: uocetur mulier: & cetera. Quid ille que totos affectus prouocant: quanta ante oculos indignae rei subiectio? Constituit in foro Laodicee spectaculum acerbum & miserum: & graue toti Asi que prouintie. Grandis natu patres adductus ad supplicium: ex altera parte filius ille que pudicitiam liberorum hic que uitam patris famaque sororis defenderat: flebat uterque non de suo supplicio: sed pater de filii morte: de patris filii. Quid lacrimarum: & cetera. Verum quoniam que in accusatione amplificationem appellare placuit: id in simplice defensionis narratione extenuationem noiauum? quid hec nobis extenuatio ualeat aperiemus. Extenuationem ergo in

extenuatio

narratione conficies si que acta sunt ita simpliciter narras: ut que tarde sine astutia: consilio: dolo preparatione singula facta sunt ostendat oratio: quod fiet si quecumque minuta & quasi puerilia sunt in rebus non pretermittas. Qualis est illa pro Milone diuina narratio. Milo autem quum in senatu fuisset: eo die quo a senatu est dimissus domum uenit: calceos & uestimenta mutauit: paulisper dum se uxor ut fit comparat commoratus est. Id preterea optime tenendum: quum narratio nobis talis est: ut mirifice commouisse affectus uideatur procursum quodam qui amplioem inuidiam incitet post eam uti licere. Procursum est oratio ad quam nos impetus affectuum quos in dicendo commouimus uebementius impellit: ut in magnifica illa Philodemi casuum narratione. Iam Dolabella nec tui: nec liberorum tuorum: quos tu miseros in egestate atque solitudine reliquisti misereri potest. Verresne tibi tanta fuit: ut eius libidine hominum innocentiu sanguine luit uelles? idcirco ne exercitum atque hostem relinquebas: ut tua uir & crudelitate istius hominis improbissimi pericula subleuares? Sed hec in iudicem. illa in ipsum Verrem. Tantene tuque Verres libidines erunt: ut eas capere ac sustinere non prouintie populi Romani non nationes extergere possint? Tunc quod uideris: quod audieris: quod cupieris: quod cogitaris: nisi id ad nutum tuum preesto fuerit: nisi libidini tue: cupiditati que paruerit imitentur homines: expugnabunt domus: ciuitates non modo pagate: uerum etiam sociorum atque amicorum ad uim atque ad arma confugerent: ut ab se: atque a liberis suis legati populi Romani scelus ac libidine propulsa re possint. Tali procursum non post narrationem solum: sed inter confirmationem quoque & confutationem: quum res postulat: quod facile natura ipsa duce: que comotos effectus effundere cogit intelligere possumus: uti comodissime oportebit. Hunc procursum in omnibus fere narrationibus in uerere inuenies: quod ideo factitatum puto: quoniam in orationibus uniuscuiusque actionis propter negociorum multitudinem singula amplificare: cum laboriosum: tum confusum fuisset. Qua ratione & ipsas narrationes ampliores ac magnificas editas contenderim: & confirmationes procursums plenissimas non dubitauerim. Procursums locis perorationis fit: de quibus in tertio dicemus: & breuior esse debet: ne perorationis sedem arripuisse uideatur. Ibi enim consulto: hic impetu elati indignamur: & eos affectus incitare qui in narratione commoti sunt. Contentio est oratio: qua rem nostram aduersariorum salutis ordine comprobamus. Eius tres sunt partes: diuisio: confirmatio: confutatio: quas ideo orationis particulas non principales partes esse dicimus: quoniam & diuisio in confirmatione est: & confirmatio ne nisi confutaueris nihil probes necesse est. Quare placuit has tres sub contentione ponere: deinde contentionem in eis diuidere: quod & Cicero in partitionibus fecit: quippe in eo libro non sex: ut in rhetoricis libris: quos postea in oratore reuocauit: sed quattuor orationis partes esse asserit.

Cap.

P Milone - narratio p extenuatio

procursum

In Verrem. 3.

Hamitiorum Amplificationes

De procursum h. 3. dicitur

De Contentione



Verum ad ueritatē rei multum: ad dicendū nihil attinet: sex aut quattuor dicere orationis partes. Contentione enim in has tres diuisa eadē i dicendo commoditas: ac eadem partes rursus relinquitur. Diuisio est oratio: per quam quid in controuersia sit: & quibus de rebus dicturi sumus breuiter exponimus. Diuisionis duę sunt partes: seiunctio & distributio. Seiunctio est oratio: per quā sic exponimus quid nobis conueniat cum aduersario: ut quid in controuersia sit seiungat: hoc modo interfectam esse matrem ab hoste: conuenit mihi cum aduersariis iure ne fecerit: & licuerit ne facere id in controuersia est. Item ex alia parte agamēnonem a clytēnestra interfectum esse aduersarii confitentur. Quū hoc ita sit: me ulcisci parentem negāt oportuisse. In seiunctione attendendum est: ut ea solum quę nobis utilia sunt: & cum aduersariis conueniunt dicamus: nā quę obsunt aut quę non iuuant oīno nō solum hic: sed per totam orationem prætermittenda sunt. Præterea si ea quę dicimus conuenire non satis constat quę conueniant. Aut si aduersarium secū ea conuenire negare suspicamur: quod accidit cum rationum ac firmamentorum infirmatione. Alii quoque status emergunt: argumentationibus nonnunquā quę conuenire uellemus comprobabimus. angustię enim causę sepe numero cogunt: ut longis confutationibus eorum quę obstant seiunctionem aperiamus: quod Ciceronem pro Milone fecisse dicere non dubitauerim. Nam quum conueniret aduersariis cum clarissimo oratore a Milone interfectum esse Clodium: id in controuersia relinqui eloquentissimus uir uolebat iure ne occisus sit an nō: cui controuersię quū id obstaret: quod ab aduersariis dicebatur nemini fas esse ullo modo hominem occidere. Ac etiam quod senatus iudicauerat contra rem. p. eadem in appia uia factā uideri. Et tertio quod quod pompeius ut quęreret de ea re tulit: quę omnia ei rei: quam ille in controuersia relinqui uolebat uehementer obstabant: necesse fuit hęc ita confutare: ut postea controuersia plana relinqueretur. Quare placet nō ad exordium: ut hi asserunt: qui seiunctionis uim non intellexerunt: sed ad seiunctionem controuersię confutationes illas pertinere: neque mixtas eas ante narrationem posuisse. frustra enim narraisset: nisi prius ea confutasset: quę controuersiam omnem auferebant: quod etiam a uerbis ipsius Ciceronis ita esse facile comprobabimus. Nam & post exordium cum iure posse interfici hominem probare uelit sic ait. Sed antequam ad eam orationem deueniam: quę est propria nostre quęstionis uidentur ea esse refutanda: quę in senatu sepe ab inimicis: ab improbis sepe iactata sunt: de in contione etiam paulo ante ab accusatoribus: ut oīni terrore sublato: Rem plane quę uenit iudicium uidere possitis: & ante narrationem quum confutationis ei asserat conclusionem sic dicit. Reliquum est ut nihil iam quęrere debeatis: nisi uter utri insidias fecerit: quod quo facilius argumentis perspicere

possitis re gestā uobis dū breuiter expono: quęso diligenter attendite. Et post narrationem insidias factas esse constat: & id est quod senatus contra rem. p. factū iudicauit: ab utro factū sit incertum est: de hoc igitur latum est ut quęreretur ut rem inquit quę uenit in iudicium plane uidere possitis: & ut nihil aliud quęrere debeatis: nisi uter utri insidias fecerit. Hęc quis non uiderit ad seiunctionem pertinere: quę latius exposui: ut uerbis ipsius Ciceronis intelligeret seiunctionem nonnūquā plurimis argumentis quęrendam: quum angustię causę cogunt. Nō semper enim naturam rei quęrere debemus: sed retorquere nonnūquā: & ab eo quod obest ad id quod facilius comprobare possumus: controuersiam reuocare. Cui si quę obsunt confutanda prius. quę confutatio tota etiam iudicio summi oratoris non ad exordium: non ad confutationem eam: quę confirmationem principalis status: ut plurimum sequitur: ut multi ignorantia impediti affirmant: Sed ad seiunctionem: ut dictum est pertinet: nā qui dicunt confutationē esse narrationi præpositam: eam scilicet partem orationis: quā in rhetoricis post confirmationem ponit Cicero: idque ostendere conatur: quod post narrationem confutationem separatam non inueniunt: ii oīno ignorare uidentur naturam eius causę: de qua latius i coniecturali constitutione dicebat. Id loco id dixerim hoc quod non his solum præceptis: quę Cicero de arte reliquit orationes suę considerandę: sed ars potius per orationes eius inquirenda nobis uidetur. Nam orationes diligenter sumus orator composuit: artis præcepta ludēdo quę breuiter per tempore edidit. Sed de seiunctione nunc satis. Distributio est oratio: quę exponimus: quibus de rebus dicturi sumus. Distributionis duę sunt partes: Expositio & enumeratio. Expositio est oratio: qua exponimus res: de quibus dicturi sumus sine enumeratione. Enumeratio est oratio: quę numero exponimus quot de rebus dicturi sumus. Omnis autē distributio debet habere breuitatem: absolutionem: & paucitatem. Breuitas est: quę facit ut nullum nisi necessarium uerbum assumatur. Absolutio est: quę facit ut omnia quę in causam genera incidunt commode amplectamur. Paucitas est: quę facit ut genera sola rerū: de quibus dicturi sumus ponantur. Qui enim ita partitur. ostendam cupiditate: audacia: & auaricia aduersarii multa incommoda in rem. p. uenisse. Is non intellexit auaritiam partem esse cupiditatis. maximum autem censemus uitium: ita causam diuidere: ut partes generi commisceas. Quare genera solum in diuisione comprehendemus: quę genera postea loco suo si comodo fit in partes suas diuidetur. Ut pro Cne. pompeio Cicero: primū mihi uidetur de genere belli: deinde de magnitudine: tum de imperatore deligendo esse dicendum. Hanc ultimam partem postea i quattuor partitur: per enumerationem quum dicat. Ego enim sic existimo in summo imperatore: quattuor has res inesse oportere: sciētiam rei militaris

Diuisio  
Seiunctio  
Distributio

Seiunctio

C. pro Milone

Ante narrationem seiunctionem  
Miloniana posita fuerit

Ciceronis orōnes artes  
nobis ante oculos expo

Distributio  
Expositio  
Enumeratio

Distributio  
Breuitas  
Absolutio  
Paucitas

Cicero p. Gn. pom.



uirtutem: auctoritatem: foelicitatem: Verum quoniam hoc loco accidit  
etiam illud dicendum uidetur: ne nullorum ignoratia qui sua iscitia: quum  
orationes Ciceronis exponunt: ita peruertunt omnia: ut multo melius  
sit nihil discere: quam ab his discere: quo minus huius p. Cn. pompeio ora  
tionis diuisionem intelligamus impedimento sit: illud inquam dicendum  
quod primum etiam membrum principalis diuisionis in quattuor par  
tes per expositionem partitur commodissime. Nam post diuisionem il  
lam tripartitam primam partem proponit: quum dicit Genus est enim hu  
iusmodi: quod maxime uestros animos excitare atque inflamare debet.  
Tradita est salus sociorum: atque amicorum: pro qua multa maiores no  
stri magna & graua bella gesserunt: prima pars expositionis. Altera a  
guntur certissima populi Romani uectigalia: & maxima. Tertia agun  
tur bona multorum ciuium. Quarta delenda est uobis illa macula mithry  
datico bello superiore suscepta: Quam simul & exposuit & proposuit. primum  
agit de hac ultima: deinde de aliis. Illud autem quod dicit: & quoniam  
non semper appetentes glorie preter ceteras gentes: atque auidi laudis fuistis  
huius ultimae partis: quam primo agere uoluit: ratio est quae prepositioni  
preposita magnam uidetur imperitis attulisse confusionem. Celauit enim  
aliquantulum arte Cicero: quae si hic non intelligunt: nescio quid facturi sint in  
aliis orationibus multo difficilioribus. Sed ne uideamur non nullorum  
odio potius: qui artem rhetoricam docent: imo peruertunt: quam ut ueri  
tas cunctis appareat: hanc addidisse ipsius Ciceronis uerbis quod diximus  
comprobemus. Quartam igitur partem: quam ut diximus: quoniam  
primo agere uoluit: simul & exponit diuidendo: & proponit. Et cuius  
rationem prius attulit quam prepositionem: quod plerumque facit plena argumē  
tatione prosequitur usque ad illum locum. Quid si salus sociorum summum  
in periculum ac discrimen uocatur? Vbi eam proponit partem iisdem  
quasi uerbis: quam superius primam exposuit: quam quidem partem ibi  
concludendo: quare si propter socios nulla ipsi iniuria lacesciti maiores  
nostri: & cetera. Simul & aliud de uectigalibus membrum proposuit.  
Praesertim quum de uestris maximis uectigalibus agatur. postremo reli  
quam acturus partem: uel hac luce ostendit clarius hac arte usum fuisse  
quam dicimus his uerbis. ac ne illud quidem uobis negliendum est: quod mihi  
ego extremum proposueram: quum essem de genere belli dicturus: quod  
ad multorum bona ciuium Romanorum pertinet: quorum uobis pro  
uestra sapientia quirites habenda est ratio diligenter. Quis enim negabit  
hanc esse partem: quae loco tertio expositionis preposita est: quam extremam  
hic dicit: aut quia postremo peracta sit: aut quia quartam illam partem  
de laudabili ratione preposita: ne oratio sibi demissior fieret quodam  
modo celauit: praeterea quum de genere belli conclusionem afferat ordi  
ne has partes ut actae sunt amplectitur: quod ferme semper fieri solet:

p. q. pom.

i. ps. expositionis  
p. me. parus

2.  
3.  
4.

quum genus aliquod in partes diuisum est: dicit enim. Quare uidete  
num dubitandum uobis sit: omni studio ad id bellum incumbere in quo  
gloria nominis uestri: salus sociorum: uectigalia maxima: fortunae pluri  
morum ciuium cum re. p. defendunt. Verum haec de diuisione diuinae il  
lius orationis dixisse sufficiat. Reliqua tunc dicemus: quum nobis erit  
ocium nonnullas orationes exponere: nunc de diuisione finem faciam:  
si id dixerem distributionem eam: quae enumeratione conficit: plusquam par  
tium quattuor raro esse oportere: quoniam & periculosum est: ne plus  
minusue dicamus & suspicionem affert auditori meditationis & artifi  
cii: diuisionem a contentione non separauimus: quoniam quum mem  
bra omnia eius confirmationem ingredi necesse sit: nil aliud esse uidetur  
nisi ordo quidam: & constans preparatio: ac dispositio contentionis.  
Nunc reliquum esse uidetur: ut de confirmatione ac confutatione con  
iunctim agamus. qua in re singulare rhetoris consistit officium. Con  
firmatio ergo est oratio: qua nostras argumentationes cum asseuerati  
one exponimus. Confutatio est contrariarum argumentationum dis  
olutio. Confirmare autem & confutare facile poterimus: si uniuscuiusque  
constitutionis: atque partium eius locos cognouerimus: ergo primum de  
constitutionibus dicemus: Si breuiter explicabimus quare scire poterimus?  
Vtrum causa consistit an non. frustra enim constitutionem quaerit ora  
tor: si causa non consistere uidebitur: dicimus autem non consistere cau  
sam eam: quae ab oratore quum suscipi non debeat: nec causa quidem di  
cenda est: quod ut facilius exequamur: illud dicendum uidetur: quod quum  
omnis res: aut ex eo quod personis aut ex eo quod negociis attribuit: confir  
mari confutarique soleat: facile an consistat causa perspicitur: & si consistit  
quibus locis approbat: si quis uim personarum ac negociorum comprehē  
derit. Maximam enim in dicendo uim habet orator: quum ea persona quam  
de agitur certa est: nam tunc ab omnibus his locis: quos laudi: aut uitupera  
tioni attribuiamus: de quibus in demonstratio genere dicitur: oratori  
summa praebetur dicendi copia: deinde persona quam ad aliquid appella  
re solemus: ut pater filius maximam post certam personam potest afferre  
uim: quoniam summam affectionum affert copiam: & certae perso  
nae proxima est: quod Cicero tum pro Cluentio: tum pro sexto Roscio  
ostendit. Tertio eas personas ponimus: quae ab his uitiis nomen contra  
hant: quae uitia legibus puniuntur: ut adulter: prodigus. Vnde in oratio  
ne pro Milone sepius in Clodium inuehitur Cicero. Quartum locum  
possidere dicimus eas: quae nomen trahunt a uitiis: quae legibus non pu  
niuntur: in quibus & artificium ponimus: ut inuidus aurifex. In quinto  
loco eas collocamus: quae a duobus appellatiuis componuntur: ut Iuuenis  
diues. Sexto deinde sequi arbitramur: quae ab operatione personae implici  
ta constituunt: ut si adulescentem: quae se muliebri cultu exornaret: suam

hactenus de diuisione. pom  
ne oronis.

Cur diuisione a contentione  
separauerit

Cap. de confirmatione &  
futatione.

De consistencia. cause

Cicero p. Cluentio  
p. sexto Roscio  
p. Milone



perdere pudicitiam asseremus. Septimo ac ultimo sola ponimus appellatiua: ut orator quum hæc ita sint in propriis ac certis personis: maiorem uim habet orator: quæ cetera quoque ad certam personam concurrant. Nam Cicero: & pater & orator fuit: deinde alii personarum habitus: secundum quæ eos distribuimus minorem aut maiorem oratori asserunt copiam. Oportet igitur ut dictum est a locis demonstratiui generis: quibus personis complicantur: ea quæ incidunt inuenire. At hæc quidem personæ: quum iudicium suscipiant: consistere causam faciunt. nihil autem ad constituendam causam asserunt: primo quæ infinita dicuntur ut quidam. deinde quæ omnino inter se uidentur equalia: Vt si duo iuuenes ambo diuites & nobiles rei alicuius: alter alterum accusaret. Nam ex parte personarum causa consistere non potest. Quicquid enim unus dicit de altero id ipsum ad eum qui dicit facile conuerti potest. Verum hoc clarius uidebitur: quum de duplici coniecturali tractabimus. Res autem ipsa maxime consistere causam facit: quum dicimus eum: de quo agit rem gessisse: ut si accusatur Vlyxes: quæ aiacem interfecerit. deinde quum & si alius fecerit in ipsum tamen: qui accusatur palam totum redundat negocium: Vt si in suspicionem prodicionis Fabius maximus traheretur: quæ eius agros hannibal non uastaret. Tertio loco eam rem posuimus: quæ inter prædictas est: ut si archidamus lacedæmoniæ dux munera suscepisse contra leges accusetur. Quoniam Pericles atheniensium imperator: quum de pecuniis in bello consumptis rationem redderet: scripsit in rem atheniensibus utilem: quam silere honestius esset: quinquaginta exposuisse talenta. hic enim cum signum coniecturale incertum sit hoc modo. Munera suscepisti huius signum: quod pericles scripsit: hoc igitur signum cum incertum sit: & ad archidamum palam non referat aliis signis comprobatur: quod scilicet periclis amicus esset: & quæ eius agros in expeditione non uastasset. Quare & inter ea genera hoc genus negociorum posuimus: quoniam causa perfecte consistit: non ex eo solum quæ pericles scripsit: sed etiam ex his: quæ ipse archidamus fecit. Simile huic est si prodigum quis patricidii accusaret: quæ pater eius nusquam inueniret. Nam & ex eo quod pater fecit qui fortassis profugit: & ex eo quod filius: cuius prodigalitas suspicionem facit: causa in iudicium posse uenire uidetur. Quare iam clarum esse puto maxime causam ex parte rei consistere: quum ab eo ipso: quod de agitur quicquid factum esse dicat: deinde quum palam a facto aliorum in nos crimen reducat. Tertio & si minus his: tamen quum sic componuntur: ut & ab eo quod nos: & ab eo quod alii fecerunt: in iudicium protrahamur. Tunc autem solum ex parte rerum causa non consistit: quum res inter se omnino equalia asseruntur: ut si diues & pauper se inuicem adulterii accusent: quæ unus alterum eodem tempore domo sua exire perspexerit. Nam hic non clam

personæ quæ nihil ad constituendam causam asserunt.

Infinita equalia

res maxime causam consistere facit. ut his quæ uel non ut sequitur

quidam causa ex parte rei consistit aut non

esse dixerim: nihil quæ a re gesta: quoniam equalis est ad suam confirmandam causam posse unquam inuenire: quod ad confirmandam alterius causam non pertineat. Quare non ex parte facti: Verum ex parte personarum res in iudicium uenit. Ex his iam patet eam causam consistere: atque per locos suos diuidi comprobari posse: quæ personam asserit: & rem ex utraque accusatoris scilicet ac defensoris parte: aut personam solum: & rem solum: deinde rationes utriusque partis uerisimiles ac diuersas: & amplius: quod in finem iudicii peruenire potest: ac iudices uehementer occupauit: quæcunque uero in aliquo istorum deficiunt consistere non possunt. Quæ ut magis pateant: breuiter per genera diuidantur. Hæc ergo sunt: quæ apud nos ἄσυστα ἁπλοῦς appellatur: latine inconsistentia possunt dici. Vnicum: & quale: conuertibile: inexplicabile: non uerisimile: impossibile: turpe: sine circumstantia: sine colore impensum: erraticum: præiudicatum. Vnicum est: quum ab alterutra parte tantum consistit: nec quicquam ex altera inuenit: hoc modo. leno qua parte uenturos adolestentes sciebat: nocte fecit foueam occultam: ea iuuenes periit. Hic lenonis nulla defensio. Ex altera parte hoc modo. luxuriosus pater abdicat filium: quoniam frugi est. Nam hic accusatoris impudens est ratio. Aequale est quum sic eadem ex utraque parte dicuntur: ut nihil sit proprium partis alterius: hoc modo. Iuuenes uicini nobiles ac diuites speciosas habent uxores: nocte inuicem se conueniunt: & alter alterum se adulterii accusant. Conuertibile est: quum actio tota ita conuertitur: ut accusator rei: & reus accusatoris utatur rationibus: hoc modo. Exigebat quidam ab amico cum usuris pecuniam: tanquam creditam ille sine usuris offerebat quæ si deposita inter moras iudicii lex lata est de nouis tabulis: petit postea ille pecuniam tanquam depositam: retinet alter quasi creditam. Inexplicabile est: quum id quod proponit: nec solutionem nec finem iudicii habere potest hoc pacto. docetur Alexander per somnium non esse credendum somniis: & consulit. hic quicquid dixeris contra te ipsum dices: quare causa inconstans est. Item lex. septem iudices de reo cognoscant: maioris partis sententia sancta sit: duo quendam absoluunt: duo pecunia multant: tres capitis condemnant: rapit: ad penam contradicit. Nam uel legis explicari hoc in iudicio nunquam poterit. Non uerisimile est quod contra opinionem dicit: ut si quis aristidem iniustitiam: aut lenocinii xenocratem accuset: hoc si caute agitur non procul abest quin consistat. Impossibile est quum id dicit: quod sit contra rerum naturam fidem: ut si quis Apollinem mentiri dicat: uel infans accusetur adulterii: quæ cum uxore concubuerit aliena. Turpe est quod reicit: quoniam spurcum sit hoc modo: locauit quidam uxorem precio: ac ab eo qui conduxit pecuniam in iudicio petit. Sine circumstantia est: quum aliquid deest in questione: quod faciat causam: ut si quis filium sine causa abdicaret: hoc ab unico differt:

Concluditur quæ causa uere conuenit dicitur: uel non.

ἀσυστα ἁπλοῦς  
Inconsistentia

Inconsistentis cause genera

unicum

equale

conuertibile

inexplicabile

non uerisimile

impossibile

turpe

sine circumstantia

unicum equalis est ad suam confirmandam causam posse unquam inuenire: quod ad confirmandam alterius causam non pertineat.



Sine colore

ἀχρωμίον  
sine colore

quoniam hic nullam ibi non idoneam causam reddi perspicimus. Sine colore quod causam facti non affert: hoc ab unico differt: quoniam in unico ex altera parte infirma questio est: hoc de quo dicitur: in colore solo deficit: & ἀχρωμίον græce appellatur. Nam chroma colorem facti: hoc est rationem appellamus: hoc modo. decem milites tempore belli pollices sibi amputauerunt: rei sunt legis rei. p. Nam hoc quoniam color facti non inuenit inconstitens iudicamus: quod in unico non accidit. Reddi enim color posset ideo factam a lenone foueam: ne quos nollet ad se ueniret. Quare unicum & si colorem habet: ipsius tamen rei atrocitate non suscipitur: hoc de quo dicimus: & si res atrox non est: tamen quia colore caret: eiicitur. Est ergo color comprehensionis transpositio: de qua in secundo dicitur: ab eo uero quod sine circumstantia dicitur hoc quod sine colore appellamus: in quo differat in coniecturali causa dilucide uidetur. Nam si a coniecturali comprehensionem tollas sine circumstantia: si transpositionem sine colore inconstitens reperit: quare quod sine circumstantia est: accusationem: quod sine colore: defensionem semper euertit: nisi cum is locus: quem ab initio ad finem dicimus utriusque inuenit. Tunc enim utrumque sine colore causam habere possibile est: & causam collatione signorum consistere non mirum. Verum hæc tunc melius intelligentur: quam signi & transpositionis uis in secundo aperitur. Impensum est: in quo adeo magnam uim unus habet: ut alter parum quid in dicendo ualere uideatur: ut si critias ad armodii ac aristegitonis statuas refugisset: & quidam diceret inde abstrahendum non esse: quoniam & alias hic honor illis statuis attributus sit: ut reis refugium præbeant. parum enim hæc oratio ualet. At alia pars dicit armodium: & aristegitonem statuis decoratos: quoniam tyrannorum interfectores fuissent: qua ex re tanta dicendi fluat copia: ut nullo pacto dubitandum sit quin abstrahendus uideatur. Male enim tyrannus eorum se defendit honore: qui solo tyrannici dio deorum honores habuerunt. Erraticum est: quod aut personas intro ducit mortuas: ut si quis impietiarum brutum cædis accuset: aut id in con trouersiam adducit: quod est contra historiarum fidem: ut si quis. M. Antonium accusaret: quod in consulatu suo de indemnatis ciuibus supplicium sumpserit: quum id tullium fecisse sciamus. Qui modus in omni circumstantia inuenitur: ut si res: aut locus: aut tempus: uel modus aliter dicatur quam in historiis inuenitur. Preiudicatum dicimus: quod iudicio omnium antequam de eo fiat iudicium præclarissime comprobatur hoc pacto. Premebat ciuitatem tyrannus quidam: mulier uirum docuit qua uia ad occidendum tyrannum in arcem ascendere posset. Occidit ille tyrannum: debitus honor sibi a re. p. redditus est. Vxorẽ deinde accusat a dulterii. mirum. n. certe uideretur: si ii iudices: quibus iudicandi potestas per eam restituta est: eius rei accusatorẽ audire paterentur: qua res. p. liberata est. Hæc tria

Impensum

Erraticum

preiudicatum

ultima κακὸς νότος id est male consistentia dicuntur: quod magis ad id ut consistent accedunt quam superiora: nam illa nisi forte non uerisimile nec declamatoriam orationem suscipiunt. Hæc & si in iudicium non ueniant: Tamen in declamationibus agitari possunt. Nam impensum id est ὁ τὸ ὅτι πρὸς πέρας ut unicum nihil affert ex altera parte: sed habet aliquid ad declamationem quidem fortassis utile. Sed id non sufficit: ut etiam in iudicio res agitur. Erraticum ut perfectum sit circumstantia impeditur. Preiudicatum uero si non in ea ciuitate in qua actum est agitur: fortassis etiam iudicium suscipere poterit. Medium enim quodammodo fit inter consistentes causas: atque inconsistentes. Sin autem ibi gestum est etiam agatur: in iudicium non uenit: nec constitutionem suscipit: ut cetera inconsistentia. Quid enim coniecturalem id dices: at iudices eius facto in potestatem iudicii restituti talem audire coniecturam non patiuntur comparationem criminis: sed ad id quod dictum est etiam accidit: quod in comparatione criminis factum & emolumentum concedit. hic factum negat: emolumentum conceditur. deinde in comparatione utrumque: hoc est tam factum quam emolumentum aut ad rem. p. refertur: aut ad personas priuatas. Hic uero factum priuatum est: At res. p. libertatem consecuta est. Sed de his: quæ non consistunt satis dictum est. Omnia enim inconsistentia ad hæc genera reduci posse facile puto: quæ memoriæ commendanda: exercitatione firmanda sunt: ne quod Iulianus rhetor in imperitum iuuenem: qui in consistentia suscipiebat: dixit: in nos quoque dici possit: hic uero iuuenis sine controuersia disertus est. Sed iam ut inuentionis locos facilius aperire possimus: de constitutionibus dicamus. Constitutio est prima contentio causarum: quæ ex depulsione intentionis primo profecta cum accusatoris insimulatione coniungitur: quæ ut clarius intelligatur unde inueniatur: & quid sit intentio: quid etiam depulsio dicendum uidetur. Intentio est eius facti obiectio: quod in iudicium uenit. Depulsio est intentioni resistens oratio. Ex his duabus inter se concurrentibus uocibus status nascitur: qui ex depulsione ad intentionem repugnancia ilico emergit. Atque depulsio quidem quam intentione opposita sit: facilis inuentu est. Nam aut factum: aut nomen: aut actionem: aut rei qualitatem negabit. In intentione uero cauendum est: ne aut facti nomen: aut auditoris officium: aut scriptum aliquod obiciamus. Nam qui nomen intendit hoc modo. homicidium fecisti: si dicatur non feci: quoniam male intendit adhuc status: quod ex prima depulsione defensoris percipitur: quisnam futurus sit: non intelligit: poterit enim aut quia neminem: aut quia tyrannum interfecit: non fecisse homicidium asseuerare. Officiū aut auditoris in aliis generibus intendi bene fortassis poterit. In iudiciali uero uiciosum est: Nam & accusator a re sua longe aberrat: & defensor qualitatem solam efficit: quum non damnandum hominem dicat. At qui scriptum intendit hoc modo: lex

κακὸς νότος  
male consistentia

ὁ τὸ ὅτι πρὸς πέρας  
Impensum

Iulianus rhetor

Cap. de locis inuentionum  
p. de constitutionibus in

Constitutio

Intentio

Depulsio



te peregrinum murum ascendere uetat: leui uulnere aduersarium percutit. factum ergo semper intendi oportere putamus: hoc modo. Ascēdisti muros: hoc peregrinus si negabit de facto contendit: si concedet statim cōtra legē fecisse uidebit. Ex depulsiōe ergo defensoris status oritur: ut interfecisti hōinē: nō interfeci: Iā ipsa depulsiō itentiōis cōiecturā cōstituit: aut iure itefeci: stat⁹ iuridicialis ē: aut etiā utzq; nō itefeci: sed si itefecisse iure itefecisse: nā tyrānus erat. *Verz* cōiectura ex depulsiōe sola itentiōis pficiscit. Iuridicialis nisi isimulatio quoq; accusatoris ad datur: non consistet. Quare proficiscit etiam iuridicialis: & quodāmodo digito ostendit: quē nam eius species sit ex depulsiōis ratione: *Verz* res in iudicium non uenit: neq; orationis requirit copiam. Si accusator depulsiōem silentio prosequatur: ut iure itefeci: nam tyrānus erat: hic nisi accusator afferat: imo enim non iure: non enim abs te interfici iure sine iudicio poterat: uel aliquid huius subuersa est causa: hic iam ob iici posse intelligo depulsiōem: quē primo statum aperiat non semper defensoris esse: potest enī accusator: quum dicat reus iure itefecisse: qd' tyrānus esset: negare illum unq; tyrānū fuisse. quare quum ex depulsiōe accusatoris etiam cōiecturam hic nasci manifestum sit: Non solū nos: uerum etiam ad hērēnium Cicero: qui primum defensoris deprecationem constitutionem esse uoluit: non bene complecti diffinitionē constitutionis uidetur. Sed habeo certum: quod quidam dicunt: statū scilicet esse duplicem: principalem: & eum quē nunc accessorium appellare placet. principalem statum semper ex rei depulsiōe oriri: qui iuridicialis hic est. Accessorium ab accusatore plerūq; nasci: & principalis status approbationem esse: ut interfecisti Clodium Milo: interfeci: sed iure. Insidias enim mihi struxerat. Hoc iam iuridicialis est: deinde quū negetur Clodium insidias struxisse coniecturalis accedit: qua comprobata sequetur iure: aut iniuria cēsum Clodium fuisse. Quare principale quidem statum a reo: Accessorium quo principalem comprobamus: etiam ab accusatore pficisci asseuerāt. Ego si quis etiā accessoriū a depulsiōe defensoris oriri diceret: eum non procul a ueritate aberrare contēderem. Nam quum ab accusatore proficiscitur: defensoris personam accusatorem subire manifestum est. Quis enim neget in accessorio statu quod iam exemplo patuit eum qui principaliter reus est: accusationis eum: qui accusator defensionis locis uti omnino debere: quare non iam dubitauerim omnem constitutionem ex depulsiōe defensoris proficisci: quum & accusatorem inueniam: si eius depulsiō statum facit: omne defensoris subire officium. sed de his satis: nūc constitutiones explicem.

*Constatuōm explicā* Omnis res: quę habet in se positam controuersiam: aut facti: aut nominis: aut generis: aut actionis continet quęstionem. Nam aut dubitamus factum sit: nec ne: & sic est coniecturalis constitutio: aut de facto

quidem conuēit dubitatur autem quo nomine factum appellandū sit: quam constitutionem diffinitionem appellamus: aut etiam de nomine conuēit. Queritur autem de qualitate: & genere negocii: si equum: si bonum: si more ac lege factū. Vnde constitutio: quoniam cuiusmodi res sit querit: generalis uocatur. quod si non solum de facto & nomine: uerz etiam de qualitate rei constaret: ne parua nulla quidē res remorari dānationem posset: nisi actio ab reo trāsseratur: quam cōstitutionē trāssatiuam appellamus: quam non ideo a generali separauimus: q̄ in ea de qualitate non queratur: Sed quoniam generalis rem trāssatio actionē qualis sit querit. Neq; qualitatem in hęc duo partiri uolumus: quoniam in translatione & actione: nō ex qualitate depellimus. Quare actiōni comprobandę qualitas: nō actio qualitati accedit. Trāssatio igit & si absq; qualitate non sit: subiiciēda tamen qualitati non est: nā quū qualitas si quę in ea est ex ratione depulsiōis erumpat: in iudicatione quidem erit. In statu uero qui ex prima depulsiōe nascitur: quum natura depulsiō rationem p̄cedat: esse qui poterit? Neq; enim posterius in prima: sed i posteriora prius diuisione deducit: Neq; eadem speciei ratio: si diuersis euenit: easdem sed diuersas relinquit species: quod si quis non sic depellendum in translatione putauerit: nihil tibi mecum Nam quod tutori dedisti meo: nō iure a me repetis: sed hoc pacto nihil tibi mecum iure aut iniuria hoc a me petis: nā quod tutori dedisti meo a me repetere non potes. Quis depulsiōi qualitatem imiscet: tamē q̄ litas quę in actione fundatur: actione prius esse non poterit. Quare hic iam manifestū ēē puto quattuor generaliter esse constitutiones: coniecturalem: diffinitiuam: generalem: & trāssatiuam. Verum ut ordine p̄tes quoq; his subiectę habeantur: utque sufficienter unusquisq; uidere possit: & quot sint: & in quo differant diuisionis doctrina: ones rursus explicabimus. Omnis res quę in controuersia ponit: si consistit: hoc ē: si in iudicium uenire potest: ac ab oratore suscipi: aut facta esse negatur aut concedit: si negatur constitutio coniecturalis est. Est enim cōiecturalis constitutio: i qua factum ne sit querit ab aliquo manifesto signo aut a suspitiōe: quam rei facit persona: uel ab utrisq; hoc pacto. Vlyxes in syluis Aiace sepelire inuentus est: Est enim hic signum manifestū q̄ eum in syluis sepeliret. Quod quidem cōiecturę signum huiusmodi debet esse: ut & liceat: id est per se legibus uel consuetudine non puniat & non necessario rem arguat. Nam si quis diceret ab Vlyxe itefectū esse Aiace: q̄ ei gladium infingeret: idq; pateret: iam causa nō consisteret. Itē qui dicit mulierē cū uiro concubuisse: q̄ peperit: rē dicit oratori nequaq; suscipiendam. Quare oportet coniecturę signa & media esse: & non necessario rem aut antecedere: aut consequi. a suspitione: quę a persona rei capitur: hoc modo coniectura proficiscitur. frugi pater filiū

*Diffinitiois u*

*Generalis*

*Trāssatiua*

*2<sup>o</sup> constitutiones*

*Consistit  
iudicium*

*Coniecturalis*



habebat prodigū: is ubinam esset nemo sciebat: & parricidii filius accu-  
satur. ex utriusq; hoc pacto. Insana ut uidebatur mulier filium gladio leui-  
ter percussit: priuignum necauit: accusatur cędis: dicit se insanam fuisse  
Negant aduersarii: hic & signum subest qđ filium leuiter percussit: &  
nomē nouerę suspicionem facit. Qđ si reus propositam rē non nega-  
ret: uerum concederet: consyderandum ē si res perfecta aut imperfecta  
i iudiciū afferat. Si imperfecta diffinitiuā facit. Est enī diffinitiuā consti-  
tutio: qua id quod obiicitur: non hoc esse contendimus: nam per eam  
huiusmodi res affertur: ut ei aliquid deficiat: quo perfecte ac palam in-  
tentionē accusatoris complectatur: hoc modo. Substulit quidam a tēplo  
priuatas pecūias: & sacrilegii accusatur. Si enim addas pecunias quoq;  
sacras fuisse: iam perfecta res est: nec habet quęstionem. hanc constitui-  
onem quidam legitimam putauerunt: quorum errorem: quoniā mul-  
to interest utrum legitima: aut ratiōalis causa sit. (Aliis enim hęc locis:  
aliis illa confirmatur) breuiter reprehendendum putauit. Quod ut facili-  
us teneatur: quid rationale: quid legitimum appellamus: aperiendum  
est. Legitimum dicimus: quod scripti cuiusdam continet disceptationē  
Rationale & communiter & proprie intelligere solemus. Rationale cō-  
muniter dicimus: quum de scripto non ē controuersia. Proprie: quum  
nec de scripto: nec de facto: nec de nomine: nec de actione & ta-  
men de re controuersa est. Quę quum ita sint: diffinitionem rati-  
onalem esse breuiter aperiendum est. Legitimam constitutionem esse  
dicunt: quę de scripto nascitur: quum scilicet tota cōtrouersia de scripto  
sit: Quod si ita est: nescio quid eos impellere potuit: ut diffinitiuam le-  
gitimam credant. Nam & si ille locus cadere i diffinitiuam potest: quo  
scriptoris intentio quęrit: tamen non de intentione quęritur: sed ad com-  
probendam quęstionem intentio assumit. Nam non ex eo quo com-  
probamus argumento: sed ex eo qđ probatur constitutio nascit. Quare si  
legitima constitutio est: quum ex scripto controuersia nascitur: ac diffi-  
nitiuā nunq̄ de scripto quęrat rationalem eam non legitimam esse prę-  
clarissimum est. deinde non poterit eadem causa: eadem ex parte & le-  
gitima sūt & rationalis esse. At diffinitiuā ratiōalis sēper esse inuenit  
Nam uel in exemplis: quę ab ipsis proferuntur: qui legitimam putant:  
locus ille pręcipuus: a quo etiam status denominatur: quem diffinitio-  
nem appellamus: nō a lege sed a re trahit: ut i secūdo libro uidebimus  
Quare quū eūdē statū eadē ex parte: & rationalem: & legitimam esse:  
uel solum dicere magnę amentię sit. At diffinitiuā ex parte diffinitio-  
nis sēper rationalis inueniatur: nūq̄ legitima esse poterit: nisi forte  
illud eos mouet: qđ lex plerūq; i hac causa proferatur. Sed si hoc eos  
mouet: quare coniecturalem quoq; & iuridicalē legitimam esse non asse-  
rūt: Quis enim ūq; accusaret hōinē parricidii: nisi aut lege aut cōsuetudi-

Diffinitiuā

Legitimi  
Rationale

Legitima

ne parricidium puniretur? Sed non ita est: nā quum ex scripto oritur  
controuersia: tum legitima esse etiam ipsi concedūt. Verum ut gladio  
eorum uulnerentur id exemplum ponemus: quo maxime in legitimis  
uersari diffinitionem ostendere uidentur: lex. nocte cum telo deprehē-  
sus occidatur. quidam cum fuste deprehēsus ad magistratus adducit:  
negat se fuisse cum telo: quoniam telum fustis non sit. hanc diffinitio-  
nem legitimam aiunt: quoniam telum: quod in lege positum est: diffi-  
niendum est: sed uehementer errant: nam quū qđ telum: quid fustis  
sit quęritur: quatenus ex natura rei diffiniendum est: status legitimus  
esse non potest. Si ita intellexisse scriptorem dices: scriptum & senten-  
tiam facias: cui diffinitionem accedere non est mirandum. Quare si de  
scripto nullam quantum in se est diffinitio controuersiam facit & scri-  
ptoris intentio: quę in ea inuenitur: ut in secūdo dicemus. locus est: quo  
quęstionem probamus: non quęstio & diffinitio ipse locus: ex quo tota  
quęstio profluit ex re sēper: nunq̄ ex scripto inuenit. Id iā ōnino ha-  
bendum est: diffinitiuā legitimam esse non posse. Nunc ad propo-  
situm redeamus. Res proposita (ut dicebatur) aut negatur: aut concedit  
primum coniecturalem facit. In altero aut perfecta res est: aut imperfe-  
cta: ex hoc altero diffinitiuā habetur. Verum si perfecta res est: tūc aut  
de actione: aut de genere: ac q̄litate ipsius negotii agit. p̄mā trāslationē  
alteram generalem appellamus. Translatio est: quum quęritur suscipiē-  
da ne sit causa an non. Nam in translatione neq; si est principaliter quę-  
ritur: ut in coniecturali: neq; qđ sit: ut i diffinitiuā: neq; q̄le quid ut i ge-  
nerali. **V**ex qualiscūq; res sit: hoc principaliter quęritur: suscipi ne causa  
debeat an non. huius duo sunt modi. Nam quum rationalis sit: etiam  
legitima tūc absoluit: quum a scripto iudicium transfertur: quam pręscri-  
ptionem & perfectam translationem nominamus: & aliqua legitima-  
rum sēper tractamus: ut in secūdo libro patebit. Nunc ut melius in-  
telligatur cuiusmodi sit: exēplo breuiter declare. Lex. bis eadem de re  
iudicium ne fiat. homicidii reus indemnatus euasit. Ei quadam de re  
Apollinē interroganti responsum est: Apollinē nunq̄ homicidę respō-  
dere: & eiusdem homicidii rursus accusatur. hęc translatio quam & per-  
fectam pręscriptionem dicimus: per scriptum & sententiam hic absol-  
uetur: deinde coniecturalis sequetur: si occidit. Alius modus translatio-  
nis est: quum non a scripto ius transferendi: sed ab aliqua circūstantia  
nascitur: hoc est a loco: causa: modo: persona: uel tempore hoc pacto: lex  
si adulterum cum uxore inueneris: utrosq; interficere liceat. quidam ad  
ulterum solū occidit: postea quum in sepultura eius lachrymātē inuenif-  
set uxorem: eam quoq; iterfecit: reus sit cędis: pręscribit secūdam legem  
fecisse. hic enim rem licuisse: per legem accusator cōcedit: locum & tem-  
pus consyderandum putat: inter pręscriptionem: & alterū trāslationis

Lex.

fustus  
teli

Constitutionū clarā p̄ciā

Translatio

1. Translatioe. suo modi

p̄m̄ modus  
pręscriptio. i. p̄fecta trāslatio

Lex

2. modus

Duoq; mōdi sūt



Generalis constitutio

Rationalis

Negocialis

Iuridicialis

Absoluta

Assumptiva

modum hoc interest: quod in prescriptione rem omnino sic agi debere negamus. Quare & perfectam eam translationem nuncupamus. In altero uero modo: tempore: uel loco: causa: persona non oportere contemdimus. At translatio quidem huiusmodi est. Constitutio uero generalis est: quum & res a reo conceditur: & quo nomine appellatur constat: sed tamen de qualitate rei: ac de genere queritur. Huic generali duas partes attribuimus: nam in ea aut ex re: aut ex scripto controversia nascitur: prima rationalem: alteram legitimam appellamus: de qua posterius dicetur. Rationalis est constitutio generalis: cuius controversia ex re proficiscitur: Quam rursus hermogenem secuti bipartito diuidimus: aut enim de facienda re: aut de facta iam queritur. Hoc iuridicialis: illud negocialis appellamus. Negocialis est constitutio: in qua queritur faciendum ne sit quippiam an non: ut si deliberarent athenienses deceat ne barbaros se pelire qui in maratonis campis ceciderunt: an non. hęc controversia tota ad deliberatum ita spectare uidentur: quemadmodum iuridicialis ad iudiciale. Retorqueri uero eam posse ad iudiciale genus non iniuria putamus. Nam & iuridicialis partes: tam & si preteritum tempus proprie respiciant: tamen etiam ad deliberatum retorquentur. Nam qui non tempore negocialem per se a iuridiciali differre dicunt: si non uident negocialem & iuridicalem absolutam ita conuenire: ut ridiculi inueniantur: quod eas duas constitutiones putassent: maxime quum eisdem locis utriusque uelint esse. non enim aliud magis diuersas facit constitutiones quam locorum diuersitas: qui maxime tunc diuersi: quum ea quibus de agitur inter se diuersissima inueniantur. Verum non fortassis ab re rationem quoque suam ponere. Afferunt enim negocialem hac de causa sibi aliam atque absolutam uideri: quod in absoluta licere rem clarissime pateat: in negociali quum obscurior res sit: difficilius liceat ne an non prosequi possit. Quod si hoc eos mouet: infinitas eos ponere constitutiones necesse est. In omni enim constitutione: ac parte constitutionis hoc inueniunt: ut clariores alique obscuriores cause sint. Quare illos quidem frustra reclamare dimitemus. Nos intelligemus negocialem futurum tempus: ac deliberatum genus: iuridicalem preteritum tempus: & genus iudiciale complecti: retorqueri tamen nonnumquam & hanc ad deliberatum & illam ad iudiciale non negabimus: quod latius dicemus: quum de deliberatio tractabimus. Iuridicialis est rationalis constitutio: cuius controversia ex re iam facta proficiscitur. In hac reus aut concedit quippiam fecisse: quod uetitum sit: aut non: illud assumptiuam: hoc absolutam nominamus. Absoluta est iuridicialis constitutio: in qua reus nullam se uetitatem fecisse confirmat. Ut si quidam filium abdicaret: quod philosophię operam daret. Aut si actius poeta iniuriarum ageret: quod eum mimus quidam nomine appellasset. Assumptiva est iuridicialis constitutio: in qua quum

reus rem per se turpem fecisse confiteatur: re tamen assumpta extranea iure factum defendit. Quo in statu: aut in se ipsum uniuersam reus assumit causam aut transfert in alium: primum comparationem facit. Est enim comparatio assumptiua constitutio: in qua reus & si se fecisse confiteatur: tamen eam rem satius facere fuisse defendit: hoc modo. Aulus albinus a iugurtha inclusus: quum effugere non posset: cum iugurtha in collocautionem uenit: ita discessit: ut impedimenta relinqueret: exercitum sub iugo educeret: satius esse duxit exercitum sine impedimentis educere: quam simul cum impedimentis exercitum quoque perdere. in hoc loco aulus totam causam in se ipsum assumit: Quod si in alium reus causam transferret: aut in eum ipsum: qui passus est eam transferret: aut in alium. primum relationem facit criminis. Est enim relatio criminis: quum & si fecisse reus confiteatur iniuriis tamen eius ipsius: qui passus est coactum se fecisse dicit: ut orestes quum confiteatur matrem interfecisse dicit se iniuriis eius coactum quod illa patrem suum interfecerit: ac domum suam totam in egesthi familiam transferret. Quod si non in eum qui passus est: sed in alium causam facti reus transferret: aut in id transferret: quod etiam iudicio corrigi possit. Unde remotio criminis oritur: aut in id: quod iudicii correctionem omnino effugiat: & faciat concessionem criminis. Remotio criminis est assumptiua constitutio: in qua crimen transfertur: non in eum: qui passus est: sed in alium: aut in aliud: quod tamen correctionem iudicii suscipere possit: hoc modo. Lex legatum ad decimum diem proficisci. Quidam quum in legationem mitteretur: consuetam a questoribus pecuniam dari infra legitimum tempus non recepit: profectus non est: petitur ab eo multa. Concessio criminis est: quum reus causam in id transfert: quod in iudicium accersiri nullo modo potest: hoc pacto. Lex imperato rem post bellum cadauera militum sepelire. asperitate hyemis prohibitus quidam non sepeliuit. Concessionis quidam duas partes esse putauerunt: purgationem & deprecationem. purgationem esse aiunt: quum causa facti in imprudenciam: aut fortunam: aut necessitatem reus transferret: quam & nos concessionem appellamus. Deprecationem dicunt quum reus ita confitetur: ut in nihil aliud culpam transferat: nec se consulto fecisse neget: quam diuisionem ita contempsimus: quod nullius unquam deprecatio constitutionis uim habere uisa est: nec enim in iudicium uenire potest. Quare necesse est: quum causa in iudicium non ueniat: nec causa consistat: deprecationem constitutionem non esse. Non ergo cum aliis constitutionibus: aut cum partibus earum ponenda est: quippe quum unus partis inueniat. Nam accusator preter intentionem nil aliud habet: quod ad probandam causam afferat: quod si dicerent acceptam a se fuisse deprecationem: non quod sibi constitutio uideretur: sed quia tractanda non nunquam est: aut apud populum: aut apud imperatorem: qui iuratus legibus

Assumptiue diuisio  
Comparatio

Relatio

Remotio criminis

Concessio

purgatio

quod deprecatio constitutio  
quum nunquam deprecatio in iudicium ueniat.

Orestes



non sit: non id quidem tanquam malefactum reprehenderim. Sed nulli dubium esse uolo deprecationem constitutionem non esse. Multa uero ab oratore suscipi posse: quae constitutione careant: quum de demonstratio dicemus genere altius aperiemus. Concessionem uero quam per purgationem illi appellant: Idcirco in imprudentia: fortunam: ac necessitatem non diuidimus: quae in constitutionibus: ut supra diximus locorum diuersitas: quae diuersitatem rerum arguit consideranda est. Eosdem uero locos omnibus his accommodari etiam ipsi testantur. quare superuacaneum uisum est: eam adhibere petitionem: quae nihil utilitatis ad locorum afferat perspicentiam. Verum rationales iam satis patent: nunc legitimam consideremus. Legitima est constitutio generalis: quum ex scripto controuersia nascitur. In legitima constitutione considerandum est: Vno ne an pluribus scriptis controuersia nascatur. Si ex uno aut uoluntas scriptoris cum scripto dissentire uidetur: aut scriptum ipsum duas: uel plures sententias significat: aut res: de qua nulla propria lex inuenitur: per similitudinem legi accommodatur. primum genus scriptum & sententiam: Alterum ambiguum: ultimum ratiocinationem uocamus. Scriptum & sententia est legitima constitutio: quum unus & ut plurimum accusator scripto: alter scripti sententia utitur hoc modo: lex. peregrinus si uixit ascendat morte supplicium det. Quum ciuitas obsideretur: peregrinus quidam murum ascendit: hostium ducem interfecit: Capitis accusatur. Ambiguum est legitima constitutio: quum scriptum plures sententias significat: quod multis modis fieri potest. Nam & multiplici potestate uerborum & accentu: & genere: & numero: & aspiratione: & dictionis tam compositione: quam redditione: & ut breuiter omnia comprehendam: quibuscumque modis uaria potestas ac significatio uerborum commutat fieri potest. Hoc ex redditione dictionis oritur. Meretrix si coronam auream habeat publica esto. Habere quaedam inuenta est: & accusator publica ad meretricem reddit: meretricis defensor ad coronam. Illud dictionis compositione fit: quidam duos habebat filios: quorum unus omnialeo: alter leo uocabatur. Is ita testamentum fecit: post mortem meam habeat mea omnia leo. Multiplici significatione uerbi: hoc modo paterfamilias amico taurum legauit: post mortem eius amicus seruum nomine taurum petit: haec res se bouem debere dicit. In ceteris quoque ambiguis generibus non grauare exempla ponere: si rem non satis claram uel uno exemplo alato duceremus. Ratiocinatio est legitima constitutio: quum res: quae sine propria lege uenit in iudicium: cuiuspiam lege accommodatur: hoc modo. Lex. meretricis filius in contione orationem non habeat. corrupti uiri: & parum honeste pudicitiam habentis filium in contione: quidam ne dicat prohibet. hanc rei accommodationem non uni lege solum: sed etiam pluribus adhibere posse propter rerum & legum multitudinem nemini

Legitima

Scriptum & sententia

Ambiguum

Inuenit redditione dictionis

Compositione

Significatio multiplex

Ratiocinatio

dubium esse debet. Sin autem ex pluribus scriptis controuersia nascitur contrarias leges constitutionem appellamus. Plura uero scripta dico si unum etiam esset scriptum: quod tamen diuideretur: ac una parte actor altera defensor uteretur. Contrariae leges sunt constitutio legitima: quum in pluribus scriptis: aut etiam in uno diuiso: non per se: sed ex circumstantia contradictio inuenitur. & omnino contrariae leges duplicem questionem habent scripti & sententiae. prioris partis exemplum hoc sit. Lex. augur damnatus de pecuniis repetundis in contione orationem non habeat. Et lex. augur indomortui locum: qui petat in contione nominet. Haec leges per se non sunt contrariae: sed addita circumstantia contrariae fiunt: hoc modo. augur quidam damnatus de pecuniis repetundis: indomortui locum: qui petat: nominauit. unius scripti diuisi exemplum huiusmodi sit lex. uitata uirgo eius: qui uitauit uel mortem: uel coniugium eligat. In tempesta nocte duas quidam uitauit: quarum una mortem: altera eius coniugium eligat. At constitutiones quidem partesque earum ostendimus. Nunc qua uia: & qua ratione eas tractari conueniat demonstrandum erit si prius dixerimus: quid opus sit ab ambobus in causa destinari. Oportet igitur tam ab accusatore: quam a defensore iudicatio inueniatur. Quae est summa iudicii questio: ad quam omnes rationes totius orationis conferuntur. Ea nascitur ex coniunctione rationis: & firmamenti. Ratio est quae continet defensionem. Firmamentum est: quod quum contineat accusationem contra rationem affertur in eodem statu: ex quibus sic componi solet iudicatio. intentio. Interfecisti matrem orestes: depulsio. interfeci: sed iure. ratio enim illa patrem meum occiderat. firmamentum: Sed non abs te filio matrem indemnata occidi decuit. Iudicatio: quum mater orestis patrem eius occiderit: Iure ne a filio indemnata mater occisa sit. In coniecturali tamen quoniam ratio non subest: factum enim negatur: non hoc modo: sed ex intentione ac depulsione iudicatio nascitur: ut occidisti aiacem Vlyxes: non occidi: occiderit ne haec iudicatio: ad quam ut dictum est totius orationis tanquam ad finem rationes conferuntur. In his causis quae difficiliore sunt: non excogitanda solum: sed omnino aperta est: ut iudices intelligant: quid sit de quo queritur. Aperitur uero in oratione iudicatio: quum difficilis causa est: non ita paucis uerbis ut superius dictum est: sed pro re nostra multa & confutanda & confirmanda nonnumquam sunt: ut quam uolumus appareat summa iudicii: quod ut apertius sit ea causa: quam pro Milone diuinitus dixit Cicero: nobis proponatur. Intentio: Interfecisti Clodium Milo. depulsio: interfeci sed iure: Ratio: insidiis me ipse occidere conatus est. Ad hanc rationem quae multa ab aduersariis firmamenta afferuntur: e quibus etiam accessoriae constitutiones mutabantur: Nam quemadmodum ex depulsione intentionis principalis causae constitutio nascitur: sic ex firmamenti accessoriae statim

Contrarias leges

Lex Scripta

Cap. de consecratione & destinatione cause.

Iudicatio

Iudicatio et rationis et firmamenti

Iudicatio

In coniecturali Iudicatio

Iudicatio quomodo aperitur

C. p. Milone



Auct. narratione Tres consti-  
tutiones Ciceronis complexus.  
2<sup>am</sup> post narratione

in iudicialis absoluta

Milone

Cicero

in principali constituti.

Milone

proficiscitur quod paulopost latius repetemus .quum igitur multa fir-  
mamenta ad unicam rationem dicerentur .ante narrationem summus  
ille orator tres constitutiones complexus est que ex tribus firmamentis  
nascebantur: Quartam post narrationem reliquit: cuius rei rationem in  
dispositione collocabimus: nunc firmamenta exponamus. Interfeci: sed  
iure Milo inquit: ipse enim insidiis me aggressus interficere cona-  
tus est . Firmamentum primum: At nullo modo interfici homo potest.  
Iudicatio utrum casu aliquo iure interficere hominem possimus. Con-  
stitutio iudicialis absoluta: & locis absolute a Cicerone absolute. Alter-  
rum ad rationem illam firmamentum . At senatus decreuit eadem illam  
contra rem .p. factam: quod & si prescriptionis loco prius eicit: tamen  
eius sententiam postea capit: Scriptum aduersariis reliquit. Tertium  
firmamentum at de ea eade ut querebatur Cn. pompeius iussit: ambigu-  
um est: nam aduersarii ita intelligebant: ut querebatur de eade tam de re  
contra rem .p. facta. At Cicero ut querebatur iure ne an iniuria intelligit  
Quarum firmamentum. At non ille tibi: sed tu illi struxisti insidias. Iu-  
dicatio uter utri: duplex coniecturalis est: de qua loco suo dicemus. Ma-  
nifestum ergo iam puto in difficilioribus causis etiam differendo iudi-  
cationem inueniri: Nam hic Cicero tribus illis prioribus confutatis: hac  
iudicationem status accessorii declarauit: quam si probasset: principalis  
ilico sequebatur iudicatio. Principalem enim iudicationem putamus eam:  
que in principali constitutione uersat. Constitutionem porro principa-  
lem eam iam diximus: que a prima depulsione nascitur: Vnde incipit  
causa: & in qua necessario definit: que hic ratio criminis est: ac de in-  
uentione principalis status latius in dispositione dicet: ubi etiam clari-  
us apparebit. Quare confutationem aliarum questionum quae inci-  
debant: coniecturalem statum aperuit. Verum quemadmodum a firma-  
mentis: que multa nonnumquam ad unicam rationem afferuntur: multi nascun-  
tur accessorii status: sic sepe ad unicam intentionem multae rationes afferun-  
tur: ex quibus principales constitutiones oriuntur: Quarum in unaquaque  
iudicationem inuenire necesse est: ut in proposita causa .interfeci Clodi-  
um: sed iure: salutem enim rei .p. pepeti. Comparatio criminis est: aut sce-  
leratissimum uirum: & omni eade dignum occidi. Altera ratio crimi-  
nis est: quum igitur causa huiusmodi est: ut multas rationes causae nostrae  
non inutiles afferre possimus: omnes ideo adhibendas censeo: ut pluri-  
bus constitutiombus adiumentis nostris magna copia preparem. Quod  
Cicero pro Milone diligenter facit: quis copatione ac illa relatione iure rei  
p. uexatorem interfeci: ceteris intermiscendo: quonia non multum per se  
uirum habere uidebantur cautius utat. Vnde & quodammodo diuiden-  
do tam deprecationem quam comparisonem proposuit. Quae in hac causa  
iudices titi anni tribunatu rebus omnibus pro salute rei .p. gestis non

1. firmame

2.

3.

4.

infirmatio

abutemur: nisi oculis uidebitis insidias miloni a Clodio factas: nec sumus  
deprecaturi ut crimen hoc multa propter preclara in re .p. merita condon-  
netis: Nec postulaturi: ut si mors .p. Clodii salua uestra fuerit: Idcirco titi  
milonis potius: quam populi ro. felicitati assignetis. Sed si illius insidiae cla-  
riores hac luce fuerint: tunc denique obsecrabo & cetera. Nam hic quoni-  
am comparatio per se non multum ualet coniectura admiscetur: quem  
admodum & deprecatio: quam etiam bis proposuit: quonia & si per se in  
iudicium non ueniat: tamen ceteris annexa constitutionibus uebemen-  
tius mouet auditores. Quare rationes inuenire quam plures placet: que si non  
ita firmae sunt: firmioribus accommodentur: ut in dispositione latius osten-  
demus. firmamenta quoque multa nisi nugatoria essent ad unamquamque rati-  
onem si accusamus iurare conabimur: cuius rei eadem ipsa pro Milone diuina  
Ciceronis oratio comprobatio est. Non solum .n. aduersarios milonis multos usos  
patet firmamentis: Sed Cicerone quoque rationibus relationis: comparatio-  
nis: deprecationis: in defendendo milone ceteris inseruisse manifestum est: Que  
tamen ita se in ea causa habent: ut altera sequatur ex altera . Nam si scele-  
ratum uirum: & tyrannicum interfecit: salutem rei .p. peperit: & si salutem  
rei .p. peperit: sceleratum & tyrannicum uirum interfecit. Quattuor igitur  
sunt que bene considerata totam causam ita tibi aperiant: ut & quid di-  
cendum sit: & quo ordine dicendum sit facillime teneas: intentio: depul-  
sio: ratio: firmamentum: quorum duo statum: duo iudicationem consti-  
tuunt: sed firmamentis & rationibus infirmationes quoque nonnumquam adue-  
niunt: ex quibus quicquid accedit accessorium statum appellamus. In-  
firmatio est rationis aut firmamenti: que statum accessorium faciat de-  
pulsio: ut si quum dicat orestes interfecisse matrem: quoniam illa patrem  
necauerat: At non illa: sed egestibus diceret aduersarius. Coniecturalis du-  
plex ex infirmatione rationis nasceretur ab utro interfectus sit. Item occi-  
di Clodium: sed iure: insidias enim struxerat & sceleratum: ac tyrannicum  
uirum occidi. Hae rationes relationem faciunt: illa comparisonem re .p.  
quam ille in praetura uexaturus erat firmam. has rationes: si quis infir-  
mationibus negaret plures coniecturas redderet . qui concedit: is causam  
suam euertit: nisi firmamentum inferat. At hominem interficere nullo  
pacto licet . immo licet infirmando inquit defensor. Quare ex firmame-  
ti infirmatione etiam absoluta iudicialis accessit . Similiter ex aliorum  
firmamentorum eius causae: que superius exposita sunt infirmatione sta-  
tus accedunt . infirmatio a firmamento differt: quia illa statum mutat: hoc  
confirmat. His ita consideratis: post narrationem confirmationem ag-  
grediemur: in qua proponere quod agimus in simplici quidem & clara  
causa: quum auditores id de quo agitur probe teneant: fortassis necesse  
non est: maxime si exitus narrationis huiusmodi fuerit: ut ipsam rem  
que in iudicium uenit aperiat: quod coniecturae: ac translationi plerumque accidit

pro Milone

Cap. que consideranda max  
in causa sunt: ut ea aperiat

Intentio — Statum  
Depulsio — Statum  
Ratio — Iudicati  
Firmamentum — Iudicati

ex firma infirmatio

Infirmatio — differt  
in firma.  
Cap. De Confirmatione



In obscura uero quæcūq; sit in duplici: & quum factum conuenit: sed iure an iniuria factū sit quæritur: necessaria mihi uidet̃ propositio. Propositio ergo ut nūc accipimus nihil aliud est: nisi totius rei: qua de agitur breuis demonstratio: ut parricidii accuso: & ecouerfo. facile igitur uobis ostendam iudices non modo nō patratum: sed ne cogitatum quidē mihi parricidium. Post propositionem: Si diuisio uidetur necessaria: quod non semper accidit ea consequet̃. Inter hanc propositionem: & illam qua argumentationis initium sumimus: hoc interest q̃ locus illa proponit̃: hac tota causa: uide fit ut illa una semp̃ argumentatiōe absoluat̃ hęc sepe argumentatiōes: & locos contineat multos: sic propōit pro Milone Cicero: quod per totam coniecturalem acturus erat. Num igit̃ aliud ī iudicium uēit: nisi uter utri insidias fecerit? Profecto nihil si hic illi: ut ne sit impune: si ille huic tū nos scelere soluamur. deinde alteram partē tantum: hoc modo. Quoniam igit̃ pacto probari potest insidias Miloni fecisse Clodium? Quod si quæstiones plures inferuntur: omnes occupandę sunt: quod quū accidit ipsa quæstionum enumeratio principalis diuisio erit: ut sacrilegii: parricidii: proditiōis accuso. si multiplicatio: ac uarietas causę ex firmamentis: ac rationibus uariis earum: quę infirmationibus orit̃: aut totam causam tanq̃ simplicem proponemus: deinde agendo cętera locis suis proponentur: Vt pro Milone Cicero bis uerbis. nisi oculis uidebitis insidias Miloni a Clodio factas: quā rationem anteq̃ cōtextū oratiōis absoluat̃: sic repetit. Si illi insidie clariore hac luce fuerint: tunc deniq; obtestabor uos iudices ab inimicorū audacia: relisq; uitam. ut impune liceat defendere hęc totius causę: hoc est principalis constitutionis in relatione facta propositio est. accessorium deinde proponit: negant intueri lucem fas esse ei: qui a se hominē occisum fateatur. Quo improbato infert aliud: Sequit̃ illud: quod a Milonis inimicis sepiissime dicitur eadem: qua. p. Clodius occisus est: senatum iudicasse contra rem. p. esse factam. hoc quoq; absoluto proponit tertium. At enim. Cn. pompeius rogatione sua & de re: & de causa iudicauit. ibi ergo propositiones accessoriarum quæstionum fient: ubi ipsę quæstiones (ut ī dispositiōe dicet̃) collocandę sunt. Aut ergo primo principales proponemus: deinde accessorios loco suo seruabimus: aut omisso principali ordine locis suis & proponentur: & explicabūtur accessorii: Ac demū post omnes inferetur principalis: quod tunc debere fieri putamus: quū aut uehementi turpitudine implicita: ac difficilis factu: ac creditu: aut omnino impossibilis principalis existimatur. quare ne animum auditoris offendat aliis quæstionibus lenito: aut omnino dissuaso principalis deferat̃. Verum quęadmodum si offendat nouissimo demum in loco ponitur: sic si iuuat sepius tangenda: ut rursus idem ī fine primę quæstionis insidiatorem iure iterfici posse. firmissimum quoq; ex accessoriis

propositio

p Milone

p Milone

principalis propositio

Accessorium  
2. accessorium

m  
z

sepius tangendum est: ut Cicero ab utro factę insidie sepius dicit. propositio uero optime ac breuiter cōplectemur: si iudicatiōem excogitabimus. ipsa enim iudicatio: uel tota: uel ex altera sui parte: uel pars eius proponi solet: quorum alterum simplicibus: alterz duplicibus accedit causis. Sed a Cicerone ad confusionem huius facultatis hęc sumantur. Ex altera parte solum: ut illud quonā modo probare potest insidias Miloni fecisse Clodium? Tota uel sine apertione: ut in eadem oratiōe statim post exordium: uel cum apertione seiunctionis ut post narrationem. Illud iam in iudicium uenit: non occisus ne sit: quod fatemur: sed iure an iniuria: quod multis antea in causis iam quęsitum est. Insidias factas esse constat: & id est quod Senatus contra rem. p. factum iudicauit ab utro factę sint insidie incertum est: de hoc igitur latū est: ut quęreretur: ita & senatus rem non hominem notauit: & pom. de iure non de facto quęstionem tulit. Nunquid igit̃ aliud ī iudicium uēit: nisi uter utri fecerit insidias? profecto nihil. Inter iudicationem uero & propositionē hoc interest: q̃ propositio summam totius negocii plerūq; solam: Iudicatio cum rationibus continet. Pręterea iudicatio sepe multis in locis: & tota & ex altera parte dici potest. Propositio non nisi cum probatio sequatur. Quare propositio quidē hęc: de qua loquimur: aut iudicatio ex altera parte semper erit: aut pars iudicationis iudicationem propositio nem nunq̃ esse necesse est. Quare iudicationē nisi causa clarissima sit: & simplicissima: ut ex ipsa narratione quid in iudicium ueniat clare appareat semper propōemus. In duplici & difficili: ut causa postulat principalem aut initio confirmatiōis: aut post accessorias: aut ī utrisq; locis locabimus: firmiorem quoq; ex accessoriis sepius tangemus semel propōemus: & si ex multis unam reliqui uolumus: quę nobis facilior probatu: & utilior sit: cęteras tanq̃ si cōuenire deberēt: ac q̃si quæstionibus seiuncti onem aperientibus ita propōemus. Quibus explicatis quum ad firmiorem uenimus: quę probauimus tanq̃ si cōuenirent accipiemus: & firmioris controuersiam aperiemus: quę omnia a Cicerone factitata uerbis suis ostendimus. Ad hęc acriter considerandū: si tota cā simplici propositione comprehendi potest: quā in partes suas diuidere confestim liceat: ut in præficiēdo pom. imperatore: quum genus belli proponat: & pro. p. q. negamus te bona. p. Quintii. Sex. Neui possedisse ex edicto p̃toris in eo sp̃sio facta est. ostendam primum causam non fuisse: cur a prætore postulares ut bona. p. q. possideres: deinde ex edicto te possidere non potuisse: postremo non possedisse: sed huius uolumis iam finis sit: cętera in aliud transferantur.

LIBER SECVNDVS

Q Voniā in primo libro de exordio: narratione diuisione breuiter diximus: ac ut facilius cętera absolueremus: constitutio

p Milone

propositionis  
iudicationis

p pomperio  
p. p. Quintio



De Locis coniecturalis  
constitutionis.

Recusatio

Alybiades  
pericles

nes quoque declarauimus: & quomodo iudicationem inuenire conueniat  
docuimus: in hoc libro dabim<sup>9</sup> operam: ut uniuersisque status loci: quibus  
confirmationem & confutationem fieri necesse est quod dilucide pateant:  
& quoniam coniecturalis ad alias quoque causas sepe utilis est: eam pri-  
mum exponemus: quam etiam ea ipsa de causa diligentius tractare con-  
stituimus. Verum ut omnia facilius & intelligi: & memorię commenda-  
ri possint: & in hac & aliis constitutionibus unumquodque locum certo uo-  
cabulo nominare opere precium uideretur: quę res & si durior propter uerbo-  
rum nouitatē uidebitur: tamen quoniam perutilis est: non fuit super sedē-  
da: uerum etiam ideo audacius conficienda: quoniam antiquissimos latine  
linguę auctores: ac ipsum Ciceronem id fecitasse perspicuum est. Con-  
stitutionis coniecturalis ratio his locis comprobari solet: recusatione non  
numquam: testium petitione: cui loco etiam quęstiones: preiudicia: rumores: ta-  
bulas: iusiurandum: quoniam testimoniorum uim habent iure inferim<sup>9</sup>:  
uoluntate: potestate: comprehensione: absolutione: repulsione: transpo-  
sitione: inuersione: qualitate cōi. horum locorum accusatoris quidem proprius is  
solus est quem repulsionem dicimus. Defensoris uero recusatio: absolu-  
tio: transpositio: inuersio. Ceteri autem communes tam accusatoris  
quod defensoris. Recusatio est locus: quo totam causam a nobis reiicere cona-  
mur. hęc si aut lege: aut firma consuetudine: aut iudicatis adiuuat: non lo-  
cus: sed perfecta est constitutio: quam translationem appellauimus. *Translatio*  
Recusatio autem quę locus est: a circumstantiis inuenitur: & his quattuor mo-  
dis precipue consideratur: aut. n. ab eo quod res deficiat: ut si prodigi pater  
non appareret: & patricidii prodigus accusaretur. utetur enim in hac  
coniecturali recusatione: quod hanc causam subire non debeat: nisi constat  
patrem occisum esse: aut ab eo quod plurimas personas propter diuersita-  
tem uitę: una ac eadem ratione damnari non conueniat: ut si decem iu-  
uenes nunquam uxorem ducere coniurassent: & male inter se uiuere accusa-  
rentur. Unusquisque per se iudicari debere confirmabit: quod alio more atque  
ceteri uiuisset: aut quod ab eo quod alii fecerunt: iudicium subire non debe-  
amus: hoc modo. uiri fortis statuas: & trophea hostes constituebant: &  
is apud suos proditoris accusatur. reiiciet enim iudicium: nec debere  
se causam dicere affirmabit eius: quod ab aliis factum est: aut a tempo-  
re: hoc modo. Ignauus cuiusdam filius magno animo: magnisque uiribus  
sepius hostes fugat: & pater eius matrem adulterii accersit. dicit enim mulier  
multis transactis annis: hoc crimine modo accusari non conuenire. Sunt  
qui putant hunc locum: non in coniectura solum: sed in omni causa pu-  
tilem: quod aiunt Alybiadem adhuc puerum intellexisse. Nam quum  
pericles magna cura angeretur: quoniam modo pecuniarum rationem  
rei. p. redderet: dixisse fertur: potius considerandum esse quo modo non red-  
deret: quibus uerbis eum affirmant hunc locum uoluisse significare quo

2.  
prius conamur a ceruicibus reiicere causam: deinde si parum hoc proce-  
dit: ceteros quoque locos adhibendos aiunt. ego quoque in aliis causis hunc  
locum inueniri non facile negauerim: quum semper ipsam quoque per-  
fectam translationem quęrendam censeam: si ea legibus: moribus iudi-  
catis non inuenitur: per circumstantiam aliquam translationum hunc lo-  
cum quęremus. Tutius enim est & multum iuuat sequentia: primum non  
debere nos eius rei subire iudicium asserere. deinde per obliuionem ad cetera  
transire quod statim: si ad nos ea res clare pertineret causam suscipere. In peti-  
tione testium considerandum utrum ab accusatore testes de re afferantur  
Nam si testes producuntur defensor a uoluntate: de qua mox dicemus  
testimonia eorum improbat: quod scilicet aut gratia: aut similitudine: aut  
affinitate: aut precio: aut metu: aut abitu quod omnia ad rationem pertinent  
aut impulsione commotus: ut metu: ira: aut perturbatione subita in di-  
cendo testimonio mentitus sit: quę ita uita sua comprobabuntur. Nam  
ubi que causa: qua aliquid quępiam uoluisse dicimus: non multum ualeat  
nisi simul cum uita hominis congruere dicatur. Quare patet testes uolu-  
tate & demonstratiōis locis: qui personę attribuntur: & comprobari &  
reiici solere: neque solum quę priuatim: sed etiam quod cōi in quępiam dicuntur:  
maxime si testimonia publica essent accipienda sunt: ut pro. L. Flac-  
co: & leuitatem nationis & inconstantiam: perditosque grecorum usque ad danda  
mutuo testimonia mores ampla oratione insequitur. Ad hęc infirmitas  
testium coniecturali quadam suspitione comprobari potest: si aut non esse  
factum quod dicant: aut fieri non potuisse argumētabimur: & id aliquo  
coniecturę loco assequemur: deinde si ea quę a testibus dicta sunt: aut eo-  
rum aliquid cum signis: & argumentis non conueniat. Preterea si unus al-  
teri contradicit: aut idem sibi ut aliud superius: aliud inferius dicere ui-  
deatur: aut si rationibus & argumentis: quod dicat comprobare nititur. Nam  
hęc duo postrema cupiditatem eius arguunt: uel gratia: uel odio: uel ce-  
teris huiusmodi uehementer accensam. Contra uero ab his omnibus  
accusator testimoniorum firmabit constantiam. Quod si testes non essent  
reus eos circumstantiis omnibus: si eam facultatem res patitur dili-  
genter petet: quis uidit: ubi uidit: quo tempore: quomodo rem factam di-  
cit: aut quomodo uidit: ubi ipse quid uideret erat: aut etiam sic tan-  
tum scelus sine testibus credi non oportere: presertim de Bruto mo-  
destissimo uiro: quum id uir omnium perditissimus: & eius inimicus  
asserat: & maxime in re. p. ubi nihil temere: ut in tyrannide credi sole-  
at: accusator hic dicet plus signis & argumentis: quam testibus credi oportere:  
hęc enim expōi ut gesta sunt: testes corrupti posse: quod si seruos in testi-  
monium per quęstiones more maiorum trahere uolemus: dicemus do-  
lore homines cogi ueritatem aperire. Deinde quę in quęstionibus dicta  
sunt: uerisimilia esse coniecturę locis affirmabimus: & signis & argumētis

petitio testium

p. L. Flacco

Contra de accusatore  
quod testes non sunt



conuenire ostendemus. Reus in his quæstiones interponi nõ oportere quæ signis & argumentis ita patent: ut quæstionibus decipi non possimus: deinde alium alio recentiore ad dolorem esse: ad ingeniosorem ad comminiscendum: aut quæ scire posset: uel suspicari: quid quæ sitor audire uelit: cui si quid conueniens dicat: intelligat sibi finem doloris futurum. Quare dolori non esse credendum: quæ omnia aliqua coniecturali argumentatione: si res postulat comprobabuntur. Nam id ne sepius repetatur hoc loco dictum sit: quod non solum in hac constitutione: sed etiam in aliis quæcunq; aliquid infertur: quod quonia infirmum sit: negari ab aduersario potest: id a nobis aliquo coniecturali loco comprobandum uideri. Præterea scire oportet accusatorem nõ seruos in quæstiones: sed ipsum reum sepe trahere debere: quod simili modo tractandum est: nisi quæ hæc tormenta: quæ ad reum conferuntur in peroratione comprobata causa per amplificationem: aut comiserationem. distribui aptius possunt: quæ & aliorum locorum omnium: nõ quæ hic ponitur: sed quæ disponendi ratio postulat collocatio sit. Inter præiudicium & exemplum: quod a iudicato ducitur hoc interest: quonia iudicatum est quod de re simili: aut maiore aut minore: uel æquali profertur. Præiudicium est eadem ipsa de re qua deagitur lata sententia. hoc & in iudiciali inuenitur: ut illud contra Milonem senatum iudicasse eadem factam in appia uia contra rem. p. uideri: hoc enim senatus decreto priusquam in iudicio causa agitata esset: condemnatum Milonem aduersarii dicebant: & in coniecturali ut pro Cluentio: iure damnatum oppianicum ueneficii duobus præiudiciis ostenditur: prius enim Scamander. C. fabricii libertus accusatus & damnatus fuerat: deinde ipse. C. fabricius similiter per eosdem iudices tanquam conscius ueneficii condemnatur. Ex quibus iure damnatum oppianicum sequitur: hoc igitur præiudicium si inuenitur in iudiciali: ut plurimum per legitimum statum tractatur. In coniecturali negabimus ad hunc hominem ea præiudicia pertinere: illos damnatos: quonia & alioquin nocentes homines: & infames fuerunt: non oportere damnationem sceleratorum hominum integro uiro nocere: & cetera huiusmodi: quæ tum locum habent: quum qui præiudiciis præmittitur honestioris uitæ uidetur. Præterea testes eorum iudiciorum corruptos fuisse: & utemur loco contra testes: ad hæc si possumus dicemus callidos ac disertos accusatores fuisse: bonos patronos reis nõ fuisse. Item corruptos iudices uel ineptos stultosue fuisse: denique iudices rogabimus ne alieno iuriiurando suum condonent. Quare omne præiudicium: uel earum personarum differentia: qui rei sunt: fueruntque iudicium patronorum testium infirmatur: uel quod ad eam rem non pertineat: uel quod aliter intelligendum quæ legitimo statu absoluitur. Quorum omnium contrariis comprobari potest. A rumoribus dicemus si non temere nasci rumorem ostendemus: qui subsit aliquid. nulla enim causa posse

preiudicium

p milone

p Cluentio

Rumores

re quæpiam omnibus esse in ore: si ita res se non habeat: Rumores etiam nonnullos ueros commemorabimus: ac eis fidem dari oportere nonnullorum auctorum uerbis comprobabimus. Econtrario argumentis esse agendum non conficta fabula: quæ unusquisque inimicorum loco: tempore: causa conflare ita potest: ut & dissipetur: & credibilis uideatur: multa rumoribus credita fuisse pro ueris: quæ postea falsa inuenta sunt. Infirmos aduersarios argumentis ad rumores rem incertam confugere. Rumoris instabilitatem auctoritate confirmabimus multos in aduersarios fuisse & esse: quibus nos fidem non habemus. Tabule quoque afferuntur non nunquam quas refellimus: si aut in honestum quid: uel non credibile: aut omnino impossibile continere uideantur: non recte affuisse assignatores: aut etiam aliquem abfuisse: uel defunctum fuisse: quod firmabimus: si tempora non congruunt. Præterea si quæ antecedunt in tabulis consequentibus pugnant. si de testamento: & hereditate ageretur: testatorem hunc qui heredem se dicit nunquam cognouisse: uel inimicum fuisse: scriptori tabularum hunc amicissimum semper extitisse: Eum corruptum largitione: quæ uita & existimatione hominum de eo corroboratur: testatorem ueros heredes ante mortem sepius multis presentibus nominasse: non fuisse causam cur mutasset tabulas. si refellere non possumus: & scriptum id patitur legitimum statu explicabimus. Iusiurandum a petitore uel defensore: uel petitur uel offertur: in utroque religio personæ consideranda uidetur. si offertur & non accipitur: id iam ex re nostra dicemus: sin dabitur petitum: impudentis est: si id rursus repudias. Quare in religionem hominis noueris offerre demeritum est: accidere etiam potest: ut quum ab utraque parte iuratum sit contentionem personarum facere necesse sit. Quæ si non petitum & tamen contra nos aduersarii iusiurandum acceptum sit: uel iure id fieri posse negabimus: uel testimonii modo refutabimus.

Voluntas queritur ex causa & uita. uita his maxime consideratur: quæ personis attributa sunt. Quos locos demonstratiui generis esse manifestum est. hi sunt huiusmodi: nomen: natura: uirtus: fortuna: habitus: affectio: studia: facta: casus: orationes: de quibus latius in tertio dicitur. Nomen est quod unicuique proprium: ac certum uocabulum est. Naturam hic appellamus nationem: ut grecus patria: ut atheniensis. Cognationem: ut cornelius. Sexum ut uir: mulier. Aetatem ut iuuenis: senex. Commoditatem corporis: aut animi: ut longus: ualens: uelox: memor: acutus: fortis. Incommoditatem ut breuis: imbecillus: tardus: obliuiosus: hebes: timidus: & similia: dum hæc nobis insita non industria comparata sint. Nam ea quidem non in natura: sed in habitu ponimus. In uictu consideratur quomodo educatus sit: apud quos uixerit: aut uiuat: quos præceptores habuerit: quibus amicis utatur: quo artificio ac questu uiuat: quomodo rem familiarum administret. In fortuna seruus ne sit an fuerit: an liber: priuatus an

Tabule

Voluntas

Apsonis loci

nomen

Natura

Sexus

etas

Comoditas

Incomoditas

In uictu

In fortuna



cum potestate: & si cum potestate iure an iniuria: diues an pauper: clarus  
an infamis. In habitu est uelocitas: robur: memoria: ingenium: & similia  
non natura data: sed exercitatione quesita. Affectio ut letitia: moeror:  
metus: audacia: cupiditas: pallor: robur: titubatio. Studium: ut rhetorice  
geometrie: artis magicę facta: casus: orationes: a tribus temporibus con-  
siderantur. quid fecerit: quid sibi acciderit: quid dixerit: quid faciat: quid  
sibi accidat: quid dicat: quid facturum sit: quid dicitur: quid sibi casurum  
sit: his ut diximus locis & uita hominis: & per uitam uoluntas con-  
sideratur. Nam hic accusator subdolum uerbigratia cognominatum dicit  
aduersarium: quod dolo semper æquales agrediat. Præterea iuuenis luxu-  
riose uoluntatis argumentum esse facile solet: quod diuitiis augent: supprimit  
paupertas. Educatio denique & societas: consuetudo uiuendi: & cetera que  
dicta sunt: magnam præbent copiam: qua accusator reum uoluisse facile  
probabit: quod latius exponeremus: nisi & intellectu id facile putarem  
& initia ab arte: cetera ab exercitatioe proficisci existimarem. illud eti-  
am præmittendum quod plerique locorum: qui personis attributi sunt: po-  
testate magis arguunt: ut fortuna: habitus: studia. nonnulli uolunta-  
tem magis: ut nomen: uictus affectio. reliqui communes tam uolunta-  
tis quam potestatis mihi uidentur. Verum non sine ratione uoluntati om-  
nes attribuimus: quoniam & potestas ipsa uoluntatem inducere solet.  
At nonnulli & si ante noluerimus: tamen quum copiam ad aliquid com-  
mode faciendum nactos nos arbitramur: ita mouemur: ut quod nolbamus  
iam cupere uideamur. Quare nobis uisum est omnes hos locos uolun-  
tati attribuere: ac hinc ad potestatem quoque transferre omnia que ad eam  
comprobendam pertinere possunt. **Causa** est: que ad suscipiendum facinus  
inducit. Ea diuiditur in impulsioem: & rationem. Impulsio est temerari-  
us impetus animi ad aliquid faciendum sine cogitatione: ut cupiditas  
nimia: iracundia: uinolentia: timor: & omnino omnis perturbatio animi:  
que re consilio & cogitatione uideri non sinit. Ratiocinatio est: que aut com-  
modorum spe: aut incommodorum euitatione ad maleficium homi-  
nem impellit: ut quum dicimus ad piscendum: uel retinendum: uel augendum com-  
modi: aut econtrario euitandi: reiiciendi: uel diminuendi incommodi  
causa ad facinus impulsioem esse: que comparatione etiam considerari possunt  
Ut quum dicimus maioris adipiscendi commodi: aut maioris euitandi  
incommodi facere uoluisse. Præterea odio inuidia aut gratia impulsioem. hic  
accusator eius causę uim: propter quam reum commotum dicit: uerbis  
ample ostendat oportet: quam uim in quantum poterit accommodabit. Nam  
causa sepe parum ualet: nisi hominis uim conueniat: ut si dicas eum auaritię  
causa fecisse: ex antefactis: aut dictis: aut etiam casibus: & aliis que  
personis attribuimus: queque ad rem accommodari possunt auaritię ei  
inmensam ostende. Sin luxuria commotus dicitis: quum uim eius causę breuiter

ac uehementer exposueris: quod facilius facies: si nationem: & statem: for-  
tunam causę inferas: luxuriose eum uixisse ostende. Id quoque hic oppor-  
tune dictum sit: uim causę uehementiore multo uideri: quum ita effertur  
ut ad eam accommodet quæ plurima personis attributa: ut si magnam  
rei uenere cupiditatem dicamus: præsertim in cyprio & eo iuene ac na-  
tura sanguineo: & succi pleno. deinde a uita: qui a pueritia sic uixerit: &  
apud tales: si non poterit uitę uitium causę idoneum reperire: reperiet  
dispar unum aut quod melius est plura: ut si non poterit auarum demō-  
strare: quem lucri causa commisisse dicit: perfidum luxuriosumque semper  
demonstret fuisse. denique non esse mirandum: si quum tot ac tanta ne-  
quiter fecerit: id quoque perperam commisisse. Sin uehementer uita homi-  
nis integra estimabitur: argumentis potius ac signis quam famę: que plerumque  
simulatione acquirunt dicitur credi oportere: non esse mirandum si quum  
omnium rerum iuuu sit: modo peccare coepit: quod quum ita possit esse  
non ante actam uitam: sed argumenta esse spectanda. Ad hæc si res pa-  
titur connexa ex utraque parte uirtutibus uitia occupabimus: ut si liberalē  
prodigum: atque inde consumptis suis in rapinam uersum affirmare. de-  
fensor aut causam omnino negabit si poterit: aut eam ita extenuabit ut  
non tantum uim quantum aduersarius dicit habere probet. Iniquum esse  
omnes ad quos aliquid commodi ex aliqua re perueniat ad suspicio-  
nem malefici deuocari: uitam quoque suam semper alienam ab eo uitio  
fuisse. hic si ipse reus causam dicit: maxima summaque cum cautione om-  
nia sibi dicenda arbitramur: ne aut nimia sui laude auditores offendat  
aut parum de se dicendo totam peruertat defensionem. Sin aduocatus  
pro reo dicit multo latius omnia complectetur: & iudicio meo semper quum  
res aliquid ponderis habere uideatur parum nos: aduocatus totam causam  
explanabit. Nam & plena uoce laudare: & aduersarios uehementius cri-  
minari: & aut eiusdem aut grauioris culpe reos arguere sine odio facere  
potest: quod si bonę etiam estimationis sit: tunc uero non iam aduocati solū:  
sed etiam grauis testimonii auctoritatē afferet. Si uita hominis defen-  
sori impeditur: aut falsos rumores de innocentis uita sparsos fuisse di-  
cet: idque ex antefactis: si que ab eo probe gesta sunt: ceterisque personę at-  
tributis confirmabit: aut calumniari aduersarios asseret. Et quoniam id  
crimen quod inferunt ueris signis & argumentis comprobare nequeat:  
ad ante actam uitam confugere. sed de uoluntate hactenus: de qua ut lo-  
gius diceremus producti sumus: quod accusatoris & defensoris propo-  
sitiones ostendere breuiter uoluimus: quas multo plures etiam dictis in-  
ueniri constat. Non enim omnia: sed principia & fundamenta faculta-  
tis dici posse confidimus. harum autem propositionum que a locis su-  
muntur rationes confirmationes: exornationes in tertio libro: ubi de ar-  
gumentatione tractabimus: non minore industria quam opus sit expōemur

In habitu  
Affectio  
Studium

Falta.

Educatio

et Causa

Impulsio

Ratiocinatio



Potestas

Loci a potestate

Locus

Tempus

Spacium

Occasio

publici  
comune  
sunt

Spes celandi

Compo rei & personarum

Nunc de potestate dicamus: parum enim refert uoluisse nisi etiam potuisse diligenter explicetur. Potestas ut iam dictum est ex attributis personarum consideratur. Nam aut ut diuites: ingeniosi: robustique sunt: qui quum commiserunt ut eorum amici sodales: liberi: seruique se habeat: potuisse aut non potuisse confirmabitur. preterea loco: tempore: spe celandi: comparatione personarum: rei. s. & eius qui passus est. locus consideratur: si opportunum aut inopportunum ad rem esse dicatur: quod queritur ex magnitudine: logicitate: propinquitate: solitudine: celebritate. Natura ipsius loci preterea publicus ne sit: an priuatus: & si priuatus rei ne an eius ipsius qui passus est: quare ex opportunitate is. s. plurimum potuisse confirmabitur: Qui eius loci conditiones non ignorauerit: ac omnes vias: & iniuria eius pertriuerit. Si locum inopportunum esse constaret: aut propter cupiditatem id non uidisse reum dicemus: aut commodum sibi putasse. Nam in omnibus fere parui refert re uera ita fuisse ut dicimus: nisi sic operatum reum demonstramus. **Tempus** in quo rem gestam dicimus in spacium & occasionem diuiditur. Spacium queritur satis ne longum ad rem perficiendam fuisset & potuerit ne scire reus satis spacii futurum. Occasio est tempus idoneum ad aliquid faciendum: eam diuidimus in publicum commune: singulare Publicum dicimus quod uniuersa ciuitas celebret: ut ludus: dies festus: bellum: pax. Comune quod accidit omnibus eo fere tempore: ut mellis uindemia: calor: frigus. Priuatum: quod uni soli accidit: ut nuptie: somnus: funus: conuiuium. **Spes celandi**: cum ex loco & tempore: tum ex consociis & adiutoribus queritur. **Comparatio rei & eius qui passus est** ex his locis: quos personis attribuimus comparative profert: ut si ex una parte diuitie: consilium: uires: apparatus uidebitur fuisse: ex altera paupertas: stultitia: ibecillitas: inapparatio. hic collatio non ab re fieri potest: hoc est comparatio ipsius rei: aut cum his: qui uidebunt eandem rem uoluisse aut facere potuisse: aut etiam cum se ipso. hęc personarum: loci: temporis: occasionis contentio: quedam iudicii recusatio esse uidetur. quum aut omnis recusatio in principio locum habeat: hęc post uoluntatem & potestatem non iniuria collocata est: quoniam earum comparatione uis arripit: quis ad dicendum nihil interfit: unus ne cum uoluntate & potestate: aut recusatione putetur: aut diuersus. hic accusator dicet nemini alii commodo fuisse: & si cui commodo fuit: eum eiusdem uitę non esse aut neminem commoditatem loci temporis: & aliorum que dicta sunt: eque ac ipse habere potuisse. si ad ipsum reum hęc comparative referuntur: dicet eum aut alio tempore & loco: & aliis rationibus id facere non potuisse: aut si potuit fugisse eum eas rationes: que preterite sunt. Sin meliorem commoditatem futuram reum dicturum intelligit: aut ipsum id tunc non uidisse: aut cupiditate impulsus expectare non potuisse. reus alius quoque eque commodo fuisse dicet: & uitam eorum magis facinori

conuenire: se si uoluisset: aut usurum fuisse meliori occasione preterita: aut expectaturum futuram: nec eum ignorasse. hęc ab accusatore eo genere dicendi exponuntur: quod defensorium appellamus. Defensor non utetur accusatoris uehementia: sed medio quodammodo genere iter accusatorium & defensorium: ne ut se defendat falso alios accusare uideatur: nisi forte adeo magnam uim collatio habeat: ut magis alius accusandus uideatur: quam qui reus est. Quare putamus si minorem: aut si etiam equalē uoluntatis: & potestatis: loci: in alios possunt afferre suspicionem: post eos collationem: siue alium: quis separatim habendum: siue eundem quis locum putet: quoniam nil aliud est: nisi eorum ipsorum quedam inter se comparatio. Parum enim curamus: dum ea utendum sciamus. Si minorem ergo: aut equalē in alios suspicionem affert collatio: post uoluntatis & potestatis locos collocandam ita putamus: ut non magis nos quam alios accusandos: uel potius non magis alios quam nos omni suspicionem liberandos ostendamus. sin atrociorē in alios conflare potest suspicionem recusationi coniungendam: & ante alios locos: & uehementius agendam ut clare a nostris ceruicibus in alios crimen reiciat: quod quum accidit translationem duplici ex personis coniectura absolui dixerim.

**Comprehensio** est signum circumstantiis implicitum: per quod res arguitur certioribus argumentis: & quasi firma suspitione. Is locus quum circumstantias fere omnes comprehendat: ac coniecturalē causam confirmet & consistere faciat: ἀντὶ ἀρχῆς καὶ τέλους: hoc est ab initio ad finem a nobis appellari solet. Circumstantię uero sunt sex: quis: quid: ubi: quando: quomodo: quare. Nam facultates quę septimam circumstantiam quidam putauerunt: his sex attribui debere arbitramur: fuit ergo is locus maxime: atque proprie ex ea circumstantia quę quid appellamus: ea est ut nunc quidē capit argumentum quoddam atque indicium a quo res facta uideatur: ut si relictum telum: aut uestimentum eum cuius sit criminis coarguat: ad quod etiam ceteras concurrere circumstantias necesse: nisi enim & tempore: quo & in loco ubi patratum facinus sit: signum percipiatur: plerumque nihil hic nobis ad dicendum datur. Quare ut uim totam simul uti gręce facimus: latine quoque comprehendamus comprehensionem hunc locum uocare placuit: cuius quasi fundamentum res est: quę in coniecturali signum appellamus. semper enim locus ab initio ad finem: aut ab affectu one quadam: aut a dictis: aut a factis: aut a rebus relictis inuenitur: ab affectuone arcē factiosus & potens crebro respiciens lachrymat: ac tyrānidem affectare accusator. A dictis triduo ante in appia uia insidię factę essent: Milonem periturum dixit Clodius. A factis sepeliebat in sylua cadauer: & cędis accusat. A rebus relictis: ut si in loco ubi quicquam commissum est: uestigium quoddam ut uerbi causa uestimentum alicuius inueniatur: hic illud ad maiorem huius loci partium intelligentiam sciendum

Defen

Comprehensio

Circumstantię .6.

quid

Comprehensio. locus ab initio ad finem

Affectio

Iusta

facta

res

Milone



est q̄ illam circūstantiam quā quid appellauimus: quod totius conie-  
cturalis fundamētum signum ac argumentum esse necesse est (sine n.  
certo quodam signo: quod accusatori cū defensore conueniat: nulla ūq̄  
cōiecturalis consistet causa) a tribus temporibus consyderari lecet. A p̄  
terito: si in eo loco ubi hominem interfectum constat: paulo ante gesti-  
onem negocii armatus p̄spectus sit: aut si aliquid dixerit: quod rem ar-  
guere possit. Ab instanti si quum negociū gereretur: aut rei uox: aut ip-  
sius qui passus est: quum nomine reum appellaret: exaudita esset. A cō-  
sequenti si aut post gestionem negocii circa eum locum cruentus cōspe-  
ctus esset: aut aliquid eo in loco relictum sit: quod indicet a quō gestū  
sit: ut gladius: calciamentum: & quę huiusmodi sunt. huic signo: quod a  
cōsequenti tempore capitur: etiam id adiungimus: quā cōsecutionē nō  
nulli appellauerunt: ut si reus quū ad eum uentum sit: erubuerit: tituba-  
uerit: inconstanter locutus sit: quę signa conscientię sunt. Defensor hęc  
magnitudine periculi nō cōscientia peccati sibi accidisse dicet. Si nō p̄ti-  
nerit fretum innocentia negabit esse cōmotum. Ad quod accusator  
usq; adeo p̄meditatum fuisse respondebit: quid sibi esset usui futurū:  
ut confidentissime resisteret: quę signa non innocentię: sed confidentię  
& exhausti pudoris ex cōtinuo peccādi usu ēē affirmabit. Illud etiā tenē-  
dum reor: q̄ si is locus accusatoris solum est: quod sepius accidit: ceteri  
loci qui sequuntur quicq; incidunt omnes defensoris erunt: q̄ si hic tam  
ad accusatorē q̄ ad defensorem pertineat: ceteri quoq; loci cōmūes am-  
bobus erunt: quod tum inuenitur: quum duę res: hoc est duo signa in cō-  
iecturali reperiuntur. Quorum uno accusator: reliquo defensor utitur  
hoc pacto. lex forti uiro: qui contra hostes rem bene gesserit: a re. p. pre-  
mium quod uelit: quidam affectatę tyrannidis reus fuit: eius frater an-  
teq̄ hęc causa ageretur: uirtute sua triūphum ab hostibus duxit. Impe-  
trauit a re. p. ut fratris hęc sibi condonaretur accusatio. Oppressit ille gra-  
ni tyrannide ciuitatem: eum frater priuatus qui triumphauit: deposuit.  
Accusatur huius fraternę tyrannidis conscientia: hic accusator ea petio-  
ne: qua reus fratrem ab accusatione tyrannidis extorsit: & his circūstan-  
tiis: quę circa eam petitiōem sunt: loco. s. tempore: modo: causa: defensor  
depositione tyranni: & aliis quę circa hanc rem sunt diligenter utetur:  
ac ab utroq; alterius hęc argumenta soluenda sunt. Id quoq; sciendum  
est: solius nunq̄ defensoris hunc locum inueniri: nisi forte his in causis:  
quibus non accusatio: sed petitio agitur hoc modo. quattuor quidam  
habebat filios: eorum tres uno tempore amisit: dolore uictus laqueo gu-  
lam frangere constituit: eum quartus filiorum laqueo abrupto a propo-  
sito tunc arripuit: sacrilegio postea in urbe commisso: pater se sacrilegū  
indicat: ac sibi debitam mortē petit: eius petitioni filius contradicit: hic  
non uideo quomodo petitor hunc locum orationi suę inserere possit:

pretiū

Instantis

Consequens

causa

Defensoris

Causa

at filius qui quum uel nolentem defendit: quum superioribus locis usq;  
fuerit. Vehementer per hunc locum fratrum mortem desperationem  
patris suspensionem: solutionem: locum: tempus: in quo hęc fuerint ad  
oculos adducet: pater autem nec uerbum quidem de his faciet. Nam si  
quid dicat non esse se reum sacrilegii demonstrabit. Absolutio est locū  
per quem defensor licuisse sibi eam rē facere ostendit: qua pro signo ma-  
leficii aduersarius utitur. is locus nullo modo incidere potest: si id qd̄ su-  
spitionis signum dicit: non a nobis: sed ab aliis gestum sit: quum autē  
propterea in iudiciū trahimur: q̄ nos ipsi aliquid fecimus: quod suspi-  
tionem inferat semper inuenitur: nisi quum necessario rem arguit: quū  
& coniecturalem causam minime consistere perspicuum est. Hęc abso-  
lutio absolute constitutionis locis confirmatur: quis ab ea multum dif-  
ferat: quoniam in ea id quod pro crimine infertur: in absolute non il-  
latum crimen: sed criminis argumentum: ac signum totamq; compre-  
hensionem licere nobis asserimus: hoc pacto. In solitudine quidam inue-  
tus cadauer sepelire accusatur. licere enim dicit hominem sepelire. abso-  
lutio ei loco: quem ab initio ad finem nos: latini comprehensionem ap-  
pellare possunt: opposita est: quare omnia ea occupabit: & licere aut nō  
esse prohibita dicit: quę per signi comprehensionem uehemēter dicta  
crimen ante oculos ponebant. Repulsio non in hac constitutione solum  
sed ubicūq; inuenitur: semper absolute cōtraria ē. Quare si accusator  
hoc aut illo utetur loco: altero semper defensor utetur. Hęc repulsio du-  
pliciter agi solet inficiatione ac obsistentia. Inficiatio est absolute p̄-  
fecta negatio: quā enstasim nominamus: ut licet sepelire: non licet sepe-  
lire. Obsistentia est quum non per se ipsam absolute: sed ex aliqua  
circūstantia negatur: hanc graece ἀντιπαρῆσι τασιν dicimus ut  
non licet sepelire hominem: & si licet: attamen non solum: neq; in so-  
litudine aut non eo tempore: in quo tu sepeliebas: aut non eo modo. In-  
ficiatio & obsistentia incidentibus sepe statibus comprobantur: & quo-  
niam similitudo magna in rebus est: si quę res incidit: parum iuuat si-  
mitem quęrendum: quę si magis prodest: eo retorquere oratiōem opor-  
tet: & si omnia infirmiora sunt: omnia sic occupanda: ut cum ui oratio-  
nis unum sub aspectum ponantur: firmissima uideantur: quę hęc res nō  
in huiusmodi loco: & statu solum: uerum ubiq; fere diligenter consyde-  
randa. Neq; enim facile crediderim utilius quicq;: aut melius in dif-  
ficilibus causis inueniri posse. Qua si quis facile uti uelit dabit operam  
ut in quo differant: & in quo cōueniant: tam loci q̄ status memorię com-  
mendet. Transpositio est locus per quem comprehensionis causa a de-  
fensore profert. Quę quū aut ab affectiōe: aut a dictis: aut a factis: aut  
a rebus relictis inueniri soleat: quadripartito: & transposito ei opponi-  
tur: nā aut cōcessiōe: aut scripto & sentētia: aut infinitione: aut trāslatiōe

Absolutio

Repulsio

Inficiatio

Obsistentia

enstasim

Transpositio



Concessio

Scripto & s'ma

Infirmione

Translatio

ipsa oppugnat. Concessione utemur: quum ab affectione signum coniecturę conflat: hoc pacto. Iuuenis diues & factiosus crebro in arcę respiciens: cum motu capitis lachrymas emittit: & quod tyrānidem affectet accusatur. incommoda enim ciuitatis: quę in tyrānide patitur: & uitam tyrannorum omni sollicitudine plenā recordatus lachrymasse dicet: & si quod aliud his simile inueniet. Scripto & sententia in transpositione utemur quum ea quę diximus suspitionem faciunt: hic abigi quoque posse nemo dubitat: hoc modo. Quidam iuuenis diues ac factiosus prope carcerē hac uoce ingenti usus est spiritu. Cōfide omnes: nam breuiter absoluemini: reus sit preparatę tyrannidis: quum enim hęc uerba dixisse concedat qua intentione dixerit querendum esse dicet: ad consolationem enim eorum dixisse confirmabit. Infirmione transpositio querit: quum a factis signum colligitur: honestum enim humanumque dicet insepultum hominem sepelire: hęc infirmio finalibus locis tractatur: de quibus in generali dicemus. Translatio fieri dicitur transpositio: quum relictam re quę signum dicit: si nostram esse non negamus ab alio sumptam: ut in pune res sibi cōficeretur: nos loco eius cruciaremur dicere possumus hoc modo. Duo quidam simul in tabernam diuerterunt: ii coenati una discubuerunt. Caupo unum eorum quem grandem pecuniam secum afferre cōperisset: gladio alterius interfecit: pecunias abstulit: gladium in uagina recondidit. Ille cuius gladio homo occisus erat: summo mane gladium & cętera quę secum attulerat sustulit: solus profectus est. Nō multo post caupo clamitat hominem occisum: & cum quibusdam diuersoribus eum qui ante exierat cōsequit: atque cōprehendit: gladium e uagina educit: reperit cruentum: peregrinus cędis accusat. Nā hic gladium quidem: quem quis secum attulerat: tamen quia modo rei relictę ad inueniendum utimur: In relictis connumeramus: suum esse negare nō potest: sed dicet Cędem eo ipse non fecisse: cauponem uel quempiam aliū criminabit: se eo non usum inuersioe cōfirmabit. Nam neque ita securus recta uia sibi conscius iter faceret: nec gladium secum attulisset. Ad huiusmodi translationem non inconueniens erit: integram coniecturam duplicem pertractari: in qua utriusque uita: occasio & signū partim quę suus gladius cruentus in uagīa repertus est: partim quę recta ad ipsum uia non ad alium diuersorem cūcurrerat: per collationem consyderanda sūt. Itaque uita hominis cum uita hominis: occasio cum occasioe: signum cū signo: & cętera: quę utraq; incidunt conferentur: id palam esse arbitror omnia quę per transpositionem dicuntur: si ab his: quę a nobis facta: aut dicta sunt: iudicamur cum asseueratione dici: ac inter se cōiungi oportere. hoc modo. sepeliebam quoniam humanū sepelire hominem: & quoniam nullus nō cōscio timor indicit: & quoniam huic rei premiū a deo redditū iri credit: hęc omnia: & quęcūq; alia inueniri possūt huiusmodi

sunt: ut inter se ipsa copulent: sin ab iis: quę alii fecerunt causa in iudiciū uenit: transpositio neque constans: neque sibi conueniens: sed sibi ipsi contraria erit: & cum disiunctione profertur: ut si quis prodicionis causam dicat: quę neque agros suos hostes populati sint: & statum sibi constituerint: dicet enim hostes aut admirari uirtutem suam: aut ad similem uirtutem suos incitare uoluisse: aut ut eorum misertus esset: aut ut odium in se ac suspitionem ciuium suscitarent. hi enim colores oēs sibi ipsis cōstare non possunt. Verum hęc tum consyderanda sunt: quum aut comprehensio unica est: aut si utriusque est: recta est: obliquam enim comprehensionem raro his modis transponere poteris. Nam quū negationis signū sit: difficile poteris ea occupare: quę affirmatiōis signo: quā rectā cōprehensionem appellamus conueniunt. Aut ergo incidenti statu: aut horum oppositis plerūque utemur: iis ipsis rariis. Transpositionem soluet accusator: aut quę non conueniat uitę suę: aut pietate commotus consolari miseris uolui. At qui te nūquā piū cognouimus: aut quod aliorum cōsilio facere debuisset. hoc modo. potens quidam & factiosus tyranni: qui propinquę ciuitatis potiebatur filiam in uxorem duxit: quę tyrannidem affectet accusat: quum in utilitatem rei. p. unū quęque incumbere deceat: ego id feci ut affinitate mea tyrannum ciuitati semper placabilem redderē. Atqui si ideo fecisses senatui: aut populo id cōmunicasses: ex his iam patet colorem: & causam comprehensionis indefensionem transpositione afferri. Inuersio est locus: per quem comprehensionem inuertimus quod sit quum hęc signa: quibus aduersarius aliquid a nobis patratum confirmat: potius iudicare dicimus nihil huiusmodi a nobis cōmissum hoc modo. Crebro arcem respicis: suspiras: lachrymas: huc & illuc caput iactas: arcem ergo ipsam: & tyrānidem aggredi paras. Atqui si hoc unquam facere cogitasses: neque crebro ego respicerem: nec suspirare: nec lachrymare: nec caput huc atque illuc iactarem: ne suspectum me ciuibus facerem. Item sepeliebas cadauer solus in sylua: interfecisti ergo. Atqui si interfecisses: nō in sepeliendo homine essem occupatus. Is locus defensionis adeo aduersarium urget: quando inuenit: ut quum bene eum sol uere non possit: aut ad prouidentiam diuinam confugiat: ut oportebat te poenas dare: ac ideo sepeliebas: tantum enim facinus impune te facere diuina ira passa non est: aut ad ignorantiam: quę ignorasti quod tibi utile foret: uel non putasti te perspici posse: quod uel amentia uel ebrietate uel aliqua re simili confirmabit. Hunc locum frustra queremus: neque enim inuenitur: quum signum necessario rem de qua agit: aut antecedit: aut consequitur: aut in gestione negocii sit: uel & si nullam necessitudinem afferat: tamen rei ualde propinquum est: hoc modo. Potentis ac factio si cuiusdam domo deiecta fulmine: armorum maxima eo congesta copia inuenta ē. Accusatur ad euerfionem rei. p. arma preparauisse. hic. n.

Inuersio



Βιαιος ορον  
Violenta

non poterit inuerrere. Nam omnes qui potiri rerum uolunt: arma pre-  
parant: quod quum accidit: accusator hoc ipsum signum quodammodo  
in diffinitionem rei trahet: quam quoniam nos βιαιον ορον uocamus  
latine uiolenta diffinitio appellatur: dicit enim tam maxime armoru  
copie preparationem nil aliud esse nisi tyrannidis preparationem. At de-  
fensor quum id inuerrere non possit: hoc ipso rem suam tutabit: quod res  
cum signo non conuertatur. Nam quum dicere non possit: Atque si tyran-  
nidem cuperem non arma prepararem dicit. Et si qui tyrannidem exoptat  
arma preparant: non tamen omnes qui arma preparant: tyrannidem ap-  
petunt: hec signa que rebus uehementer propinqua sunt: absolutionis  
quoque uim sic diminuunt: ut aut omnino pretermittenda sit: aut callide  
inferenda hoc modo: nulla unquam lex: nulla unquam consuetudo arma parare  
uetuit. Item que lex: que consuetudo prohibet: undecumque tibi placeret uxo-  
rem ducere? Nam quemadmodum uehementes locos multo uehemen-  
tiores ostendit quedam orationis tractatio dicendi que modus: ita eos que  
ferme deficiunt: pene ut uehementes appareant: facere solet orationis  
comoditas: quod melius intelliget in elocutione si de grauitate uera: ac  
apparente differemus. **Qualitas communis est:** qua utimur ad extre-  
mum confirmata suspitione. hec fit per locos communes. Communis est lo-  
cus: qui ab his: que aut antecedunt: aut consequuntur rem: aut que in gestio-  
ne negotii sunt: uel auget peccati atrocitatem: uel conquestione misericor-  
dia captat: qui communis ideo appellatus est: quia quis contra hunc: aut il-  
lum dici uideatur: tamen ad uniuersos eiusdem criminis reos efferat  
necesse est: quod latius in peroratione orationis aperiemus. Communes loci  
accusatoris non coniecturali solum: sed omni constitutioni conuenientes  
sunt: quum auget peccati atrocitatem: & quum negat malorum misere-  
ri oportere: defensoris similiter: quum misericordiam captat: & illata cri-  
mina extenuat. **Nunc ne quid quod ad coniecturalem pertineat preter-**  
missum nobis esse uideatur: breuiter que simplices: que duplices: que p-  
fecte: ac imperfecte coniecture sint aperiamus: ut & ad dicendum uia no-  
bis amplissima sit: & ad intelligendos certa ratione oratores que pre-  
clara precepta. Nam qui hec ignorat: eos uideo: quum orationes ciceronis ex-  
ponant: ea dicere: que nescire multo melius esset. omnis coniecturalis ca-  
si consistit: aut perfecta est: aut imperfecta: preterea tam perfectam quam imper-  
fectam bipartito diuidimus. In simplicem. scilicet ac duplicem. perfecta simplex  
est: quum in iudicio certa persona certa de re trahitur hoc modo. in eo cubi-  
culo Cesar interfectus inuenitur: ex quo brutus cum gladio cruento ex-  
isse uisus est. Accusat eundem: negat occidisse. Imperfecta simplex est: quum  
certa persona in iudicium non affertur. Ea est huiusmodi. Ignotus qui-  
dam hominem sepelire in solitudine inuentus est: negat se interfecisse. In  
hac causa quum quisnam is sit omnino ignoretur: Loci fere omnes: que

Qualitas cois

Cap. de diuisione cause  
coniecturalis aut confutatis

perfecta simp

Imperfecta simp  
cuius incerta persona

a qualitate personarum fluere solent: ut fortuna: educatio: studia: & cetera  
huiusmodi: que ad uoluntatem & potestatem comprobendam mul-  
tum interesse diximus: querendi non sunt. Imperfecta simplex: que cer-  
tam habet personam: rem uero nullam: quoniam non consistit abiicia-  
tur. Nam Minutianus qui dicit huiusmodi causam conflare si quis pro-  
digum que nullibi pater eius inueniretur: parricidii accusaret uehemen-  
ter errat: nec uidet rem hic afferri: que pater nullibi appareat. Sed deceptos  
putamus nonnullos: que non magnam uim hac in causa hi loci habet: que  
a re confluunt: ut est signum ac transpositio. Nam quum in causa: que  
non ab eo que nos: sed ab eo que alii fecerunt in iudicium uenit: minorem uim  
huius loci prebere solent. **Duplex perfecta coniecturalis est:** quum tam p-  
sona que res geminate in iudicium afferunt: hoc modo. Eschynes & De-  
mosthenes a legatione Philippi reuersi alter altere proditiōis accusant  
Quod demosthenes magnum inde auri pondus reportasse inuentus est: &  
eschynes orationem scripsit: qua se a crimine proditiōis defenderet. hic  
& personae duae fecisse inter se criminantur: & signa duo insunt: quibus  
alter alterum arguit. hac in causa nullo modo is locus: quem petitionem  
festiū uocamus incidere potest. Nam nihil per eum locum ab uno dici  
poterit: quod non eque ab altero inferatur. Ceteri omnes incidunt duplici-  
ter. Nam quum uterque & alterum accuset: & seipsum defendat: & confir-  
matio & confutatio dupliciter incidunt. Confirmabit enim uterque non se:  
sed aduersarium fecisse: & rationes aduersarii dupliciter confutabit: eas  
primo: quibus aduersarius eum fecisse arguebat: Deinde coniunctim eas  
etiam quibus non se fecisse confirmabat. Quare quum ita duplex confir-  
matio: & confutatio incidat: cauendum est ne prius totam unam causam  
confirmes te. scilicet non fecisse: deinde alteram. Verum sic totam confirmatio-  
nem toti confirmationi: & confutationem similiter confutationi diligenter  
per collationem inferas: ut quum ab uno loco confirmare tuas rationes  
iceperis: non discedas ab eo: nisi per eum accusationem quoque compro-  
baueris: qua aduersarium criminaris: quod inferius etiam exemplo patebit.  
hic tamen sciendum est unius cause confirmationem alterius esse confutati-  
onem: nam quum dicis non ego feci: neque enim habebam causam: sed tu  
qui & auarus semper fuisti: & magna inde pecuniam assequebaris: simul  
te defendendo ullum accusas. Incidere tamen etiam tunc confutatio potest  
seorsum ac dupliciter: quum rationes quaedam tam pro se: quam contra nos ab aduer-  
sario ante sic dicte sunt: ut earum confutatio in duplici confirmatione non  
appareat. Imperfecta duplex dupliciter fit: aut enim ex parte personarum  
aut ex parte rerum deesse sibi causa uidetur. Imperfecta duplex ex par-  
te personarum est: cui quum certae ac notae personae non subsint: res  
hoc est signa geminata sunt: ut si quis diceret duos quosdam se inuicem  
proditiōis accusare: quoniam quum ab hostibus rediret unus magnū

Imperfecta simp cuius certa p  
rem nulla ai.

Duplex perfecta

Demosthenes  
eschynes

festiū.

Imperfecta Dup



argenti pondus: alter orationem: qua se a proditoris crimine defende-  
ret: secum habere ab alterutro conspectus sit. hac in causa omnes loci q  
a personis fluunt: omnino deficiunt. Ceteri præter petitionem testium eo  
dem modo ut in superiori causa tractandi sunt. Imperfecta duplex ex p  
te rerum est: cui personæ insunt geminatæ res nulla: nõ q̄ nihil cõstet eẽ  
factum (causa eni non consisteret) sed quoniam nullum signum propri-  
um affertur: quod aut hunc aut illum reum demonstrat: hoc modo. qui  
dam seruam ac nouercam habebat: is signis ueneni mortuus est: mulie-  
res se inuicem accusant: in hac causa õnes locos: qui a re hoc est a signo  
profluunt: deficere necesse est: hi solum insunt: qui a personis trahuntur  
Quare qualitatẽ personarum: hoc est uoluntatem & potestatem: nil aliud  
querere oportebit: quæ causam habebat: cui locus: cui occasio commoda  
cuius uita suspecta: cui facultas opportuna: huiusmodi est fere illa con-  
iecturalis: quã in oratione illa pro Milone tractauit Cicero: uter utri in-  
sidias fecerit: nam qualitate personarum per contentionem multa con-  
ficit: ac primo a causa dicit Clodiũ ut prætor esset & neq; a Milone consu-  
le impediret: quo minus quæ uellet & faceret: eadem facere uoluisset: milo-  
ni asserit non nõ nihil profuisse: sed obfuisse iteritũ Clodii: deinde ante  
causæ uitam adiungat duplici utitur consutatione: quã inde incepit: at ua-  
luit odium: fecit iratus: fecit inimicus: fuit ultor iniuriæ: punitor dolo-  
ris sui: Quid si hæc non dico maiora fuerunt in Clodio q̄ in Milone: sed in  
illo maxima: nulla in hoc? Quid uultis amplius? quid enim odisset Clo-  
dium Milo: segete ac materiem suæ gloriæ: ille erat ut odisset primo de-  
fensorem salutis meæ: & cetera. Vitã etiam dupliciter hoc modo deride-  
do proponit: nihil unq; per uim Clodius: omnia per uim Milo. qua in  
re diligenter etiam illud aduertit aut unam partem per totum unum lo-  
cum confirmare oratores: deinde per contentiõem ut diximus alteram  
aggredi solere: ut in prædicta oratiõne Cicero factitauit: aut si causa pati-  
tur & rationes multæ uno ex loco ita fluunt: ut particulatim per collati-  
onem dici possint singula singulis opponere: hoc nõ. quum causa hõ-  
nes impellat: nulla hic: multis ille ad maleficium commotus est: odio il-  
le maximo in hunc exardebat: nullo iste in illum: huius uiri uirtus pessimam  
inuidiam inuidi hominis incitabat: in eo nihil erat: cui plus hic uir  
inuidere posset: morte huius magnum ille assequebat commodum: eo  
mortuo segetem: ac materiem suæ gloriæ hic amittebat: quæ non sic exi-  
gue ut nos exempli gratia dicimus: sed rationibus etiam subiectis: pro  
ut causa postulat exponemus: uel si longis ratiõibus cogimur totum lo-  
cum ex una parte: deinde ex altera occupabimus: postea maxime si lon-  
gior oratio facta est in uno quoq; loco cõcludendo: hac per singula cõte-  
ntiõem per repetitiõem utemur. Illud etiam nõ prætermittam medias in-  
ter perfectas: atq; imperfectas inueniri duplices qualis illa pro Milone

p Milone

medias inter perfectas  
& imperfectas

mibi uidetur: altera enim pars: & quod dixerit: & quod fecerit Clodius  
indiciũ putat ab eo factas insidias: altera fere nihil: nisi rem ipsam præ-  
ter hos coniecturæ modos tres alios ponimus: quos coniunctos appella-  
mus: incidentem: præprobatam: comprobata. Incidentem est quum in  
transpositione principalis causæ alia quædam cõiecturalis incidat: quã  
necesse sit suis locis diuidere: deinde ad principalis causæ inuersionem  
reuertere hoc pacto: lex proditoris suspectus quousq; de consciis indiciũ  
faciat in domo imperatoris custodiatur: & lex si cum uxore adulterum  
inueneris: utruq; liceat occidere. proditoris quidam accusatus: quum in  
dome imperatoris custodiretur: ab eo tanq; adulter interfectus est: & eius-  
dem proditoris conscius fuisse accusatur. Causa coniecturalis est: cuius  
signum: quod eum interfecisset: ne de consciis indiciũ faceret: transposi-  
tio causæ. Adulterum interfeci: ad quod accusator: At neq; ille tanti cri-  
minis reus adulteria quereret: neq; mulier infami uiro cruciatu cito pe-  
rituro seipsam traderet. Incidentem coniecturalis coniuncta utruq; adulteri-  
um commississe tantum criminis reum: & ei se mulierem tradidisse uerissimi-  
le sit: quæ quum omnibus locis qui incidunt usq; ad transpositionem ab-  
soluta fuerit: simul qui consequuntur loci quiq; incidunt ex utraq; parte  
tractabuntur. Quia in re fieri plerumq; solet: ut quum una causa ad dissol-  
uendam alteram incidat: idem quoq; locus: prout utriq; causarũ appli-  
catur: sibi ipsi opponat: Atq; seipsum dissoluat. Nam qui ita inuertit.  
Atqui si adulter fuisset: non occidisses: quem maiores cruciatu expe-  
ctare sciebas: ne te in similem suspicionem cõiiceret: ei responderi poterit.  
Immo si conscius essem: ne me suspectũ facerem: etiam adulterum nõ oc-  
cidissem: sed alia ratione: ne quæstionibus fides adhiberetur prouidissem  
qua in causa etiam illud sciendum: quod accusator in incidenti defen-  
soris personam induitur: & petitionem habebit testium quis uiderit: ubi  
uiderit: quando uiderit: & similia. Præprobatam coniecturalis coniuncta di-  
citur: quum anteq; ad principalem causam ueniamus: alia quædam cõie-  
cturalis expedienda sit: hoc modo. Imperator pauperis inimici tres fili-  
os tanq; proditoris reos cruciabat: eorum duo in quæstionibus perierunt  
tertium qui confessus fuerat: in carcere tenebat: donec ex consuetudine  
patris arbitrio proditor filius interficeretur. At is quum nihil cõtra  
filium fateretur: aut diceret: ab eodem imperatore: ut eiusdem criminis  
consciis accusatur. hic principalis est causa an conscius pater proditoris  
sit: cuius comprehensio quod filium proditoris confessum ex consuetudine  
non cõdemnasset: reus negat eum proditorẽ fuisse: quoniã neq; fratres  
sui: fratrum morte permotũ fuisse ait: ut quum mori necesse dolore si-  
bi uidisset: sine maximo cruciatu per cõfessionem mortem elegerit: hæc  
ergo coniecturalis anteq; ad principalis status confirmationem uenia-  
mus: ab utraq; parte tractabitur: deinde ad principalem transitus fiet:

Tres mali  
Incidens

Lex  
Lex

preprobata



quam accusator per asseuerationem faciet: defensor per obfistētia dato  
etiam q̄ illi pditores fuerint: hic tamen omni proditionis crimie caret  
Asseueratio est: quum non ut per obfistentiam facimus cōcedendo: sed  
superiora confirmādo pertransimus ad consequentia: ut hic accusator  
& eos proditores semper dicit: & patrem cōscium. nam si superius cō  
cesserit q̄ illi. s. non prodidissent: quid aget postea non habebit. Cōpro  
bata fit: quū signa: quibus suspitio cōflatur: non ut in ceteris per se con  
stant: sed unum ab altero cōprobatur: hoc modo. Consuetudo erat ser  
uos ligatos die saturnalium dimitti. quidam suspicatus serui cum uxore  
re adulterium: seruum ligauit: ipse rus iuit. Interi die festo ab uxore ser  
uus dimittit: postero die dōminus rure iterfectus iuenit: seruus profugit  
& uiri cēdis conscia esse mulier dicitur: hic enim alterum alterius signū  
ē. Nam q̄ a seruo dominus interfectus sit a suspitiōe adulterii: propter  
quam eū ligauit cōprobatur: q̄ adulterium cōmisisset arguitur: quoniā  
dominum seruus interfecerit: mulierē consciam fuisse cōfirmatur q̄ ser  
uum dimiserit. Item adulteram mulierem credimus: q̄ seruum dimise  
rit: dimisisse suspicamur q̄ adulteriū cū ea cōmitteret: & propter adul  
terium consciam cēdis arguimus. bis in causis omnia perspicienda sūt  
& ita disponenda: ut ex uno alterum consequi uideatur: quā rem latius  
in dispositione dicemus. Inuenit etiam nonnūq̄ alia coniecturalis: quā  
quum α πὸ τῆς γνώμης nos uocemus: latini forsitan cōmode ex sen  
tentia uel ex aīo appellabunt: ea fit: quum: & factū pateat: & qui fecit n̄  
ignoretur: uerum quo animo fecerit solum perquiritur. Ea est huius  
modi. Lex mentē captum: si hominem occiderit homicidam non esse.  
Mulier quēdam quū mētecapta uideretur: filium percussit: priuignū  
interfecit: & sanata in iudicium accersit: hęc concessio non est: ut quidā  
putant: nam in concessione semper id conuenit: ac constat quo reus se p  
motū fuisse dicit: hic nihil aliud in iudicio queritur nisi mente ne capta  
fuerit: an simulatione insanē filium leuiter percussisset: priuignum iter  
fecerit: hos coniecturalis modos in diuisione constitutionum non po  
suimus: quoniam non specics coniecturalis: sed modos esse putamus:  
Nihil enim addit per huiusmodi coniecturales generi: quod speciem  
faciat. Quare nō aliis: sed eisdem locis quibus omnis coniecturalis tra  
ctatur: & cōfirmantur: & iprobantur: dispositione quadā a tractatione  
quod facile omnibus patere arbitror: iter se differentes: quę res facit ut  
& ad priscorum oratorū oratiōes intelligēdas: & ad omnem uim artēq̄  
dicendi non parum utiles esse uideantur. pręterea non sum nescius nō  
nullos alias quoq̄ coniecturalis diuersitates tradere uoluisse. Verum si  
quis ea quę nos hermogenem secuti posuimus: bene tenuerit: eum pu  
tamus omnia quę ad coniecturalem pertinēt: facile intellecturum. Nā  
cetera quidē: quę ponūt nullo pacto a superioribus differre mihi uidēt

Complata

Alia coniecturalis  
απὸ τῆς γνώμης  
ex animo.

Lex

Hermogenes

Ea enim duplex: cuius exemplum mox ponam: quam putant diuersam  
esse: q̄ petitio testium in ea incidat: quum in aliis duplicibus: quoniam  
ęque ab aduersario peti testes possint: non incidat nullam facit difficul  
tatem. Non enī q̄ aliquis locorū incidat: nec ne diuersitatem quadā cō  
stitutiones accipere putamus. Sed dispositione quadam locorum: & tra  
ctatione differre arbitramur. Quare si quis hęc pręcepta i dispositionē  
transulisset: non fortassis extra rem facere uisus esset. Nunc coniuncti  
ea hic iterferere non alienum uidebatur. Vex eoz quod ponere pollici  
tus sum: exemplum hoc est: Medicus una cum aliis duobus uiuebat: Al  
ter eorum signis uenēi mortuus fuit. Alter cum medico recriminationē  
habet quam nos ἀντικαθγορία appellamus. hic quis non uiderit:  
q̄ ille alter petitione testium utetur: hoc pacto. ostēdas quis mihi uene  
num dederit: unde emerim: quomodo confecerim: quę omnia medicus  
dicere non poterit. Quare hoc iam satis: hic cautum sit locos qui ęque  
ab aduersario: atq̄ a nobis tractari possunt: prętereūdos esse: eos quęre  
dos: q̄ non eodē modo ab utroq̄: sed diuerso proferri possint. hęc igitur  
a superioribus non differt. Imperfecta enim duplex ex parte rerum est  
Frustra enim aliū modū coniecturalis dicemus: quum penitus eodem  
modo tractare ipsam conueniat. Q̄ si quoniam aliquis locus: uel inci  
dit: uel non: alium modum coniecturalis putauerimus. In infinitum no  
bis hęc modorū inutilis procedet diuisio. Pręterea quum omni in cōsti  
tutione: tam eundem q̄ diuersum statum posse incidere arbitremur: ac  
quō idem incidat dictum est: diuersum quoq̄ intercurrere exemplo de  
monstremus. Formosus adolescēs: ac pauper: aut eo anno se diuitem fo  
re: aut pudicitiam suam uenditurum prędicabat. Interim quidam mor  
tuus testamento eum hęc redē reliquit: reus est proditę pudicitię: hic trās  
positionem causę reus per diffinitiuam constitutionem absoluet: quū  
dicat pdicationē illā pditionē pudicitię n̄ fuisse: quā accusator quū i his  
fuerit: quę ab initio sunt occupabit: & quū uterq̄ quęcūq̄ a diffinitione  
de qua nunc dicemus: ad utilitatem suę causę cōmode trahi possint per  
tractauerit: principalis status locos: si qui sunt: persequet. Diffinitionis  
ratio in hos locos distributa est. Expositionem: diffinitionem: oppositā  
diffinitionē: ratiocinationem. Intentionem legislatoris: Ampliationē  
comparationem: Assumptionem: quę si incidet: & repulsio: & absolutio  
consequentur: qualitatem: & intentionem: Expositio in hac constitutio  
ne fere idem est quod in coniecturali: ea quę ab initio sunt. Nam statim  
secundum narratiōem exponimus cū quadam amplificatione: quę a cir  
cūstantiis circūstantiasq̄ consequentibus inuenit: hoc modo. quidam  
a templo uasa argentea cuiusdam priuati sustulit: reus est sacrilegii. Ex  
positio consulto templum petiisti: ingressus q̄ maxime occulte es uasa i  
de argentea abstulisti: deinde negare audes sacrilegium cōmisisse. hęc

Anticathgoria

Cap. de locis Constitutionum  
diffinitione

expositio



expositio ab his quę ab initio in cōiecturali dicuntur differt: quę hęc ea exponit: quę condemnationē nō fugiunt: sed comprehensio quantum in se est: nullam suscipit cōdemnationem. Ad hęc expositio diffinitionis fundamentum est. ad expositionem accusatoris defensor diffinitionem affert. Diffinitio ē: qua totam uim & potestatem uocabuli breuiter ad nostrę causę cōmodum cōprehendimus. Ea semper ab iis solet inueniri quę derelicta sunt: ut ingressus templum sum: nullam tamē statuum sacram uiolauit: nulla uasa sacra tetigi: nullam rem tēpli substuli. A quibus postea infert diffinitioem: hoc mō. sacrilegium enim est rem sacram tāgere: uiolare: furripere. Oppositam diffinitionem appellamus: quę contra diffinitionem defensoris ab accusatore affertur. Eam ab iis: quę in expositione dixerat: breuiter colliget: qua ex re manifestum est defensoris diffinitionē ab iis quę ab reo derelicta sūt: accusatoris ab iis quę facta sunt: non a genere: & differentiis: ut nonnulli huius artis totā uim ignorantes crediderunt semper fere iueniri. Nam & si oratorē huiusmodi esse uolumus: ut etiam eas diffinitiones quę a genere ac differentiis constant iuenire facile possit: tamen quoniam uehementiores: atque faciliores intellectu a quouis auditore uidetur hęc: quę aut ab iis quę derelicta aut ab his: quę facta sunt: tanquā a partibus constituuntur: his oratorem patius: non illis uti debere censuerim. Cōsulito templum ut aliquid inde auferret: introiuit: ne uideretur cauit: quęcūque citius furripere potuit hęc abstulit: hęc ab reo facta uidentur: hęc accusator sacrilegium esse dicet. At reus his: quę ab eo facta non sunt: ut iam expositum est: diffinet & derelicta sicut ille expositionem ut res postulat ad diffinitionem accommodabit. Ad oppositam autem diffinitionem & ratiocinationē accusator adducet: quę per obliuientiam utraq; diffinitiones ita colligit: ut nihil differre hanc ab illa cōfirmet: ut si posset dicere nihil differre: ut enī tunc imaginibus deorum in mortalium uiolatis scelestus esses: sic nūc tāquā qui religionem cōtempnisti profanus es: ac a templis deorum expelleris: uel non differre: sic enim deos contemni: quauis re a templo furrepta: sicut cū imagines indigne tanguntur. Quę si quid tale a consequentibus non inuenitur: quod fieri posse arbitror. cōsulito dicet templū petiisse: clam ingressum esse: Argentea uasa inde substulisse: nihil differre quę si imagines aggressus esset: & hoc aut illud fecisset. Quā in re curādū ē: ut quū non nimis a re gesta: ea quę derelicta sunt distare uidentur: tamē idem hoc illi esse contendamus: ut si idem esse contenderes crebro in aliquem manum attulisse: & uerberasse. Eadem enim contumelia est: quę si nimis distarent: aut nihil aut parum differre dicemus: hoc modo. aut illo iniuriari: uerbis etiam amplioribus hoc: angustioribus illud amplectemur: hęc ratiocinatio: quę loci uel obtinet: a constitutione differt: quoniam hic ea: quibus ratiocinatio cōficitur: Imperfecta sunt: ibi perfectū

Diffinitio

opposita diffinitio

In quibus diffinitionibus  
Oratorē uti oporteat

Ratiocinatio

quid ex perfecto consequitur. Item notandum arbitror ubicūque diffinitio inuenitur: eo ratiocinationem necessario consequi. Nam sicut ubique absolutioni opposita depulsio est: sic diffinitioni ratiocinatio. Quare necesse est si horū uno accusator utetur: Alterum defensori relinquatur. Quum uero & opposita diffinitio diffinitioni contraria sit: in eo maxime ratiocinatio ab ea differt: quę illa per infirmitatem: hęc per obliuientiam nititur: a qua in hoc differt: quę obliuientia nō colligit: illud etiam ne aliquem lateat uolo quę utile est: & fortassis necessarium diffinitionē aduersari refutari: quę aut falsa: aut turpis: aut inutilis sit. Primum ex opinione doctorum hominum: aut consuetudine loquendi: aut scribendi probabit. Cetera honestatis utilitatibusque partibus aperientur: de quibus post dicemus. Verum ne quis quoniam raro fit: fieri quoque nō posse arbitretur: scire oportet has diffinitiones defensoris. s. & accusatoris quā oppositā nuncupauimus: & si a factis derelictisquę tanquā a partibus constituantur: etymologica tamen uocabuli interpretatione nonnūquam absolui posse. Ea autem quę a genere & differentiis constat fortassis erit utendum. Si autem auditores doctiores essent: aut maxime si more ciuitatis: quum huiusmodi res accedit: quę doctorum hominū sententia possit diffiniri: soleant hęc ad doctores reuocari: ac eorum opinione dissolui. Verum quoniam de solutione quoque ratiocinationis dicendum est: ne cui consilio accidat: etiam superiora clarius repetantur. hęc igitur omnia diffinitio: opposita diffinitio: ratiocinatio: ratiocinationis solutio: quę quatuor quędam esse uideantur: ut tamen & potestate duo sunt: in idē enim fere rationibus diffinitionem & ratiocinationis solutionem defensor conficiet. Nos autem diuisimus: ut quod unicum re ipsa esse uidetur propter usum atque utilitatem dicendi duo faceremus: quę quę tempore concurrunt: tractatione differant: quę tractatione conueniunt temporibus distent: quod & si ratione exercitatis pateat: breui tamen si exemplum posuero omnibus palam erit: ut diffinitio ergo utraq; ea continebit quę rem antecedere solent: cum ipsa gestione negocii: sic ratiocinatio ac ratiocinationis solutio ab his: quę rem aut natura aut consuetudine consequuntur conficiuntur: hoc modo. insanus interfecit tyrannum & sanatus premium petit: cōtradicitur: diffinitio defensoris a derelictis quę tyrannicida sit: qui consilio quum sciat quantam rem acturus sit pro rei. p. libertate tyrannū occidit. Tu cōsilio uti non potuisti: tu quid quā tāquā rem aggrediebaris sentire non poteris: tu rei. p. libertatem tibi nō proponebas: hęc enim omnia ratione fiunt: quā insanis nullam esse necesse est: opposita diffinitio: quę accusatoris ē: cuius locum qui petit obtinet: tyrannicida est: qui ascendere arcem: & tyrannum occidere ausus ē: Ergo arcem ascendi: tyrannum occidi: neque differt: si nullo consilio usus sum. Quęcūque enī si ex consilio tyrannum occidissē: consequerentur

Solutio

7



bona omnia consecuta sunt. Tyrannus interfectus est: res. p. libera: In ac-  
ce nullus: quem timeamus: hęc a consequentibus ratiocinatio est. Rati-  
ocinationis solutio ab iis quę cōsequi oportuisset: multum differt: mul-  
ta enim consecuta essent: si prudens interfecisses: quę nunc nulla fuerūt  
Qui enim consilio tyrannum interfecit laudibus ilico extollitur: trium-  
phis decoratur: tu post cędem medicis: & magis subiectus ligatus iace-  
bas. quę a factis fluit ratio: inatio uehementior est: ei derelicta: uel conse-  
quentia: uel eius rei auferendę: quam abstulimus: intentionem oppone-  
mus: Si lex incidit: intentio legislatoris ab utroq; ad commodum suum  
explicabitur: ut tyrannicida premium petat. Orator persuasit tyranno  
liberam ciuitatem dimittere: petit premium: quęritur: si tyrannicida sit  
hic orator tyrannidē se expulisse dicet: libertatem peperisse: leges ciuita-  
ti restituisse: qđ tyrānicidium esse legislatorem uoluisse nullus dubitat  
Ad hunc enī finem tyrannus occiditur: & idem dicet ex persuasione ci-  
uitatem assecutā: qđ ex tyrānicidio cōsequeret: defēsor noluisse legisla-  
torem tyrannum impunitum discedere: uidisse: quod cuiq; intellectu fa-  
cillimum est: tyrannum multis modis expelli posse: tyrannicidę solum  
premium constituisse: qđ & ultus tyrannum esset: & omnem in posterū  
ab eo uiro tyrānidis inferendę suspitionē remouisset. Vnde infert psua-  
sionem ab interfectione multum distare: neq; aliqua re differt hęc diffi-  
nitio: quę id diffinire uidetur: quod in scripto positum est: ab illa quę si-  
ne scripto uenit in iudicium: nisi qđ ad suam diffinitionem uterq; intēti-  
onem scriptorum accommodat: & ab aduersarii diffinitione ipsam in-  
q̄tum potest distare ostendit: quod ut clarius pateat: breuiter repetēdū  
uidetur: expositio petitoris tyrannidem deposui: premium uolo: diffi-  
nitio defensoris: nullum capies premium: tyrannicidiū enim est: & dif-  
finiet ab iis quę derelicta sunt: Deinde intentionem scriptoris diffi-  
nitioni suę: & solutioni ratiocinationis accommodabit: hoc illum uoluis-  
se dicet: ut tyrannus poenas penderet: ut nulla suspitio inferendę tyran-  
nidis remaneret: & si quid huius. petitor oppositam diffinitionem du-  
cet. Non enī hoc esse tyrannicidiū dicet: quod ille diffinit: sed tyrānidē  
quouis modo deponere: ciuitatem oppressam liberare: neq; differre p-  
suasione ab occisione: quum ex utrisq; leges ciuitati restitutę sint: qđ  
scriptorem uoluisse ostendet. ¶ Quare patet ratiocinationi: & eius so-  
lutioni intentionem legis applicandam: quod si non quęreretur utrum  
quod factū sit: idem esse uideatur: atq; illud quod in lege scriptum est  
Verum lex allata omnino dubia esse uideretur. legitima locis: qui inci-  
dunt: hic pertractanda est. Stultum autem esse censemus: aut quia non  
nunq̄ legitima causa diffinitioni complicatur: Quod & cęteris omnib;  
constitutionibus accidere solet: aut quia nunc hunc locum a lege ortum  
habere uideatur. Legitimam esse diffinitionem putare. Non enī hoc

Inuentio legis

Tyrannidū

Legitimae constitutionis  
locis

consyderandum est si a lege adiuuatur: nam hoc & aliis accidere po-  
test: sed si tota controuersia eius a lege proficiscatur perspicendum  
est: quę res ut clarior sit: exemplum propositum in coniecturalem  
trahamus hoc modo. Expuli tyrannidem: premium mihi dandum  
est: non expulisti coniecturalis est: cuius signum liberam esse ciuita-  
tem. Legitima huc etiam incidit. Attamen propter hoc coniectura-  
lem legitimam nemo unq̄ dixit. accessorium autem legitimum aut i-  
cidentē posse in coniecturali statum inueniri nullus dubitabit. Qđ  
si locus legitimus eos terret: illud me magis terret. Cęteros omnes  
diffinitionis locos non a lege: sed inde potius oriri: unde & tota quę  
stio proficiscitur. Nam is quem diffinitionem appellamus: sic totā  
causam continet: quęadmodum coniecturalem ea quę ab initio ap-  
pellamus. Vnde & ab eo causa diffinitiuā appellatur: & eo difficien-  
te diffinitiuā causa nunq̄ consistet. At diffinitio hoc est locus ipse qđ  
causam continet: nunq̄ a lege: semper autem ab his: quę gesta sunt:  
aut a derelictis: ut iam planum fecimus inueniri solet. Quare quum  
is locus qui causam continet: & sine quo nunq̄ diffinitio erit a reb;  
aut derelictis: aut actis nascitur: relinquitur: ut qui diffinitiuam in  
legitimis ponit: & legitime constitutionis species & hęc diffinitiuā  
parum intelligere uideatur. Pręterea omnis status ut etiam superius  
dictum est: non ab eo qđ probat: sed ab eo quod probatur: uel oritur  
& denominatur. Quare hic si principaliter de intentione legisla-  
toris quęret scriptū & sentētia fortassis esset: nūc autē nō id quęrit sed  
sit ne tyrānicidiū res ab oratore consecuta an nō. Vex de his hacten;  
Nūc ad p̄cipiēdū redeamus: si ergo lex icidat dubitāda icidēs status  
legitimus occupādus ē. Quod si sola itētio exq̄reda sit: locus tūc ab i-  
tētiōe solū quęritur: qui tū incidit quum quęrit utrum id quod in  
lege scriptum sit: tale quid sit: quale factum dicatur nec ne. Verbi  
gratia quum in lege tyrannicida scriptum sit: oporteat ne hunc: qui  
persuasionē tyrannum deposuit: tyrannicidam arbitrari: aut non: ex  
quo etiam facile perspicitur non ex ui legis hunc locum: quem intē-  
tionem appellamus proficisci: sed quod factum ē legi accommoda-  
ri debere: quam accommodationem nonnunq̄ per incidentem fieri  
legitimam non incongruum esse iam diximus. Quare nil iam diffi-  
nitiuam legitime constitutionis habere manifestum est. Illud etiam  
hic dicendum uidetur: qđ quādoquē lex: quę affertur nos magis qđ  
aduersarios iuuat: plurimum in lege commorabimur: eamq; singu-  
latim cum commoratione si opus fuerit exponemus. Verum si ex  
aduersariorum causa lex esset: eam quum recitauerimus: non per  
singulas particulas: nec cum cōmoratiōe: sed totius legis simul sen-  
tentiam cōprehēdemus: & breui ad firmiora recedemus: qđ p̄ceptū

Ex. Legitime

Status aq̄ denotetur

precepta. legitime consti



hic dictū etiam quū legitimas tractamus memoria optime tenēdū est. Quod si nulla lex incidit: aut hunc locū omnino prætermitteremus: aut ex uniuersalioribus aliquid trahemus hoc modo: quæ lex nunquā hoc uoluit: quis legislator hoc sensit: nonne hæc una omnium legum intentio est: ut mali puniatur: boni premiis honorentur. Item ex alia parte tamen peccatorum quæ eorum quæ fortiter gesta sunt diuersitates legislatores uiderunt: quod & punitionum & premioꝝ ostēdit uarietas: & ex effectu potius quæ pro intentione hominis cum poena aut premio afficiunt: sed plura fortassis quæ opus sit: de hoc loco dicta sunt: non enim quæ dici possunt inuenire: sed ipsos locos ostendere proposuimus: nunc ad reliqua transeamus. Ampliationem rem magnā esse ostendes si accusas: puā si defendis: & non solum a circumstantiis: sed a quantitate & qualitate rei confirmabitur: ut si dicas multa ciuitatē hinc incommoda aut commoda recepisse. Comparatio ad ampliationē ita sequitur: ut multo maius aut minus ostendere coneris: quod factum est: quod aduersarii dicant: hoc pacto. maius etiam atque diuinius: sine cæde: sine sanguine: sine armis: quæ proelio aut manu rem. p. liberare: Quū autē quattuor modis comparatio fieri possit ad æquale: aut ad maius accusator: ad minus aut ad contrarium defensor confert: hoc modo. Non est minus persuasione tyrannū deponere: quæ gladio: imo est maius sine sanguine: sine cæde: sine tumultu libertatē parere: quæ cum piculis omnia plena redundant ciuitati exagitate uix iam desperatam quietē reddere. Item multo minus hoc est quæ interficere: necesse est. n. nunc unū timere: quo interfecto securus uiueres. Aut etiā in contrariū: si diceret præparare potius hoc ac constituere tyrannidē esse: quod cōiectura approbabit si posset ostēdere: destituito armis aut pecunias non habenti facilius persuasum. Interim timēdū esse: ne melius rebus confirmatis suis nos opprimat: quā rem facile confirmabimus: si in tyrannorum naturā amplificando iuebamur: ac ostendemus quāta cupiditas dōinandi sit: ut ex hoc appareat illum: quoniam suis copiis desperasset tyrannidē deposuisse: hic & suspicionibus terreri orator poterit. Assumptio prout hic sumitur est locus: qui per cōparationē: aut concessionem: aut remotiōnē: aut relationē rem purgat: quæ ab huiusmodi differt statibus: quæ uno loco solum absoluit: qui etiā assumptiue diuersas constituit species. possumus tamē plerūque totā assumptiuā iterferere: ac omnibus locis suis nisi prædictis iidem essent: assumptionem hanc approbare. quoniam uero non semper assumptio inueniri solet: ne frustra laborem in his inquirendis: quæ rei natura minime præbet: declarandum puato: quibus in diffinitionibus inueniat. **O**mnis ergo diffinitio: aut petitionē: aut accusationē cōtinet: hæc rursus uel ad personam infertur: aut re quāpiā imiscet actioni: aut in pura actione consistit: his

Ampliatio

Compo. 7. or. modis fit

Assumptio

quibus in diffinitionibus assumptio inueniatur

igitur habitis: sciendū nec quū de petitione agit: nec quū accusatio in pura actione consistit: assumptionē inueniri: ut in oratoris causa: quæ premium petit: aut eius qui priuata uasa a templo sustulit. Quū autē res imiscetur actioni: aut diffinitio ad personā transfertur: semper inuenietur hoc modo. Eunuchū in lecto cum uxore inuenit quidā: & ut adulter intefecit: hic quū ad personā quæstio transferatur: quid sit adulter quæ non eunuchus: assumptio relatiua cadit: quæ dignus erat interfici: hic etiā dicendum: quæ quā sic ad personā diffinitio transfertur: totus ordo commutat. Nam quum in aliis accusator a factis: defensor a derelictis: e conuerso hic a derelictis accusator a factis defensor diffinitionem constituunt: Quis & reus eunuchi accusatione se defendit: & accusator eunuchū defendendo: reū condēnandum ostēdit: res actioni sic imiscet. Eduxit imperator ad proeliū e castris exercitū: cum fere manum cum hostibus inuenisset: uel pluuię impulsus cum exercitu ad castra fugit. Accusatur rem. p. tradidisse: hic quū aliis locis diffinitionis demonstratū fuerit quid sit. r. p. tradere assumptione concessione criminis non eius quod est. r. p. tradere: sed eius: quod est fugere defensor utetur. In hac ipsa cā etiā comparatiua inuenit assumptio si dicet se tēpestate coactū comodius cepisse consilium: quæ ex eo loco unde hostes iruebant nimbi incidentes hostes iuuarent: suorum prospectū eriperent. Non ignoro hanc causam sine diffinitione: uel per cōparationē solam: uel etiā per concessionē agi posse. Vex quā semper diffinitio incidit ad propositi nostri exemplum eam traximus. Est autem sciendum cum multis constitutionibus cā agi facile potest optimū factū esse omnes occupare. Vnamque earum principalē facere: alias accessorias: uel si non multū iuuarent omnia: quæ ab una quaque earum inueniuntur in huius loci commoditatem distribuere. De dispositione uero istiusmodi statuum: qui locorum uel ad principalem afferunt constitutionem: aut ei accedunt: quū de ipsa dispositione dicemus prout res postulabit denodabimus. Vex quā tres assumptiuas incidere diffinitioni ostendimus: quō incidit idētidē: ut locus remotio nunc aperiamus. Lex timidus puniat: ad philippum quum legationē ageret demosthenes timore uocē amisit: ac pene cecidit: reus est timiditatis: quum locis diffinitionis usus fuerit: remotio utetur: Si dicet eschynem causā huius rei habuisse: quæ prope stans irridebat. Ad assumptiuū locum sequitur repulsio: quæ hic huiusmodi est: At non cecidisse debebat propter eschynem: quæ licebat postea iudicio condemnare. Ad repulsio nē sequetur omnino absolutio: ut in coniecturali docuimus: per quā hic defensor natura id sibi licuisse ostendet. Qualitas ut hic sumitur est locus: qui per rationibus cōmunē locū adauget. Nā sicut cōmunis locus uniuersam rei alicuius qualitatem cōsiderat: ita hæc qualitas ipsius: quæ reus est: priuatam dispositionē inquirat: Quare ut plurimum cōmuni loco hæc qualitas coniungi solet: quæ si certa persona in iudicium trahitur: ab omnibus fere quæ personis

quod in multis confusum  
conuersu faciendum

Qualitas priuata



attribuunt: copia dabit. Sin persona certa non esset: nec tamen omnino infinita ut pater: orator: dominus: seruus quocumque ad has personas antecedere: aut consequi solent diligentius exponemus: quod si omnino infinita persona esset per coniecturam a re presente: quisnam in preterito tempore fuerit: quis erit? si in punitus abierit: aut si punietur dicemus: nam is locus per tria tempora diuisus est: preteritum: instans: consequens: quod solum dupliciter proferri solet. Nam & quid utilitatis: & quod damni ex punitioe: aut impunitate istius consequi poterit aperimus: quam utilitatem uel publicam dicemus: quoniam omnes hoc iudicium expectent: ut uideant quid sibi sequendum sit: uel priuata: quod is ipse melior: si castrabit: aut perniciosior: si dimittet futurus sit. Intentio est quam consideramus qua uoluntate id egerit: ut si sacrilegus esse uolebas: quare ingressus templum es: quare inde pecunias abstulisti? Defensor autem si commode fieri potest: aduersarium criminabit: ut si dicat: quam rei. per furtum se poenas dare sufficiat: qua ille uoluntate sacrilegii accusat: quod uel ob nimiam crudelitatem: uel ob priuatas similitates facere dicet: aut per deprecationem ideo magis in templo furtum commisisse: quod facilius latere sperasset. hi duo ultimi loci his in constitutionibus solent inueniri: in quibus rei uita quem admodum in coniecturali ad probationem causae non accipit. Quos ultimam posuimus: quam parum a communi loco differre uidentur. Nam sicut per locum communem generaliter omnium huiusmodi hominum uoluntas quiritur: & praeterita uita considerat: & euentus prospicit: sic per hos omnia eadem priuata quiritur. Unde quis hic eos a communi loco separamus: ut clarior perceptio fieret: & oratoris iudicio disiuncti ne: aut coniuncti: tam hi quam alii loci tractari debeant reliquendum putamus. Sciendum tamen una cum communi loco in agendis causis commodius posse absolui. Locus communis una cum qualitate & intentione ut diximus ab accusatore maxime tractabitur. Defensor per commiserationem indignationis partibus utitur: quod quam rem confiteatur: in maius tamen periculum accusatoris iniquitas ipsum trahere conetur. Quoadmodum autem plures coniecturae modi: in quibus non facilius argumentum inuenitur: nisi quis eos cognouerit: sic diffinitionum plures modos esse constat: ut facilius quae sciunt inueniamus: & disponamus: breuiter eos tangemus. Diffinitionum aliae simplices: ut illa oratoris petitio: & eunuchi quam si adulteri cogdes: aliae duplices: quas quocumque modis comprehendimus: pronominatioe: collectioe: praesentatione: duplicatioe: incidente: duabus diffinitionibus. pronominans est quam a reo nomen non opponit: ut sacrilegus es: & dabis poenas capite: imo fur: & dabo quadruplum. Haec ita tractamus: ut de coniecturali duplici dicebamus: dupliciter locos omnes occupantes. Expositio accusatoris hoc modo: Consulto templum ut aliquid surripere ingressus es: argentum inde substulisti: sacrilegium commisisti. Defensoris expositio huiusmodi est. Templum introiui imaginem nullam tetigi: rem sacram nullam uiolauimus: priuati cuiusdam argentum substulisti: furtum commisi: furtum enim est: & diffiniat ab his: quae facta sunt. Sacrilegium

Intentio

De modis diffinitionum

Diffinitionum diuisio

Pronominans

autem est: & diffiniat a derelictis. Diffinitio accusatoris: quam oppositam appellauimus. Sacrilegium a factis diffiniat: & per ratiocinationem nihil differre hoc ab illo ut diximus ostendet. furtum deinde a non factis diffiniat: Verbi gratia si diceret furtum esse priuata domum ingredi: inde priuata aut quocumque auferre pecuniam. Defensor multum differre a factis quae derelicta sunt comprobabit. haec autem non ut dicta sunt disponunt: sed ad modum causae distribuentur: & aliis similiter dupliciter utendum. In pronominatione notandum est: quam utrumque fieri debeat rem quam admittis a factis: quam renuis a derelictis tibi diffiniendam. Item pronominationem ita fieri posse: ut qui pronominat meritum adducat: ut in hoc exemplo. Quum L. Saturninus legem frumentariae ferret: senatus a Cepione: qui per id tempus questor urbanus erat: doctus tantam largitionem gratiarum pati non posse: decreuit si eam legem ferret aduersus rem. per uideri eum facere. Saturninus nihilominus ferre cepit: eum concionantem coepio impetu cum bonis uiris facto deturbat: accessit turbae maiestatis: dicit se non modo non diminuisse sed conseruasse. Accusator ergo tollere suffragia populi: & magistratus consilium: quibus ex rebus ciuitatis aplitudo constat: id quod intendit esse dicet contra conseruationem esse populo potestatem deliberandi reddere: eorum potestatem obniti: quod populi auctoritatem diminuunt. At defensor: qui gratiarum conseruauit: qui libidini malorum restitit: eum aplitudinem ciuitatis conseruasse affirmabit. Verum pecunias publicas cuius irrogare: gratiarum spoliare: senatus uoluntati non obtemperare: hoc esse ciuitatem detrimento afficere: hoc maiestatem diminuere: hoc bonos omnes euertere. Non sum nescius quis nos ad propositum traximus alio etiam statu hanc causam agi posse. Nam & per se relatio criminis suscipi potest: & iuridicali absolute coniungi. Ceterum illud imprimis memoriam commendandum in huiusmodi pronominatione diffinitionem a factis eius: qui aut accusationi: aut petitioni resistit: uolenter tractari posse: sed locos aperire rhetoris: ordinem locis: & tractationem naturae rerum idoneam accommodare. id uero grauis oratoris putandum est. Colligens est cum reus pronominat: Accusator autem tam huius quam illius criminis reum esse affirmat: hoc modo. Lex: si. r. p. iniuriam afferas occiditor. Lex: qui uirginem uitiauerit prebeat dotem. Quidam quum in legationem proficisceret: imperatori filiam commendauit: eam imperator uitiauit: pater reuersus iniuriam publicam imperatorem accusat: quod filiam legati uitiaisset: ipse dotem defert. Is diffinitionis modus uehementer pronominationi similis est: qui ut ille locos dupliciter occupat: differt autem quod ibi ex negatione unius alteri ponitur: ut sacrilegus es: non fur: & e contra so fur sum non sacrilegus: hic nisi utrumque simul accusator comprehendat nihil sibi quod aget relinquatur: ut uitiasse uirginem confiteor. r. p. iniuriam attulisse nego: immo & uirginem uitiausti dicet accusator: & r. p. uoluptasisti: quia legati filiam. personas duplicans est: quum una res ad

In pronominatione praecipit

Colligens



duas personas refertur: hoc modo. Lex: primus regis filius regnum ha-  
 beat: Dario mortuo xerxes cum fratre disceptat: q̄ similiter primus fili-  
 us esset. xerxes q̄ primus rege dario natus: & is similiter duplicatis lo-  
 cis tractat. huic duplicationi personarum pronominationem si quum ex me-  
 rito pronominetur recusatio fiat: posse nonnunquam subiici manifestum est  
 hoc modo. persuasit orator tyranno eum exeuntem ex arce: quam libe-  
 ram dimisit quidam ut tyrannum occidit: ambo petunt premium: ora-  
 tor pronomiat homicidium hoc esse non tyrannicidium. In duplicata p̄-  
 personas acriter considerandum est: si uni finis & alteri principium accomo-  
 dat: aut si utrunque uni: alterum alteri: ut in superiori regni contentione.  
 Alteri vero alteri: hoc modo. Sacerdotium successionem habeat: fortis uir  
 cui premium ex lege debebatur: petiit cuiusdam sacerdotium: & habuit  
 post mortem eorum de sacerdotio filii contendunt. hęc consideratio ad in-  
 tentionem legislatoris explicandam adhibenda nobis uidetur. Incidens est: quum  
 ut in coniecturali iteragendum causam alia incidit diffinitio perfecta: hoc  
 modo. Lex: Si quis in consilio acta homini nescio cui dixerit capite poe-  
 nas soluat. Quidam in somniis quę acta in eo die a senatoribus essent ui-  
 dere uisus est. Senatori cuidam sibi amico quę uidit narrat: deinde interro-  
 gat si ita se habuit ut uidit. anuit ille: & quasi edixisset: accusat. hic quum  
 querat an anuere sit ea dicere: quę in consilio acta sunt: Constitutio dif-  
 finitiua est: ea usque ad comparationem p̄cedit. deinde alia perfecta incidit dif-  
 finitio: quid sit nescius: quę similiter per omnes locos usque ad comparatio-  
 nem confirmat. Reliquis locis postea simul utraq; amplectemur. Illud be-  
 ne notandum uel: q̄ in incidenti a derelictis accusator: a factis defensor  
 diffinitionem rimabit. Commutata enim questione: ille defensoris: hic  
 accusatoris officio utitur: duę diffinitiones sunt: quum duo nomina ad  
 unicam personam ita referuntur: ut non pronominent hoc pacto. Vir mun-  
 dus: & a mundo natus habeat sacerdotium. Quidam patrem adulterum  
 interfecit: & repellit a petitione sacerdotii: hic non ut in pronominanti unum  
 negatur: alteri infertur: sed quum accusator utrumque neget: defensor utrumque  
 confirmat. Quare non ut ibi locum loco: aut rationem rationi opponere-  
 mus. Vex quia questiones disiunctę sunt: nec una confirmat alteram.  
 primo per omnes locos quod sit uir mundus explanabimur: in quo accusator  
 conabitur ostendere eum: quod hominem & maxime patrem interfecisset: mundum esse  
 non posse. reus mundum se dicit: quod secundum leges interfecisset: qua dif-  
 finitione perorata: ad alteram uenient: quid sit natum esse a mundo quod  
 non ab adultero defensor natum a mundo se dicit: quum pater eo tempore quo  
 natus ipse fuerat: adulter non erat. Non ignoro hanc secundum questionem  
 per ambiguum posse absolui: sed tamen quum hic legitima a diffinitione  
 perficitur. querit enim primo quid sit natum esse a mundo: deinde acce-  
 dit utque legislatoris sententia esset ea: quam accusator aut ea quam defensor

Duplicans

Due diffinitiones

interpretat. Duas diffinitiones hic esse nemini dubium est. Nunc quoni-  
 am absoluta complures diffinitionis locos suscipere uidetur: ut facilius pre-  
 ceptio fiat atque de negotiali dicamus: de absoluta prius quam nobis tra-  
 ctanda uidetur dicendum est. Absoluta igitur his locis absolui solet: Expositio-  
 ne: partibus iuris: persona: diffinitione: ratiocinatione: intentione legis-  
 latoris: ampliatione: comparatione: absolutione: repulsionem: assumptionem  
 Altera repulsionem: infinitionem: qualitate: & intentionem. hi loci fere omnes  
 inueniri solent: quum causa huiusmodi est ut magnum ex ea damnum pre-  
 fertim publicum secutum esse uideatur: quum autem uilis: & priuata est  
 plerumque partibus iuris solum absoluitur: ut in hoc exemplo. Mimus  
 quidam actum poetam nomine appellauit: ille iniuriarum agit: quonia  
 causa priuata est: nec calamitas quędam factum insecuta est: partibus  
 iuris solum agi facile poterit. Expositio eodem modo hic: & in diffinitione  
 tractatur: partes iuris. Mutuum secuti sex esse putamus: Naturam: legem  
 consuetudinem: iudicatum: equum: & bonum: & pactum. Naturę ius est  
 quod nobis non opinio: sed quędam innata uis inseruit: quod in sex partes  
 rursum diuidimus religionem: pietatem: gratiam: uindicationem: obser-  
 uantiam: ueritatem. Religio est uis insita: quę deorum metu: & ceremoniis  
 hominem ducit. pietas est in patriam: aut in parentes: aut alios sanguine  
 coniuictos officium. gratia est officiorum: honoris: amicitiarum memo-  
 ria: & remuneratio. Uindictio est: quę uim & contumeliam defendendo  
 aut ulciscendo propulsat: & per quam peccata punimus. obseruantia est  
 per quam aetate: aut sapientia: uel aliqua dignitate antecedentes uene-  
 ramur. Veritas est quę nos monet: ut facta pro factis: infecta pro infectis  
 dicamus. Lege ius est quod populi: aut imperatoris iussu sancitum est.  
 consuetudine ius est quod sine lege propter uetustatem eque ac si legiti-  
 mum sit usitatum est. Iudicatum est sententia: quę simili de re lata est. iudi-  
 cata plerumque inter se diuersa inueniuntur: & ne eadem de re potest aliud  
 alius iudicare: quod quum euenerit iudicem cum iudice: tempus cum  
 tempore: numerum cum numero iudiciorum conferemus. equum & bonum est  
 quod sine lege ac consuetudine ab omnibus comprobatur. Pactum est quod  
 aliqui inter se pepigerunt. Verum ut facilius cetera exponamus: exem-  
 plum quoque proponatur. Pictor naufragium diligenter in tabulis depi-  
 xit: tabulas apud portum imposuit: naufragii periculo moti aliarum ciui-  
 tatum mercatores non nauigabant. Res publica quę maxime rebus aduen-  
 titiis iuuabatur summis in commodis affecta est. expositio accusatoris  
 manifesta est. breuiter. n. exponet quid pictor fecerit: quid factum eius  
 consecutum sit: partes iuris quod equo: & bono: ac consuetudine unicui-  
 que artifici facere: & pictori similiter pingere: ac quo uelit imponere licet  
 id accusare non potes. Item quod nulla lex unquam uetuit: nullum iudicatum unquam  
 reprobauit: & si quę cetera incidunt. personam hic appellamus locum quo

De Absoluta consuetudine  
 & de eius locis.

Absolute ptes.  
 Expositio  
 ptes iuris

Religio  
 pietas  
 gratia  
 Uindictio  
 obseruantia  
 Veritas

ms  
 L  
 c  
 Ind. el.  
 pub

Locus a persona



a qualitate quadam personę rei per obfistentiã ad partes iuris reus defendit: hoc modo. q̄ si etiam ea in iudicium trahi possent: quę nulla lex uetuit: nulla consuetudo deiecit: nec equo & bono reprobãt: tamẽ publice iniurię pictor poenas non dabit. Nam hi uniuersam rem publicam afficere incommodis possunt: qui rem. p. gerũt: ut oratores: legati: imperatores: priuati autem: qđ non gerunt nec bene nec male id gessisse uq̄ credentur. Is locus deficit: quum persona huiusmodi est: ut facile uideatur rem patrasse potuisse: ut si imperator lese maiestatis accusetur. Diffinitio sic ad psonã per obfistentiã refertur: sicut ipsa psona ad iuris partes referebatur: hoc mō. Et si pictor rē. p. uiolare possit: non tamen in pigēdo. Non enim pingere incommodis afficere rem publicam est: sed naues hostibus tradere: moenia deiicere: socios abstrahere: erarium depilare. hi tres loci proximi defensoris sunt: & coniunguntur ut plurimum. Alius enim alium quodammodo confirmant: & primus per inficiationem: ceteri per obfistentiã pferũt. Quare uim recusationis quoniã iudiciũ subire recusant habere uidentur: hoc modo. non oportet causam in iudicio eius rei dicere: quã nulla lex uetuit: nulla prohibet cōsuetudo. Quod si etiam rei n̄ prohibet causam dicere: quum esset pictorem tamen. p. causę n̄ oportet: nec enĩ pictor uq̄ rem. p. ledere posset: quod si posset: nō tamen pingere: rem. p. ledere est: sed hoc: aut illud. Ratiocinatio utrũq̄ colligit: hęc enim quę reus fecit: ita pernitiosa rei. p. dicit: quę admodũ & ea: quę ab ipso reo pernitiosa eẽ cōcedũtur: nec differre affirmabit pigendo: aut hostibus naues tradendo. r. p. ledere. si lex incidit: intentio legislatoris ab utroq̄ ex re sua explanabitur. Ampliatio accusatoris magnũ qđ eẽ cōmissũ ostēdet. Cōparatio q̄ & multo maius: q̄ ea quę dicit hoc eẽ maius esse detrimentũ approbabit rebus necessariis carere: q̄ naues: aut moenia hostibus tradere. Sciendum autem qđ ampliatio & comparatio: per comprehensionem: hoc est ab his: quę ab initio ad finē sunt comprobantur: nam tam persona q̄ re: loco: tempore: modo: causa magis hos locos q̄ ceteros affirmare solemus. Ceteros enim sepe uel una circũstantia stabilire contentamur: hos nisi ius comprehensionis approbauerit meo quidẽ iudicio potius p̄tereundi sunt. Verum quoniam persona: & res maxime continent comprehensionem exemplo demonstramus: quo pacto ampliatio: & comparatio his efferũtur. Ex persona igitur magnam rem factam dicemus qđ pictor unus tam magnam ciuitatem tantis incommodis affecerit: & qđ multo maius est a priuato & pictore ita oppressos esse: qđ ab imperatore: aut aliquo magistratu: quoniam ad perniciem contempti spretiq̄ sumus. ex re magnum esse factũ dicemus: qđ rebus necessariis priuati fame torquemur: & qđ multo maius qđ moenia deiicere: naues hostibus tradere: quę recuperari facile solēt: famem nos n̄ nostra consumit: & ut nosmet hostibus ciuitatem tradamus

rei

a diffinitione

affator

Amplificatio

Comparatio

plerũq̄ cogit. In quibus etiam si ita placuerit coniunctim ad maiorem uehementiam reliquam comprehensionem inferere non incongruum erit: hoc modo. At in qua hęc ciuitate fecit: i q̄ ampla: & q̄ felici & q̄ maiore ac felice ceteris: & quo tempore: & qđ in angustiore cū penuria annonę: & quō: depingēdo: ad portum picta naufragia deferēdo ut quũ ex parua re magna perniciēs sequeretur nos magis doleremus. Sed de his satis. illud non p̄tereũdum puto: qđ hi proximi tres accusatoris loci ad personam & diffinitionem duos defensoris locos opponuntur: & ampliatio quidem ac comparatio comprehensione approbantur. Ratiocinatio uero sola persona & re nititur hoc modo. Nihil differt siue pictor sis: siue imperator dum rem. p. ledas. Item idem eẽ te hostibus ciuitatem tradere: & fame opprimere: quę plerũq̄ homines cogit: ut sese hostibus tradant. Absolutio a partibus iuris capitur: & tribus positis locis maxime oppōit: ut non est maius hoc qđ naues prodere: nec etiã magnum ut singis: hoc enim uatura & lege: & cętera licet illud prohibetur differt tamẽ absolutio a partibus iuris maxie i duobus. Nã absolutio ex partibus iuris. partes iuris aut inter se: aut adductis aliis rationibus approbantur: & partes iuris: quum in principio confirmationis ponantur: in reiectionem iudicii accipiunt: hoc modo nō licet id accusare: qđ nulla lex: nulla consuetudo prohibuit: quod natura p̄bet: omnes factitant. Absolutione autem nō dicemus: nō licere aduersario id accusare: sed eẽ tale negabimus: aut natura: aut lege: aut cōsuetudie: aut equo & bono: aut pacto: aut his omnibus: aut pluribus: quale aduersarius ratiocinatione ampliatio: ac comparatione ostendit: hoc modo. Multum differt hoc ab illis: hoc enim licet: illa uetita sunt. Absolutione inuenta necessario repulsio per obfistentiam quidem semper: per inficiationem uero quũ aut natura: aut lege: aut pacto absolutio nititur: impudentissimum est dicere non licuisse. Sin autem a consuetudine illa confirmatur: poterit repulsio etiam per inficiationem inueniri. Assumptio hic locus eẽ repulsioni oppositus: qui aliquid extra assumendo rem licitam ostendit. Eã quadripartito sicut omnem assumptionem partimur. Est enim omnis assumptio aut concessionis: aut relationis: aut remotionis: aut comparationis. Quare cōsiderandum est: qua ratione assumptio ad absolutam cōstitutionem trahitur: nec negauerim aliquam assumptiue speciẽ omnibus suis locis: qui tamen ab absolutę locis differant. hac in cōstitutione posse inueniri: quod etiam quum de diffinitione diceremus: latius diximus. Ea igitur assumptio huiusmodi est: depingere in portu nauigia p̄ his statui qđ p̄ cupiditate lucri sepe p̄ter tempus nauigare festinant. Quare in pposito themate comparatiōis est. Nam rem talem dicit esse: ut emolumēta ex ea non damnũ ciuitas persequi posset. Non sum

Ratiocinatio

Absolutio ratiocinationi

Repulsio absolutiōis

Assumptio cōi repulsiōis



nescius coniectura quoque propositam causam posse defendi: si diceret non: quonia ille naufragum depinxit: sed alia de causa aut noluisse uenire: aut tardasse nauigantem: sed iam dictum est: quod etiam Cicero sepiissime in uere confirmat: una atque eandem causam multis nonnunquam constitutionibus tractari posse: & ad unam constitutionem alias quoque accedere: quod quum accidit: quid faciendum sit in dispositione dicendum uidetur. Verum ut nullus dubitet aliis quoque tribus modis assumptionem in absoluta inueniri exemplis id explanare non grauabimur. Quidam fortem uirum summum imperatorem liberatorem patrie ut adulterum interfecit: accusatur legem reipublice defendit lege licitum. Assumptio relationis est: iure enim interfectum adulterum dicit. Item soror trium oratorum interfectis curiatis tres fratres ouatis: ac hostium sanguine cruentos uidit: lacrymas effudit. Accusatur quod iniquo animo ferat ciuitatis uictoriam: defendit natura licitum. Assumptio concessionis est: amplius quaedam ciuitas crebro deficiebat eius moenia deiicere imperator persuasit: ceteri deinde socii ab ea ciuitate que reus poterat deficiunt. Impator legem reipublice accersit: defendit lege consuetudine: quo & bono licuisse in contione proponere: quicquid rei publice utile arbitraret: quod socii defecissent se poenas dare non oportere. Assumptio remotionis est: transfert enim culpam ad socios: altera repulsio assumptioni opposita est: si nauigantibus prodesse uolebas alio modo: quo rei. p. non obesses: illis consulere debebas. Vnde manifestum est hanc alteram repulsionem nunquam per infirmitatem: semper per obsequium niti. Concedit enim reus: quod si utilitatem nauigantium fecisset: sed tempus: aut locum aut modum: aut omnino aliquam circumstantiam reprehendit: hanc repulsionem: tanquam altera sequitur absolutio: is locus: quem nos *Γέρον*: latini infinitiue appellare possunt. Ea est huiusmodi: oporteat ne unumquemque ut potest rei. p. pro uirili parte consulere. Cuius affirmatiuam partem hic defensor habebit. Alteram accusator: quamuis nonnunquam parumper eam commutet hoc modo. Nulla oportet in perniciem rei. p. arte uti. Sciendum autem quod semper uterque aduersariorum hac infinitiue uti poterit: si causa dubia est: id est inter honestatem: & turpitudinem media. Nam in re honesta defensoris: in re turpi accusatoris infinitiue uehementior est. Qualitas: & intentio quo considerentur iam dictum est. Absolutiue modos quattuor ponimus. omnis enim absoluta: aut simplex est: aut duplex: rursus simplex: uel propter rem gestam in iudicium uenit: uel propter aliquem euentum: qui rem gestam consecutus est. duplex uero aut per coniunctionem aut per diuisionem fieri solet. nonnulli plures absolutiue modos arbitrati sunt: sed omnes ad hos reduci manifestum est. Quare pretermittendi omnino uisi sunt: frustra enim in hac dicendi ac inueniendi preceptione dicuntur: que solum numerum faciunt. Ceterum ad dicendum nihil amplius afferunt. Quod

Assumptio

Assumptio relationis

Assumptio Concessionis

A. Remotionis

Γέρον

Absolute. 4. modi

uero hi quattuor modi necessario a nobis positi sunt exemplis melius perspicitur. Simplex que ex re gesta in iudicium uenit huiusmodi est. C. popilius quam a gallis obsideret: uenit cum hostium ducibus in colloquutionem ita discessit ut exercitum educeret: impedimenta amitteret. postea hanc totam rem in anulis & poculis celauit. Accusatur quod aduersitate rei. p. gaudeat. huiusmodi simplex absoluta incidentibus locis: quos exposuimus arguetur. Altera fuit: que ab euentu: qui rem gestam consecutus est: in iudicium uenit: In qua si quod consecutum dicitur: non eadem ratione euenisse probabile sit: coniecturalis accedit: quale illud fuit pictoris: sin res gesta huiusmodi est: ut plane possit dici: nisi id fecisses: hoc non accidisset. locus concessionis omnino incidit: ut in hoc exemplo. Philippus atheniensibus optionem dedit: ut uel duo milia captiuorum: uel mille: qui in proelio ceciderunt acciperent: persuasit demosthenes mortuos accipere: captiui a philippo interficiuntur: accusatur legem reipublice: huiusmodi absoluta recusationem habet perfectam: quam si placebit partibus iuris personarum: ac diffinitione conueni-gemus: meo autem iudicio post comparationem collocabimus: ea est huiusmodi: non potes me huius rei accusare: quid enim accusas? Vt quod postea consecutum est: sed non oportet eius rei poenas pendere: que ab aliis gesta est: non si familiares: non si propinqui: non si fratres essent qui gesserunt. an fortassis accusas: que in contione populo consului: at tunc uel si contra dixisti iudicio populi repulsus: nunc non me solum: Vt uniuersum populum accusas: uel si non contra dixisti: aut habebas optimum quid dicere: quod conticuisti: & tu potius huius mali causa quam ego esse uideris: aut nil aliud dicere habebas: & hoc ipso ignorantie futurorum crimine: quo me accusas similiter accusandus es: sed hec longius iam processerunt quam oporteat. Nam hoc libro locos solum inuentionis: non quid ab uno quoque loco inuenire possumus: docere propositum est: & enim omnia querere: que dici possunt: quam arte doceas stultum mihi uidetur: quare ad propositum redeamus. In huiusmodi ergo absoluta possumus etiam assumptione concessionis optime uti: hoc modo. si nullus unquam hominum futura sciuit: quare si hac natura hominum ego etiam futurorum euentum ignorauit reprehendendus non sum. hec assumptio in hoc maxime ab ea: que ferme semper incidit differre uidetur: quod illa ad rem: quam reus fecit: hec ad id quod consecutum est commode refertur. Duplex absoluta per coniunctionem fit: quum duo crimina inter se ita coniuncta afferuntur: ut alterum ab altero separatim crimen non sit: & tamen utrumque cum altero culpabile uideatur: hoc pacto. quidam in contione omnibus semper contradicit: ipse quid fieri sentiat nunquam dicit: is legem reipublice accersit. hic duas esse absolutas nemini dubium. Licet enim unicuique dicere que uelit in contione. Item silere licet. huiusmodi absolute illud maxime proprium est: quod accusator utrumque coniunget. Nam si seperabit nihil unquam confirmare poterit defensor: quoniam

Simplex

Duplex



unaqueque res ab altera semota nullam habet culpam separabit. Et quæ admodum accusator neutrum per se: sed coniuncti ambo considerat: sic defensor alterum ab altero diuisum tractabit: duplex absoluta per diuisio nem fit: quum duo huiusmodi crimina causæ sunt: ut etiam utrumque per se crimen uideatur: hoc modo. Crebro quidam quas habuit uxores expellebat: ac non solum denuo alias ducebat: sed etiam adoptione sibi filios multos comparabat. Accusatur turpis uita: defendit licere diuortio dimittere uxorem: aliam ducere: ac filios quoscunque uelit adoptione asciscere. hic sciendum est duplices nos eas appellare causas: quæ simplices non sunt. Si etiam ampliores quam duæ quæstiones in ea inuenirentur. huiusmodi absoluta a superiore differt: quoniam unumquodque per se uenire in iudicium potest. Quare tam ab accusatore quam a defensore separatim hæc omnia orari possunt. Quamuis uehementior sit accusatio: si quæ admodum in superiore coniunctum agentur omnia: non dico ut in coniecturali duplici sit. unum prius ab aliquo loco: deinde alterum confirmetur antequam ad alium locum transeamus: sed quum ab aliquo loco propositiones trahis: eas ad omnia: quæ incidunt crimina simul accommodabis. Ut uerbi gratia: si ampliatione magnam rem ostendere uelis summe illum rem publicam offendere dices: qui oratione sua populo persuadet ne quid earum rerum fiat: quas alii fieri oportere aiunt: quum quid faciendum sit nullo modo aperiat. Deinde a circumstantiis ad hoc confirmandum inuenies rationes: ut in tertio libro dicemus: qui putant alios quoque modos absolute inueniri: id maxime a superioribus differre arbitrantur. Quidam se inuicem adulterii accusabant: inter moras iudicii dimittere accusationem: & uxores commutare placuit. Accusantur turpis uitæ. hic duæ personæ sunt: quæ in iudicium trahuntur: & ab utraque quadrupliciter absoluta sumitur: hoc modo. Accusare aliquem licet: dimittere accusationem nullus prohibet: diuortio a se uxorem separare ne mo uetatur. Aliam etiam ducere licet: quæ quis ita sint: tamen quoniam a superioribus & agenda & dicenda causæ huius artificium facile intelligitur: hos absolute modos: qui ad dicendum necessarii non sunt: omnes silentio tradere utilius uisum est. Nunc de iuridicali assumptione dicemus. *Cap. De iuridicali assumptione Constitutionis locus*  
Quoniam iuridicali assumptionis constitutionis species: quæ quattuor esse in primo libro declarauimus eisdem fere locis pertractant: ne longiores quam opus sit esse uideamur: simul de omnibus dicemus. Omnes igitur his locis absolui solent: expositione: diffinitione: nonnunquam his quæ sequuntur diffinitionem usque ad comparisonem: intentione: ipsa assumptione: quæ locus quoniam causam denominat totam quæstionem continet: ac ideo causam: aut cooperationis: aut remotiois: aut relationis: aut concessiois appellamur.

Item intentione: repulsione: compatione: diffinitione uolenta: infinitione altera repulsione: absolute: qualitate: intentione. Expositio eorum quæ facta sunt: breuis cum applicatione: quæ modica: hoc modo. Arma: equos: ceteraque militaria instrumenta hostibus tradidisti: R. pu. legisti. Item in concessione insepultos homines: qui uitam. r. pu. condonauerat dimisisti: effecisti ne alii pro. r. p. mori uelint. Quare. r. p. legisti: & similiter in aliis his diffinitione similiter: ac in absoluta utemur: deinde ceteris quæ diffinitionem sequi usque ad cooperationem diximus: hoc modo. Non est legere. r. p. exercitum seruare: ac milites e magno periculo incolumes omnes educere. Item contrario: quippe hoc est legere. r. p. Arma hostibus tradere: equos amittere: infirmos milites ac sub iugum missos educere. Item in remotioe indebitam legationem non perficere: hoc est rem. pub. legere. Defensor si oppositam diffinitionem afferre non possit: non hoc dicet: sed detrimento afficere: exercitum perdere: moenia deiicere. In concessione negabit peccatum esse commissum imprudentia: aut necessitate. Item in relatione: hoc est parricidium consulto indemnata matrem occidisse. Item e contrario: non est parricidium adulteram: ac patris interfetricem occidere. Nam cum res patrata duplex esse uidetur: quod cooperationi ac relationi criminis accidit utrumque a factis describendum quis non uiderit? Rociatio semper accusatoris est: & utraque diffinitionem ita colligit: ut non differre hoc ab illo: sed idem contendat. Cautè tamè in cooperatione agendum est: ne dicas idem esse incolumes milites educere: & arma hostibus tradere sed potius tam hoc: quam illud legem. r. p. appellabis. Tractatio. n. locorum in dicendo paruaque imutatio a deo necessaria est: ut nonnunquam quom eundem locum tractemus: tamen alio modo tractationis nunc aduersarium uehementer percutiamus: modo nesimet ipsos causamque nostram subuertam. Quare hoc uel sepius admonendum parua commutatione tum propositionis tum etiam rationum quæ ad propositionem afferuntur sepius totum locum aut utilem: aut non solum inutilem: uerum etiam perniciosum nobis fieri: si lex profertur. Intentio legislatoris ad comoditatem utriusque poterit explanari. Ampliatio magnum esse commissum: exercitum nudum reuersum infamem: qui uibil amplius ad prelia ualeat: aut uires. r. p. arma & equos tradita esse. Item ingentem rem esse commissam: contemptum esse populum: qui ad decimum diem exire iusserat sprete leges: euersam consuetudinem bonam legationis occasionem: commodumque tempus amissum. Item magnum esse facinus parricidium: & maioribus semper maxime fuisse curam: ne quis unquam parricidia impunitus euaderet: ne deorum iram quæ parricidis debetur in se conuerterent: & utetur comprehensione: cui intentionem opponeret defensor: quæ si hi loci non incidunt: post expositionem comprehensionem locabimus: hoc modo. Modestus: ac fortis uir filium quæ pudicitiam perdidit & interfecit. Hic quoniam diffinitio non incidit post expositionem: accusator ex

*Amphiatro*

*Comphensio*



Assumptio

Milom's ex

Repulsio

cōprehensione multa adduc&: defensor cōprehensionē intentionē oppo-  
 net: quod nō solum si interfecerit cōsiderandum est: sed qua intentione:  
 quo animo: qua uoluntate: & q̄ inuitus uitiiis suis coactus: & ueniet ad  
 assumptionem quę hic relationis est: iure. n. interfectum pudicitię suę  
 corruptorem dic&: q̄ tantum degenerass& q̄ dedecori ess& suis: &  
 utetur loco comūi contra eum qui pudicitia suam prodidit. In omnib⁹  
 enī assumptiuis assumptio: quę spēm assumptiue declarat: aut per locū  
 communē: aut per infinitionem plerūq; absoluitur. Poterit autē & assūp-  
 tione comperationis uti: q̄ eū mori multo honestius ac utilius ess&: nō  
 solum sibi patri: sed etiā ipsi filio: q̄ corrupta pudicitia uiuere. Nā assūp-  
 tiue ut plurimum inter se ita coniūguntur: ut facile una cum alia: & oēs  
 nōnunq; simul inueiantur: quod ut clarius fiat Alia quoq; congeramus  
 exempla: Milo clodium qui rē. pub. uexabat: interfecit. relatio: iure inter-  
 fectum uexatorem patrię. Cōperatio: utiliore morte eius. r. pub. q̄ uitā  
 fuisse. Item plebiscitum iub& ne inem urbis portas nocte aperire a per-  
 sequentibus hostibus cęsi ad unum sunt omēs: reōtio criminis in plebis-  
 citum. Comperatio: melius fuisse: simul enī hostes ingressi fuissent: con-  
 cessione: ignorabam eos perituros. Relatio: merito sibi accidisse: q̄ ita ma-  
 le in proelio pugnassent: ut uiui caperentur. Semper ergo querendū ē:  
 una ne aut plures assumptiue species incidūt. Nam magni iter est: una:  
 an pluribus relatiōibus quicq; infirmetur. Vex qm̄ perutile ad dicēdū  
 est principalem in his cognoscere: nūc quidem id ne longiores sim⁹  
 pretermittere cōstituiamus. In quarto uero libro: qm̄ ad dispositionē p-  
 tin&: diligentius declarabimus. Id autē etiā medię cōmendādum puto:  
 quod assumptiuis multo facilius cęterę q̄ assumptiue illis immiscent̄:  
 Quare cum ad confirmandum tū maxie ad soluēdum unūquęq; locum  
 diligenter cōsiderabimus: si quid ab aliis constitutionibus: & a cōiectu-  
 rali maxime incidere uidetur. Altera intentio accusatoris ē: locus defen-  
 soris intentioni oppositus: quod nō ppter hoc quod dicit: sed propter  
 aliud fecit: quod qm̄ multis & firmis cōiecturis poterit cōprobabit. Nam  
 id uniuersaliter in omnibus iam dictum uelim: intētionē eius: qui fecit  
 semper cōiectura queri: & si bona sunt: quę a reo facta dicūtur: sic accu-  
 satori ad intentionē eius cōfugiendum esse q̄admodum si mala uident̄  
 quę defendimus intentionem spectari oportere demonstremus: quam  
 coniecturę locis: ut diximus: probam fuisse aperiemus. Repulsio assūp-  
 tioni opposita est. Nam omnis assumptio repulsione soluitur: & aut p  
 infinitionem: ut diximus: aut per obsistentiam tractatur. per infiniōis  
 quum eā rem omnino negamus quam defensor p assumptionē adduxit:  
 hoc modo. At nullam ignominiam tibi adducebat: aut non abs te oīo  
 degenerauit. per obsistentiam: & si degenerauit: alio modo ignominia  
 repellēda erat: castigatio: exilio: abdicatione. Item i comparatione at

inutile omnino fuit: arma & equos: cęteraq; ipediēta hostibus tradere:  
 & si utile: attamen non ita foedus fieri oportebat: ut exercitus sub iugū  
 missus magnā romano imperio contraher& ignominiam: hęc locis uti-  
 litatis: ac honestatis: de quibus in quarto libro dicemus confirmabūt̄.  
 Quare inde quę causę commoda uidebuntur diligenter trabemus. Si  
 necessitudie quapiam: aut ignorātia ueniam querimus similiter: aut per  
 inficiationem negabimus id causę fuisse: aut per obsistentiam dicemus  
 ignosci non conueire: uel quia non sit data opera ut sciretur: & consilio  
 in necessitudie uenerit: uel quia potuit illa uis omnino euitari: aut dimi-  
 nui ratione: aut tantā non fuisse: aut culpa sua eueisse: & si quę similia  
 sunt. In remotione criminis similiter: aut non uere crimen remoueri: & si  
 uere non equo & bono: non ex utilitate. rei pu. non ex consuetudine: &  
 quę huiusmodi sunt. Preterea consulto eū fecisse: quod si uoluiss& añq;  
 dies legationis transacti essent: ad maiores magistratus quęstores ap-  
 pellass&. Comperatione uterq; utetur: & accusator multo maius dic&  
 hoc quod reus cōmisit: q̄ illud in quo filium criatur deliquisse: defēsor  
 econtra in comperatione criminis Vtrum utilius conducibilius honesti-  
 tiusq; fuisse contendetur. In concessione uis necessitatis: ac imprudentię  
 facto comperabitur: & dicetur tantā rem: tam perniciosam: ac tā tetrā  
 atq; tyrannicā: uel si moriendum eēt nō suscipiendā fuisse. In reōtioe autē  
 criminis: similiter accusator culpam & crimen aug&: quod a reo assuitur  
 extenuabit: defensor econtra culpā diminuet: assūptionis uē aplificabit.  
 Is locus in quo ab ampliacione differat manifestum est: ibi enī magnū  
 esse commissum ostendimus sine collatione. Hic eius quod assumitur:  
 & criminis comperationem peragimus. Ab ea uero comperatione quę  
 post ampliacionem in diffinitiuā iueitur: quam & in assumptiuis inci-  
 dere posse non negamus: hęc comperationem separamus: quod ibi nō  
 criminis: & assumptionis collatio fit: sed diffinitiois & rei. Violēta dif-  
 finitione similiter ambo utentur: quę qm̄ nō ita aperte in propositam  
 icidit relationem: alio declaretur exemplo. Obsidione simul ac fame ci-  
 uitas laborabat. Imperator Senatui persuadere conatus armis hostes  
 expellendos nō persuasit: nocte clam eam partem muroꝝ deiecit: quā  
 miūs hostes obseruabant: confligit cum hostibus: reportauit uictoriam  
 accusatur lęq; re. pu. Violēta diffinitio: non est uictoria hoc: sed totius  
 ciuitatis captiuitas atq; subuersio. Iacēt. n. moenia: ūdiq; hostes irruere  
 possunt. Itē econtrario non est hoc deicere moenia: sed deiecta erigere  
 & firmiter munire. Hostes enim uicti expulsiq; sunt: ciuitas obsidione:  
 ac fame liberata. Ex hoc pat& uolentam diffinitionem ideo appellari:  
 quod uim uiolationis habere: aut q̄ ui orationis ipsam naturam rei re-  
 torquere uidea tur. Nam aut id quod factū est: aut id quod cōsecutum  
 esse conceditur: i oppositā partē retrahitur. Quare quoniā maximam

Compone

Diffinitioe uiolenta



uim huic loco in esse arbitramur: & diligenter querendum censemus: & quum inueitur uehementi orationis genere pertractandum. Vex si non ita accidit: ut oppositum inferre possimus: non inutile erit disputatum: aut dissimile inferre hoc modo. Non est parricidium hoc: sed adulterii euersio: domus agamēnoniacę restitutio ac reparatio. Itē non est dedecus: aut cōtēptus militū: q. p. r. p. ceciderunt: eos tēpe tēpestatis in sepultos reliquere sed hoc ē uiuos milites nō sepelire: eos in columnas. r. p. conseruare. Nō .n. erat dubiū si cadauera militū sepelire uoluisset: qui uiuos milites obruisset. Itē nō est hoc nō proficisci. Nā si absq; his rebus: qbus legatio: & cōfici & decorari solet: profectus essem: ut aduersarius uult: quoniam illa legatio fuisse: omnes uidetis. Verum id quoq; silentio pretereundum non puto: q; uiolenta diffinitio in comperatione crinis semper iuenit: & quum oppositum inferat fortassis rectam eā noīare non incongruū eēt. Quod etiā ut plurimum in remotione accidere solent. In concessione uero ac relatione quum iuenitur: non recta: sed obliqua fere sep: quam πλάγιαν dicimus repetitur: non enim recte oppositum: sed dissimile aut disparatum: ut dictum est: & exemplo demonstratum inferri potest. In finitio: oportet & impatorem omni modo quo potest ciuitati consulere & parum nonnunq; officere: ut multum prodesse possit. Item e contrario non oportet & impatorem sine consilio senatus quicq; agere: prefertim cū multum res officiat: parum proficit: qua tūc utēdum quum oppositū in finitioni locus partibus iuris nequaq; a natura in finitōis remotis nō corroboratur. Item oportet & ulcisci parentem. Item oportebat saluti uiuorum consulere: uel necessitati nullā poenam: Ignorātię paratam ueniam esse oportere. Altera repulsio rursus accusatoris est: quę per obfistentiā: non ad omnē circūstantiam: sed ad personam fertur hoc modo: Attamē nō tua: sed alioꝝ iudicandi potestas fuit: quod omnibus assumptiuis pro re accommodabimus. Seātus. n. aut populi iudicium: cui solum attributa potestas est: uel de pace: uel de bello arripuisti: aut sine legatoꝝ ac tribunorum uel militum consensu contra mores maioꝝ tuo solū cōsilio usus fuisti. Item quū pecunias a quęstore nō acceperis: decreuisti nō proficisci: quum potestas huiusmodi decreti senatus: aut populi sit: uel sic oportebat tamen te: q; pecunias non acceperis rem claram Senatui facere: & similiter paucis pro re cōmutatis in aliis. Absolutio repulsiōi opposita est: ac ideo ad eādem hic personam necessario referri solet: hoc modo: Imperatori exercitui cōsulere. Ea enī conditione milites ei traditi sunt: ut quoad possit: sibi ac uitę suę provideat. Item patri licet cōsulere filio: & si dignum morte inueiat suo iudicio eum condēnare licet. Itē licet imperatori: quod sibi melius ac utilius re. pu. uideat facere: tēpestatē huiusmodi fuisse: ut si in sepelēdis mortuis occupatus esset: de salute militū dubitandum eēt. Vex hoc modo: absolutiōem proponere poterimus:

In concessione  
In relatione

πλάγιαν

quum dignitas personę: ac auctoritas facit: ut ei licere res uideatur. Nā cum auctoritas personę hęc nobis potestatem non prebet & callide ut res patitur inueitur absolutio. Non enī aperte dicemus Oresti licuisse matrem interficere: sed quoniā aut propter potētiā ipsius Clytemnestrę: aut propter Aegisthi amicitias: aut q; tempus nō postulabat: aut propter aliquid huius inutile fuisse: eam in iudiciū accersire: propter hęc omnia dicemus licuisse: qm nō poterat rē in iudiciū afferre. Id tamē sciendum naturā huius esse absolutiōis auctoritati rem attribuere: quod cū fieri nō potest propter rei magnitudinē: aut aduersariōꝝ crudelitatem: aut tempus: locum: modum licuisse afferemus: cuius rei copiam non solum hic & ubiq; a sequentibus locis plerūq; inueniemus: neq; enī absq; rōne coniunctiōis: quę similitudine: ac propinquitate conficitur: Loci nobis dispositi sunt. Sed ne quis putet non uidere nos huius causę absolutiōis quoniā propinquam in rem traximus. Illam quoq; qua breuiter exponamus: ut nec hoc tacere: & illud significare uoluisset uideamur. Licuit ergo mihi Orestes dicere soli agamēnonis filio: & regni hęredi iudicium de adultera: & cęde agamēnonia facere: hic etiā illud diuinum dicam: si sequentes loci aut is ipse quo aduersarius utitur si communis est: mīme nos iuuat: eo confugiendum: unde locus noīatur: nam idcirco locorum plurimos a constitutiōibus noīauimus: ut uel uno uerbo & quid incidere possit: et quid si propria deesset facere oportet: ostenderemus: ex obfistentia: ergo absolutiōis absolutiōem oppugnabimus: ex iure hic gentium per uolentiā obfistentię respōdebis: huic ius naturę opponetur: ac demum comperatio partium iuris sequi poterit hoc modo. sed nō auctē hęreditatem adires: at defuncto patre filius paternarū rerum omnium ius tenet: & qui hęreditatem regni iure habet: is rex est iure quāuis rem non teneat: mihi ne rem tenerē nihil preter Clytēnestram obstabat. At mater erat: & illud tibi consuetudo quędam concedebat: ab hoc natura deterrebat: cui potius parendum: aut non tamē proprium dolorē maū propria ulcisci debebas. At iudex unusquisq; suę iniurię est: si in aliorū iudicium respicere non potest: sed non in parentē: at ius necessitudine potius. Vnde & scelerati parentes bonis odio: nihil. n. uirtute homini coniunctius: a qua qui discedunt alieni putandi: hęc diximus non ut omnia inuenisse uideamur: multa enī pretermissa sūt. Vex ut rem subapiam quę illi soli clare patebit: qui cōmunia & differētia optime tenebit. Qualitas & intentio locis cōmunibus coniūgentur. Nam accusator in his causis loco cōmuni utetur contra eum: qui inutile utili preposuerit: cum statuendi non habuerit potestatem. Item in relatione cōtra eum: q; plus uoluit uim: aut iudicium suū constitutis iudiciis ualere. In concessione contra eum: qui plus ignorātiā suā legibus antecellere uelit. In reōtiōe contra eum: qui cum peccasse confiteatur tamen se aliorum culpa uelit

Cur loci a constitutiōibus  
nominantur.

De qualitate. et in



defendere. hęc diximus: ut non oñderemus diuerfos in assumptiuis com-  
 munes locos iueniri: uey ut rem exēplis clariorem redderemus. Nam  
 citius unusquisq; bis ita dictis uidere poterit: unū his omībus ut cętera  
 omnia pręter assumptionē quę ab ea resumitur: quę diuerfas assūptiue  
 species constituit communē locū paucis pro re mutatis accommodari:  
 quibus locis cōmunibus: quū in qualitatem propriam trahuntur: itēti-  
 onem quoq; propriā cōiungemus: & ex congerie incommodoz: quę cri-  
 men suum cōsequi dicimus: cum amplificatione ita ipsos facere uoluisse  
 dicemus: ut hęc conseruentur: quod item amplificādo a qualitate ppria  
 rei: hoc est a uita sua probabilius faciemus: nam ubiq; hęc qualitas psonę  
 de qua dicimus intētionem probat: & abo hi loci cōmunibus iūguntur:  
 & quum unus alter exaugeat: per cōmunes locos latissime āplificātur.  
 Defensoris locus cōmunis contra eum: qui censeat rem pnciosam utili  
 pręponi: ac in aliis similiter paucis uerbis proire ut dictū est cōmutatis  
 id tamē sciendum ita in remotione defensorē indignatione magis per  
 locum communē uti posse: q; culpa alioz in iudiciū: ac in poenā iniuste  
Simplex conclusio est argumētatio: ex qua ex eo quod añcedit: aliquid cōsequi necesse est: hoc modo. Si hōinem hoc tempore in prouicia constat occisum: quo iste hic nobiscum erat: relinquatur necessario ab hoc nō esse occisum. Simplex conclusio duobus modis infirmabitur: aut enī id quod antecedit: negabitur: aut eo concessio consecutio sibi non coherere dicetur negatur quod añcedit: si superiore i exemplo dicat aduersarius eum hic nobiscum nō fuisse. cōsecutio necessario nō coher&: hoc modo. Si mater est: diligit filium: at medea dic& aduersarius filiū iterfecit. Quare oportet & id quod añcedit uerum esse: & conclusionem necessariam ad illud cōsecutionem habere. non ignoro plura: & subtiliora posse ad hęc rē pręcipi si quis ex dialectica ad hanc dicēdi facultatem pręcepta transferre uell& Verum q̄tum ad oratoris usum pertinet: his quę dicta sunt cōtentos eē oportebit. Cętera ex topicorum doctrina transferre licebit. Verum hos tres argumētationis modos: quorū unus biptita diuisione: alter partium enumeratione absoluta: tertius ex eo quod uere añcedit cōsecutionem inferunt: non facile reprehendi posse opinamur: si recte confecti sūt. q̄re quum eorū quę dicimus: nōnulla ita ut dicūtur esse necesse sit: multa probabilia uideantur: quęcūq; in necessaria demōstratione uersantur: aliquo istorum generum potissimū absoluemus. quę probabilia uidentur: reliqs argumētationis generibus exornabimus: quod tamē nunq̄ contrafactū a clarissimis oratoribus inueniri confiteor. Nam quęadmodum his tribus generibus: quę in necessariis uersantur: deprauate: hoc ē ut clarius gręce loquamur sophistice in pbabilibus nōnunq̄ utuntur: ut quum de cōplexione docebamur latius dictum est: sic etiā quis raro necessarias rationes aliis q̄ his quę prędiximus argumētationis generibus ab oratoribus trahari uidebis: quod tm sine ratione fieri nō arbitror. Nam & res nōnunq̄ deo late diffusa est: ut breuiter ad superiora genera colligi non possit:

Infirmitas ei

& auditores huiusmodi: ut parum profit ita dicere: ut res expostulat. nō enī ut cęterę facultates: hęc diuina dicendi copia rem simplicem solum considerat: Sed hoc suum est: ut una cū re locorum: temporū: personarū: non paruā habeat diligentiam. Is enī bñdicit: qui non ut res solum: qua deagitur: Verum ut res cęteris annexa circumstantiis simul expostulat: omnia complectitur. sed de his hactenus: nec enī ad hoc ppositum: sed ad grauitatem dicendi pertinet: nūc de reliquis agamus.

Subiectio

Subiectio est argumētatio: in qua quęrimus quid pro aduersario: aut cōtra nos dici possit: deinde per singulas interrogationes propere subiici rōnem: qua id: quod dictum est: non ita esse oñdimus: hoc modo. quęro igitur unde iste ex tenui tam pecuniosus factus est. patrimoniū sibi aplū relictum est? At patris bona uenierūt: hęreditas aliqua eueit: at ab oib; suis exhęreditatus est. ex mercatura quam agere constituit: quęstū maximum consecutus est? At ex ea re: ea etiā quę habere uidebatur: omnino amisit: quare si his honestis rationibus locupletatus non est: relinquatur eum unde non oportuit surripuisse. Is dicendi modus: quādo necessariā imitatur rōnem. uehemēter enumerationi similis est. Nam hic facile oibus quę interrogatione dicta sunt simul prolatis: deide ablati cęteris: Si postremum reliqueris: enumerationē conficies: hoc modo. qm̄ ex tenui pecuniosus factus es: necesse ē ut aut ali quod patrimonium tibi relictū sit: aut hęreditas aliqua euenierit: aut ex mercatura ingentē quęstū consecutus sis: Aut unde non oportuit surripueris. patrimonium nullū habuisti: a necessariis oibus exhęreditatus es: ex mercatura multa damna perpeffus es. Ergo uide non oportuit surripuisti. quare imitatur quidē enumerationem: non tamē necessario: ut illa rem non aliter esse arguit: nisi ea quę melius enumeratione dicerentur: subiectione expedirentur. q̄re non dicendi quodam genere solū hanc ab illa differre arbitramur: Verū etiam q̄ enumeratio semp si bñfit necessariam conficit conclusionē: hęc nō semper: pręterea illam: nisi res patiat: ut rationes omnes quibus refieri possit: facile cōphendas: nunq̄ uere conficies. hęc: si solum hęc: quę ad rem pertinet tollas: interrogando cōmode pronuntiabis: hoc modo. quum tanta multitudie numidarum circumdatus essem: quid me facere oportuit: dimicare? At cum parua manu prodiremus: uirtuti militū confidere? At locorum angustię ab hostibus occupatę uti uirtute milites nō sinebant: sedere in castris: ac exercitus siti: & fame cōficiēbatur: castra relinquere? at obsidebar: uitam militum negligere? at id magno detrimēto reipub. futurum existimabam: iugurtę conditiones repudiare? at aliter salutē dare militibus non poteram. perutilis hic ē dicēdi modus: Nā cū locorum: temporū: rerūq; rationes: & causas omēs añ oculos ponat: facit nōnunq̄ ut etiam quę probabilia sunt necessaria esse uideantur. Quare ille sors oīum dicēdi generū Cicero & frequēter hoc utitur: & postrema

Inter enumerationē & subiectionem sūg.



Cicero p. p. Quinto

duas interrogationes non uic per complexione complectitur. ut pro. P. qui  
tio: appellandi tempus non erat: at tecum plus animum uixit. in gallia agi  
non potuit: at & in prouicia ius dicebatur: & romae iudicia fiebant. Restat  
ut aut summa negligentia tibi obstiterit: aut inuita liberalitas. si negligē  
tiam dices: mirabimur: si liberalitatem: ridebimus. Sequebatur enim si p  
subiectionem dicere uoluisset: negligentia tibi obstet. At mirum erit si  
te unquam in exquirendis pecuniis dices fuisse negligentem. liberalitas ipe  
dimēto fuit. At ridiculum est te liberalem nunc dicere: qui semper auare  
uixisti. uerū ut uehemētor simul ac uelocior esset oratio subiectionis ul  
timas istas duas partes in complexione conuertit: quod non in his solum  
uerum etiam in aliis fere omnibus tum uehemētiq: tum ut se citius orō  
expediat: tum ut uarie dicat: tum suauitatis: tum grauitatis ornatuq: cau  
sa: tū etiā ut iudices excitet & diuinitus solat facere Cicero. Sed de his alias  
Subiectio duobus modis reprehendi potest: aut quā aliquid p̄termittū  
esse dicitur: aut quum unum eorum satius facere fuisse confirmamus.

Subiectionis Infirmatio

Summissio est argumentatio. in qua nos metip̄i a nobis petimus rōnē  
quare quidq: dicamus. quod genus cōmode conficietur si crebro unius  
cuiusq: rationis rōnem petamus: hoc modo. Athenienses magnā philo  
sophiæ opam dare uoluerūt. quare sic? qm̄ recte intellexerūt liberales ar  
tes summe oīum appetendas esse. cur ita? quoniā per eas ii efficiuntur ut  
q̄to natura hoīnis aimātibus excellit: tanto nos indoctis hominibus añ  
cellamus. quare hoc? quia ingenium nostrum nisi arte doctriāq: excolat  
rude ac omnino sui ipsius dissimile est. quare sui dissimile? Quoniā cum  
eruditus sis: natura ingenii multo acutior est q̄ esset: si omni eruditione  
carere uoluisset: unde hoc? quia principia quēdam quasi seīna natura no  
bis imposuit: quę nisi cura: studio: labore: ac uigilantia germinare feceris:  
parum ingenii bonitate frueris: mirum quod sic natura factum sit. recte  
factum inq: quāobrem? quoniā uoluit nos non ut beluas sine labore per  
fici: sed industria: & opera nostra ęternitatem mereri. hęc argumentatio:  
& auditores facile assentire facit: quū nihil in ea dicatur cuius rationem  
non subiiciamus: & festiuitatis crebra tum interrogatione: tum rñsione  
habet plurimum. Quare illis superioribus quū exulcitare auditores: aut  
quum uehementius dicere uolumus: hac cū festiua attentione op̄ sit di  
ligenter utemur. Inuenitur tamē & duabus interrogationibus absoluta:  
ut Cicero pro. P. quītio: non fuit causa cur postulares: qui hoc itelligi pōt?  
quia sex. neuio neq: ex societatis rōne: neq: priuatim quicq: debuit quīti?  
quis huic rei testis est? idem qui acerrimus aduersarius. Summissio rep̄  
hendetur: si una pluresue rationes infirmabūtur. Vex si statim ea ratio  
quę primo loco exposita est: aut improbatur: aut omnino uera eē negat.  
nil aliud amplius quęrendū est. q̄ si aliqua de his quę postremum locum  
obtinēt refutatur: facile cęteras si opus fuerit usq: ad propositionē ip̄am

Cicero p. p. Quinto

Summissiois Infirmatio

Summissio

regrediendo infirmabis. ¶ Oppositio est argum̄tatio: in qua ex oppoito  
propositionis ad ipsam propositionem reuertimur: hoc pacto. quoniam  
dies est: oportet & operari. hoc iam propositum est. huius oppositū deide  
capiatur: hoc modo. Nā si nox esset: quiescere oportet &. deide p̄positū  
inferatur. Nunc aut quū dies sit operari oportet &. cuius exemplum etiā ī  
ciuili causa hoc sit. oportet & nouo exemplo contra cimbro. C. mariū im  
perium continuare. Nam si pax esset: et nullus uos ad nouas excogitati  
ones cogeret: liceret autē oīa nobis facere quę uolumus: nūq̄ ego uobis  
innouādum quirites aliquid dicerem contra exempla: atq: instituta ma  
iorum. Contentus enī essem iis moribus: iis legibus: eaq: consuetudine  
quę uobis a patribus nostris tradita est. nūc aut quum bellum acerrimū  
sit: & hostes italiam deuasent: quotidieq: propius ueniant: ac urbi iam  
iminere uideant: iis qui omnibus imperatoribus aŋcedit. C. Marius: uel  
contra instituta ciuitatis (silenti enim leges inter arma) ut nos liberet nouo  
quodam exemplo hoc etiā anno consulatum: ac imperiū contra cimbro  
accipiat. hęc oppositio inter alios modos argumentationis perutilis est:  
Nam tum acrimonię: tum ornatus: & dignitatis habet plurimū. multis  
etiā modis tractatur: nō solum enim productione spiritus: ut ī hoc quod  
exposuimus: sed circuitu: & omnibus fere dicendi modis p̄fertur: circuitu  
ut in proposito exēplo consistamus: hoc modo. Et enī quę nūq̄ facerem?  
si pax esset: hęc nobis quum bellum sit: necessaria suscipienda uidentur.  
Oppositio a simplici conclusione differt: quoniā in simplici conclusione  
res solę: quę p̄termitti nō possunt: proferri solēt. in oppositione maxie  
ea quę per productionem spiritus: quā nos πνεῦμα nominamus dicit  
plures semper tum grauitatis: tum suauitatis causa: quę in simplici con  
clusionē ponēde non sunt propositiones accipiuntur: hoc modo. Si ego eo  
tempore: quo me hoīnem hic occidisse dicitis in prouicia fui: relinquitur  
hominē eum a me occidi non potuisse. hęc simplex conclusio est: quę fiet  
oppositio hoc modo: si ego hic essem eo tempore: quo occisum hoīnem  
esse constat: fortassis iudices illum a me occisum suspicarentur. Nūc aut  
quū eo tēpore ī prouicia fueri: nihil ē iudices quo a me occisum hoīnē sus  
picari possitis. hoc iam ab illo superiore plurimū differt. Quare quum  
diuerso tractentur modo: diuersos modos etiā argum̄tatiōis hos dicere  
placuit: p̄sertim quia multo clarius ad p̄cipiēdum sit oppositio a sim  
plici conclusione separe: quāuis etiā in hoc differant q̄ simplex cōclusio  
etiā per contrarium infertur: hoc modo. qui sibi ipsi nunq̄ profuit: eum  
quomō aliis profuturū speres? Sed ex hoc oppositionē facies: si duo mem  
bra sibi addideris: quare patet illā bimēbrem: hęc si productione spiritus  
cōficitur quadrimēbrem eē: quę uero per circuitum profertur oppositio  
nō facile uidetur: in quo a simplici distat cōclusio: quę circuitu pronū  
tiet: nisi q̄ uehemētor simplex conclusio est. Exornatior oppositio: &

Oppositio

Inter oppositioē & sim  
conclusionē dicitur

πνεῦμα



hęc latius pat& illa tum constat: quum ex eo quod dictum est: aliquid conficitur. si quis tamen nihil putabit differre: ac pēnitus oppositionem simplicem conclusionem esse arbitrabitur. Ego de noīne nō disputo: dū tractatio ut facilius hęc cōficere possis diuersa intelligatur. Pręterea non ignoro multos hęc de quibus dicimus in numero exornationū ponēda putasse: nos ab exornatioibus sepe rauimus: nō quia non exornēt orōnē sed qm̄ conclusionem cōmodissime iſerunt: Quod argum̄tatiōis p̄priū est. Oppositio quattuor modis reprehenditur: aut quum propositū aliq̄ ex parte infirmatur: uel etiā omnino negatur: ut quū dicitur quoniā dies ē operari oportet. pars aut totum infirmaretur: aut quū propositi oppositū non huiusmodi esse comprobatur: aut oppositum quidem esse cōceditur & tamē aut infirmatur: aut etiā omnino negatur faciūdum esse: ut si concederes in die operari oportere: nec propter hoc in nocte omnino quiescendum cōtēderes: non q̄ totum toti oppositum non sit: Vex qm̄ fieri nō oporteat: quod tum utili: tum honesto: & exemplis approbabis. Aut quum cōclusio ex his sequi negatur hūc dicēdi modum: tūc etiā oportūe occupare posse uidemur: quum quod sequitur tollit: aut quod antecedit auferatur. Nam in superiore ex opposito: nō ex negatione: quod añcedit negare solemus: quod si ad idem redeat: tñ quoniā quę proposito & opposito accommodantur inter se mō aliquo opponi debēt: p̄positi oppositum si iuenitur nō negatio ponenda est: sic enī & equalis erunt ambitus tam propositum & oppositum: q̄ accommodata inter se: quum solū ille modus necessitatem adducere uidetur: In altero modo dum uel equalis: uel maior cōsequēs sit sufficit. Quare p̄fect⁹ oppositiōis mod⁹ quattuor i terminis fit. Alter in duobus repetitis: in quo & repetitione supersedere auctores inueiuntur: quod ad simplicem cōclusionē redire uidetur. Violatio est modus argum̄tationis: in quo ex aduersariorum ratione non id quod ipsi uolunt: sed quod p̄ nobis est: sequi demonstramus. hęc in cōfutatione solum adhiberi poterit: in quo maxie differt a simplici cōclusionē: hūc inferendę cōclusionis modum. idcirco latine uiolationē appellauim⁹ qm̄ nobis facile non in refutando quicq̄ iueniri posse uidetur: quod maiore ui aduersarios urgeat. Pręterea nos gręce βιάσιον appellare solem⁹: quod nomen apud Latinos forsam recte uiolentū interpretatur. Verum qm̄ ad soluendas rōnes aduersarioꝝ nihil utilius uiolatione uidetur: ea nobis quęrenda semper maxio studio est. Nam quū inueit̄ ita breuiter uulnerat aduersarios: ut nihil amplius ad argum̄tum id refutādū nobis opus esse uideatur. hęc est huiusmodi si quis diceret & non esse adhibenda cōnubia: q̄ hac ex re aut uxore: aut filiis mortuis luctus plerunq̄ accidat maximus. potes: quum inficiatione usus fueris quod huiusce luctus non cōnubium: sed fortūa sit causa: uiolationem inferre: quod. s. cōnubiū non modo hęc nō inferat incommoda: sed etiā ducta alia uxore: alijs p̄creatis

que exornationes argum̄tationes dicat

Oppositionis Infirmatio

perfectus oppositiōis modus.

Violatio

βιάσιον uiolatio

filiis huiusmodi a nobis luctus expellat. quod ut clarius pateat: exemplo quoq̄ Ciceronis utemur. Q. Catulus non p̄ficiendum bello mithridatico Pompeium censebat: ne in uno: qui natura huāni generis breui moriturus erat: omnia ponerent. Sed cicerō ideo magis in eo ponēda ducit omnia q̄ breui moriturus est: sed ipsius ciceronis uerba hic interponere cōmodius est. sed in hoc ipso ab eo uehementissime dissentio: q̄ quo minus certa est hoīum: ac minus diuturna uita: hoc magis respub. dum per deos immortales licet: frui debet & summi hoīnis uita atq̄ uirtute. Nam hic cicerō rōne ipsius. Q. ca. in eo ipso pompeio dum uiuit omnia ponēda esse arbitratur. Violationem ab alijs sepe uimus: & si aliqua earū semper tractetur: ut quid sit: quoniā perutilis est: facilius teneatur. hic modus a pugnatibus differt: quoniā ibi rōnes aduersarii inter se pugnare demonstrantur: hic quod pro nobis est: sequi aperitur. Violatio refutatur si eius rei potius causa q̄ huius id quod diximus ostēditur: quod ne accidat rati onibus quoq̄ nōnunq̄ firmanda uidetur.

Inductio est argum̄tatio: quę rebus non dubiis concessis p̄pter similitudinem: rem: quę dubia erat comprobatur: ut si p̄tor qm̄ egro consule: ipse contra hostes exercitum ductitauerit: atq̄ uicerit quę sibi ac consuli triumphum decerni uellat: hoc modo. non dubiis rebus a p̄tore concessis per similitudinem non ita fieri oportere ab eo ipso aduersario consul extorqueret. dic mihi p̄tor si uariis sententiis pugnādum nec ne: illo die inter nos dissensissemus: cuius sententiis staretur? Non est dubiū iquies quin consulis: q̄ si diuersa fuissent auspicia: & mea quidem pugnandum eo die significassent: tua cauendum esse ab hostibus: meis ne auspiciis pugnandum fuisset: an tuis quiescendum: meis. s. qui consul fui parendū fuisse dices. age uero si sententia mea meisq̄ auspiciis pugnatum p̄spere est: equum ne tibi eum te honorem ea ex re assequi uidetur: cuius nec sententia nec auspiciis quicq̄ actum est: hic necesse est: ut uel taceat aduersarius: uel uictum se esse confiteatur. hoc dicendi genere Plato plurimum usus ē: hoc & oratorem plurimum iuuat: si cōmode: & quū res postulat eo utimur. In hoc genere primum cauendum est: ne ea quę proposita sūt huiusmodi sint: ut iure negari possint: deinde ut manifeste similia ei sūt: quod iſerre uolumus: nam parum proderit huiusmodi esse ut cōcedant: si propter dissimilitudinem eo perueire non poteris: quo uoluisti. postremo si ipsum aduersarium iſterrogamus: utile erit repentina quadam iſterrogatione ipsum aggredi ne sentiat quę ad finē illa tēdat iſterrogatio. Nam si sentiet: aut non respondendo: aut male respondendo: iſductionē ulterius perueire non sinet. quod si dubitares ne peruerse respondendo concludi non sinat: iſductionem poteris ad ipsos iudices orationem conuertere: ac similiter quid faciendum esset & iſterrogare: deinde per te respōsionem afferre rei non dubie. Demum si utile uidetur cuncta per

Cicero p. qm̄ pom

Violationis Infirmatio

Inductio



Inductionis Informatio

conclusionem colligere. uerum in hac interrogatione semper fere sibi orator respondebit: nisi quum in altercatione est: ubi proprius locus inductionis esse uidetur. Ex his iam patet inductionem tribus potissimum modis reprehendi posse: aut si cum intelligis quo peruentura est oratio: caute respondendo: aut non respondendo concludi non sinas: aut si aliquid plurimum eorum quae proponuntur ita infirma sunt: ut iure negari possint: aut si conceduntur quidem: uerum ei rei dissimilia esse asseruntur propter quae inducta uidentur.

Collectio: quum perfecta  
argumentationis Cicero  
dicit.

Collectio est argumentatio perfectior: quae rationibus & expolitione absolutior hęc in quibus partes distributa est: propositionem: rationem: rationis confirmationem: expolitionem: & conclusionem. Propositio est: per quam summam ostendimus quid sit quod probare uolumus. Ratio est causa quae demonstrat uerum esse id quod proposuimus: uno uel pluribus argumentis. Rationis confirmatio est: quae rationem expositam corroborat. Expolitio est: quae rei collocutione: ac honestate causa uehemētius sumitur. Conclusio est: quae postremo diffusius dictas breuiter colligit partes argumentationis: hoc modo. quum breuiter docui iudices qua de causa semper ulyxes interitum aiacis optauerit: nunc ne quid uobis impedimento sit: quin ab hoc eum interfectum: uel hac luce clarius uideatis: potuisse quoque quod desiderauerit facile perficere quae breuissime potero uobis aperiam. Nam is quum sine sociis solitudines acerrimum uirum petere uideret: Tunc dei quoque cogitauit posse ipsum incautum opprimi: Etenim cum arborum frequentiam prospectum omnem eripere posse uidebat: tum eum securum aliis cogitationibus occupatum non ante quicquam aduersi suspicaturum arbitratur: quae ei gladium occultus infingeret. Itaque solitudo loci obscuritas silue: insidiae praeparatae: ac dolus acerrimi: ac sibi capitalis inimici nulla suspitione: nullo timore: huc aut illuc fluctuantis potestate interimendi fortissimi uiri deterrimo omnium: atque perfido praebuerunt. Quis hoc modo credat. praesertim quum cognoscat Ulyxem: unum omnium audacissimum: simul ac iniquissimum: cuius rei indigna mors palamedis praeclearum testionum est: quae singularis prudentiae uix dolo: ac insidiis suis confusus uel publico iudicio superare posse sperauit. quae si non in siluis: neque in solitudine sed celeberrimo in loco cunctis spectantibus publico iudicio sapientissimum omnium superare posse credidit: quanto magis solum: atque incautum idque in latebris interimere posse sperasset. Praesertim quum palamedis in iusta nex multo ferociorem: ac audaciorem in consequendis ceteris: quae uell eum reddidisset. Quare si siluam: si solitudinem: si illum inermem: incautum: hunc praemeditatum hęc omnia: paratumque fuisse intellexistis: nolite amplius iudices dubitare fortissimum uirum ab hoc deterrimo dolo interfici potuisse. hanc argumentationem ita diximus: tamquam aduersarium dictum suspicari essemus: se tam fortem uirum: & si uoluisset tamen nunquam interficere potuisse. quae si non ita eum dictum intelligeremus: sed quae nescire potuisset

eam se potestatem assecuturum: omnia ad id accommodaremus: ac huiusmodi propositione uteremur. Ouidam breuiter iudices diligenter eum praesepisse: qua ratione interficere possent. Deinde locum: tempus: huius praeparationem: illius securitatem ante oculos ita poneremus: ut eum omnia hęc diligenter aduertisse constaret. postremo quoniam eo uenit: ubi solum inimicum conuenit: ac maxime praeparatus incautum bene eum cogitasse: ac uidisse: quare inimicum esset & superaturus. Quare reliquae argumentationum partes ad propositionem accommodandae. Propositio ei quod aduersarius uel dixit: uel dicturus existimatur opponenda est. hęc argumentatio & quadripartita inuenitur: quum aut expolitio: aut confirmatio praetermittitur: & tripartita quum tam confirmationem quam expolitionem relinquimus. Nunc si ratiocinationem prius qualis sit aperiemus: unde omnes hęc partes inueniantur docebimus.

Ratiocinatio est argumentatio perfectissima: quae accommodatione assumptionis ad id quod propositum est elicit conclusionem. huius omnes: qui ab aristotelica palestra profecti sunt tres partes esse uoluerunt: propositionem: assumptionem: conclusionem. Marcus Cicero quibus partibus ea tractari posse putauit. Nam & propositio rationis plerumque indiget: & assumptionem nonnunquam nisi confirmaueris: conclusionem non recte propter quam inducta uidentur.

Ratiocinatio

Collectio est argumentatio perfectior: quae rationibus & expolitione absolutior. hęc in quibus partes distributa est: propositionem: rationem: rationis confirmationem: expolitionem: & conclusionem. Propositio est: per quam summam ostendimus: quid sit quod probare uolumus. Ratio est causa quae demonstrat uerum esse id quod proposuimus: uno uel pluribus argumentis. Rationis confirmatio est: quae rationem expositam corroborat. Expolitio est: quae rei collocutione: ac honestate causa uehemētius sumitur. Conclusio est: quae postremo diffusius dictas breuiter colligit partes argumentationis: hoc modo. Quoniam breuiter docui qua de causa semper ulyxes interitum aiacis optauerit: nunc ne quid uobis impedimento sit: quoniam ab hoc eum interfectum uel hac luce clarius uideatis: potuisse quoque quod desiderauerit facile perficere quae breuissime potero uobis aperiam. Nam is quum sine sociis solitudines acerrimum uirum petere uideretur. Tunc dei quoque cogitauit posse ipsum incautum opprimi. Etenim tum arborum frequentiam prospectum omnem eripere posse uidebat: tum quum securum aliis cogitationibus occupatum: non ante quicquam aduersi suspicaturum arbitratur: quae ei gladium occultus infingeret. Itaque solitudo loci: obscuritas silue: insidiae praeparatae: ac dolus acerrimi: ac sibi capitalis inimici nulla suspitione: nullo timore: huc aut illuc fluctuantis potestate interimendi fortissimi uiri deterrimo omnium: atque perfido praebuerunt. Quis hoc non modo credat: praesertim quum cognoscat unum omnium audacissimum: simul ac iniquissimum: cuius rei indigna

Collectio



mors palamedis præclarum testimonium est: quem singularis prudentiæ  
uirum dolo: ac insidiis suis confusus: uel publico iudicio superare posse  
spauit: quod si non in siluis: neque in solitudine: sed celeberrimo in loco cunctis  
spectantibus publico iudicio sapientissimum omnium superare posse  
credidit: quanto magis uti poteris. Sed tam propositio: quam assumptio: si dubie  
sunt: propositio & assumptio putandæ non sunt. tunc enim recte propositio  
putare debes: quum effeceris ne propositio tua dubia sit. idemque de assump-  
tione dicendum censeo. Quare tripartita nobis ratiocinatio solum uidetur  
Verum quoniam ad dicendi opus nihil inter tripartitam aut in numero parti-  
um rationibus etiam adhibendis quinque partitam putare: ut dilucidior præceptio  
fiat: quoniam placet & non propositionis solum: sed etiam rationum præcepta dare.  
**R**atiocinatio tanquam quinquè partita loquamur. hoc & in collectione fe-  
cimus: cuius conclusio quum diligenter inferatur: & omnia colligit: & numerum  
partium simplicis conclusionis: quæ bipartita est non excedit. perfectissi-  
ma ergo ratiocinatio his quinquè absoluitur: propositione: ratione propositionis  
assumptione: assumptionis ratione: & complexione. Propositio est: per quam  
breuiter is locus exponitur: ex quo omnis uis emanat ratiocinationis:  
Ratio est causa: quæ demonstrat uerum esse id quod proposuimus uno  
uel pluribus argumentis. Assumptio est oratio per quam id quod ex pro-  
positione ad ostendendum pertinet assumitur. Assumptionis ratio est: per  
quam id quod assumptum est confirmatur. Complexio est: per quam id quod  
conficitur ex omni argumentatione breuiter exponitur. hæc propositio &  
complexio a superioribus differunt: quoniam in collectione id ipsum quod pro-  
ponitur in conclusione inferunt. hic autem concludimus id quod ex propositione  
ac assumptione simul conficitur: hoc modo. Omnes qui causam habent  
ad suscipiendum facinus: si uita eorum a maleficio non abhorret: libenter  
maleficio suscipere solent. At ulyxes interficiendi aiacis causam habuit  
nec ab eius uita homicidium alienum est. Ulyxes ergo aiacis interficiendi  
maleficio sumpsit. Nam hic non ut in collectione propositionem: sed  
quod ex propositione: ac assumptione sequi uidebat concludimus. Vix  
ut latius ratiocinationis uis appareat omnibus suis partibus absoluat. Omnes  
homines iudices: quorum uita per consuetudinem a scelere non abhorret: odio  
sic mouentur: ut uehementer exoptent posse suas inimicitias: quouis ex-  
plere facinore. Nam eiusmodi homines: qui manus semper in iusto san-  
guine cruentas habere consueuerunt: quum non possint a uitio animi recedere  
non solum quum ita accidit: ut aut commodum consequantur: aut incommodum  
maleficio uitent: mouentur ad facinus: uerum etiam ipsi causas querunt: quibus  
socio iniuria manus afferat. Etenim si boni uiri cauendum putant: ut ne  
causam quidem habeant: qua prætermittere officium impellantur: hos  
crudeles uiros: hos iniquos: qui semper sanguine gaudet: non mirum est inter-  
ficiendi hominis querere causas. Præterea si boni nonnunquam metu ac inimicitias

Ratiocinatio

a recta uia: qua semper uixerunt depulsi sunt: quis non credit homines  
prauos commodo suo moueri: ut conseruare consuetudinem suam uelit?  
illi sibi uirtutem solitam utilitate decepti contemnunt. hi officium quod  
nunquam seruauerunt: quum utilitatem ex scelere se adipisci posse intelligunt  
tunc obseruabunt: uidelicet ignoratis iudices quanta uis iræ sit: quid inimicitias  
possunt: quid odium patiat. Non dico hic beluas ira & odio moueri ut al-  
teri noceant. non dico multos sapientissimos uiros odio: ac ira motos ob-  
temperare sibi non potuisse. præterire melius est: quot urbes: quot regna  
quot gentes confectæ odio iaceant. quare iudices si etiam bonos inimicitias  
corrumpi uideatis: huiusmodi homines qui per consuetudinem abesse a ma-  
leficio non possunt odio motos obtruncare inimicum uoluisse dubitatis?  
At ulyxes acerrimis inimicitias capitalibus odio ab aiace dissidebat. Scitis  
enim omnes: scitis: nec opus est: ut alterius rem uobis aperiam: quæ in illum  
animum gessit post iniquissimam illam contentionem armorum. Scitis timi-  
dum hunc hominem: qui nihil unquam uirtute animi: omnia fraude pagat: for-  
tissimum hominem acerrimum hostem inimicitiarum persecutorem: iniuria  
lacetum uehementer extimuisse. Intelligebat enim nisi uitam ei eriperet  
se incolumem non futurum. Consueuerat si manifeste non poterat quouis  
modo aduersarios aggredi: cui rei indigna mors palamedis testimonio  
est: quæ quoniam prudentia omnes superare uidebatur: non ignoratis qua  
proditione: quibus insidiis: inuidia motus occiderit. At qui ex illo nullum  
periculum metuebat: aiacis metu conficiebatur. Ille quietus erat: acerbus  
aiax inimicus: hac in re odium: inuidia: ira: metus: simul concurrerant: in  
palamedem inuidia solum mouebatur. Quare iudices si omnes huiusmodi  
homines: uel parua de causa maleficia suscipere solent: hic autem odio: atque  
metu acerbo aiacis percussus erat: Nolite ipsum audire iudices: si dicere  
ausus erit: nunquam se aiacem interficere uoluisse. hæc ergo perfectissima ra-  
tiocinatio est: quæ quinquè partibus conficitur: ut exemplo patuit. Ceterum  
& quadripartitam inuenitur: quum propositionis aut assumptionis ratio  
prætermittitur. Tripartita etiam fit: quum tam propositio: quam assumptio rationis  
non indigent. Bipartitam etiam tam hanc: quam superiorem posse fieri non-  
nulli contendunt: ut si diceret. hæc mulier cum uiro concubuit: peperit. n.  
sunt qui ex una etiam parte constare argumentationem existimant: ut si dicas  
hæc mulier: quæ peperit cum uiro concubuit: quorum ratio a multis re-  
prensus est: nos uerbi controuersia utrosque uexari arbitramur. Nam qui ar-  
gumentationem argumenti expolitionem putat: is profecto uidebit unius  
partis argumentationem inuenire non posse: qui uero argumentationem per  
argumento accipit: Is etiam unius partis argumentationes multas inueniat  
necesse est. Argumentum enim nos Marcum tullium secuti inuentum appel-  
amus: quod quum una propositione: ac breuissimis uerbis contineri  
possit. Expolitione argumentationis ut uim suam perspicere possimus

Argumentum



latius extenditur: nam hanc propositionem: mulier quæ peperit cum uiro concubuit: Argumentum hoc est iuentum appellamus: quod postea rō-  
cinatione tripartita expoliri potest: hoc modo. Quæcūq; mulier peperit  
cum uiro concubuit: hæc peperit: hæc ergo cum uiro concubuit. Scire aut  
oportet: hæc inuenta in orationibus nonnunquam præclarissimorum oratorum  
non expolita inueniri. Nam si id quod a loco inuenitur ita necessarium ac  
clarum est: ut neque rationis: nec expolitionis indigeret: id solum sufficit  
dicere: quod inuentum est maxime si legis argumentationibus auditores  
defatigati sunt: quod facile in ciuili etiam questione fieri posse unico exemplo  
monstramus. aut metuamus Numantinos semper huic infestissimos  
urbis: dum incolumes sunt: aut urbem eorum diruamus oportet. At hostium  
metum dum possis non effugere stultissimum est: ergo nisi stulti esse  
uelimus: urbem eorum diruamus oportet. hoc totum quoniam per se cla-  
rum est: maiorem etiam habebit uehemētiam: si aut ad breuiore reducit  
ut ad simplicem conclusionem: hoc modo. Si metuere hostes turpissimum  
esse putatis infestissima huic ciuitati Numantinoꝝ urbs funditus dirueda  
est. Aut inuentum solum sine argumentationis expolitione profertur: hoc  
pactio. Numantia infestissima nobis urbs funditus dirueda est. Præterea  
neminem ignorare uolumus omnes quas superius enumerauimus ar-  
gumentationes uiolatione semper exempta collectionem ingredi posse. Ac  
rursus ceteras omnes: ac ipsam collectionem in ratiocinatione adhiberi  
quod facile fieri posse quis non uiderit? Si enim propositio rōcinationis:  
aut assumptio infirma est: poterit optime quodam alio modo argumen-  
tationis: aut collectione confirmari: quod in superiore nos exemplo ideo  
fecimus: ut naturam hanc ratiocinationis ostenderemus. Aliæ uero argu-  
mentationes: nec se ipsas: nec rōcinationem: aut collectionem suscipiunt  
Nam in illis nulla hoc modo affertur ratio. In his uero quum rationes  
afferantur: nonnunquam ipsa ratio aliqua conficitur argumentatione: quod ut  
auctoritate summi oratoris confirmemus exemplis eius utemur: quæ non  
ab orationibus sumemus: sed ab eadem hac facultatis præceptione: quam  
rhetoricam ueterem uulgo appellamus. Nam & si plurima huiusmodi  
in orationibus inueniuntur: tamē aut quia breuius dicuntur: quam clare ars intelligi  
possit: aut quia non ita ordine perficiuntur: uel ad celandam: uel ut uehemē-  
tiora sint quæ dicuntur: uel ut uarietate delectent confusiora sunt: atque ideo  
intellectu difficiliora: atque hoc faciamus: ne quis putet nostro arbitratu  
hæc frustra interposuisse: uerum recte intelligat nos in hunc librum nonnulla  
a præceptionibus ipsius oratoris: nonnulla a grecis trātulisse: Multa etiam  
Ciceronis orationes legendo nos inuenisse: neque aliquid hic positum esse:  
quod usu eius comprobari non possit. Verum exempla in omnibus non  
possumus: uel quia longum esset: & nos aliis occupationibus impediti  
sumus: uel quia ceterorum quoque ad inueniendum ingenia incitare uolumus.

Nunc ad propositum reuertamur: quæque partita igitur rōcinatione in  
hunc modum utitur. Omnes leges iudices ad commodum rei. p. referre  
oportet: et eas ex utilitate communi: non ex scripture: quæ in litteris est  
interpretari. hæc propositio est: cui subiungit rōnem a laude maiorum: idē  
a persona hoc modo. Ea uirtute & sapientia nostri maiores fuerunt: ut in  
legibus scribendis nihil sibi aliud nisi salutem: & utilitatem reipub. pro-  
poneretur: neque enim ipsi quod obesse & scribere uolebant: & si scripsissent:  
quum esset intellectum repudiatum iri intelligebant. Nemo enim leges  
legum causa saluas esse uult: sed rei. p. quod ex legibus omnis rem. p. optime  
putant administrari. Quæ obrem igitur leges seruari oportet: ad eam cau-  
sam scripta omnia interpretari conuenit: hoc est quoniam reipub. seruimus ex  
rei. p. comodo: atque utilitate interpretemur. confirmatio: deinde rationis  
in hunc modum per similitudinem capta sequitur. Nam ut ex medicina  
nihil oportet putare proficisci: nisi quod ad corporum utilitatem spectet:  
quoniam eius causa est instituta: sic a legibus nihil conuenit arbitrari: nisi  
quod reipub. conducat proficisci: quoniam eius causa sunt compæ: ergo in  
hoc quoque iudicio definite litteras legis perscrutari: & legem: & quum  
ex utilitate reipub. considerate. hic iam quæ tripartita collectio conclusa est:  
quæ fortassis si quis eam præceptionem sequitur argumentationis: quam  
idem ipse Cicero ad Herenium edidit: quæque partita possit uideri. nos  
aliam rōnem secuti quadripartitam arbitramur: de qua rōne posterius  
dicemus. Nunc assumptionem huius rōcinationis: & reliqua præsequimur  
quid enim magis utile fuit thebanis: quam lacedæmonios opprimi: quod magis  
epaminūdam thebanorum imperatorem quam uictoriæ thebanorum consulere  
decurit: quid hac tanta thebanorum gloria tam claro: atque exoptato tro-  
phæo clarius habere conuenit: scripto uidelicet legis omisso: scriptoris sen-  
tentiam considerare debebat: atque hoc quidem considerandum satis est: malum  
esse legem nisi rei. p. causa scriptam. hoc totum assumptionis ratio: nam  
ipsam assumptionem: quæ est ut etiam in conclusione rōcinationis uideat.  
Hic autem utilis rei. p. fuit: tanquam uel ex præcedentibus: uel ex assumptionis  
rōne: uel ex re ipsa claram prætermittendam putauit. Concludit deinceps  
hanc tripartitam in assumptione collectionem: summam igitur amētiā  
putabat esse: quod scriptum erat reipublicæ causa salutis: id non ad rei.  
pub. salutem interpretari: quod si leges ad utilitatem reipub. referri conuenit  
hic autem saluti reipub. profuit profecto eodem non potest factum: & comu-  
nibus fortunis consuluisse: & legibus non obtempasse. hæc est conclusio  
totius rōcinationis. uerum ut hæc eadem altero quoque Ciceronis exemplo  
consideretur: quadripartitam etiam ratiocinationem ponemus. Iudices quæ  
ex lege iurati iudicatis legibus obtemperare debetis: hæc propositio est.  
quæ quoniam clara est: nec indiget rōnis assumptioni coniuncta obtemperare  
autem non potestis legibus: nisi id quod scriptum est in lege sequamini:

Argumentationis quæ  
tunc usus  
propositio

Confirmatio

Cicero

Assumptio

Cicero



hec assumptio ratione a facto scriptoris capta confirmatur: quod enim certius legis scriptor testimoniū uolūtatis suę relinquere potuit: quod ipse magna cum cura & diligētia scripsit? expolitia uictoria: quod si litterę nō extarēt: magnope eas requiremus: ut ex his scriptoris uolūtās cognosceretur: neque tamē epaminūdę permitteremus ne si extra iudiciū quidem esset: ut is nobis sententiam legis interpretaretur: ne dum nūc istum patiamur: quū p̄sto lex sit: nō ex eo quod apertissime scriptū ē: sed ex eo quod suę causę conueit scriptoris uolūtātē interpretari. Conclusio ratiocinationis: quod si uos iudices legibus obtemperare debetis & id facere non potestis nisi id quod scriptum est i lege sequamini quod dubitetis: quoniam istum contra legem fecisse iudicetis? Quoniam breuiter de argumētatione dictum est: nūc ut clarius fons inuentionis appareat rem omnium in hac facultate difficilimā breuiter tangemus. Nam ea p̄gnitus explanare posse non ausim dicere. quare p̄cipia quę eius: & quasi radices exponemus: cętera ingenio: ac exercitationi eorū qui hęc legunt dimittemus: nam habētis p̄cipiis facile reliqua iueiri possunt. Est autē nūc agendum ea de re: quā gręci Διαίρεσιν hoc ē diuisionem appellant: qua quidem in re quum omnē uim oratoris esse dicāt tamē eius p̄cepta sepatim nunq̄ legūtur. Nam omnes quos quidem ego uidi hac de re: quū de locis constitutionum: hoc est ut gręce loq̄mur de cephalęis tractāt pauca interposuerūt: quod & nos necessario fecim⁹ ut eorum locorū uim aperiremus: uerum nūc sepatim: ac breuiter unde p̄positiones: rationes: confirmationesq; rōnum: ac expolitiones iueniantur aperire propositum ē: quę res etiā causam oñd: cur nos id quod nōnulli confirmationem rationis dixerunt: rationi nos conuixim⁹: quā illi expolitionem uocauerūt: confirmationem rationis nos: & quod expolitioni coniunctim illi putauerūt: nos expolitionem noīauimus: neque enim ad dicendum parum pertinet: & multo clarius: ac dilucidius rem totam hoc modo intelligi posse manifestum est. nunc ad rem uēiamus. Digreseos hoc est distributionis p̄cepta in duas partes diuidimus: prima est: qua inquirimus si quę propria unicuiq; locorum p̄cipaliū sūt: quā imp̄ntiarum relinquimus: uel quia longior est: uel quia p̄cipalibus locis coniuncta est: ac multę eius partes in secundo libro breuiter tractę sunt: altera: qua rationis confirmationis expolitionisq; locos ostēdimus locos omnes in duas partes distribuimus. Nam alios p̄cipales: alios secundarios appellauimus: p̄cipales uocamus cōstitutionum: earūq; partiū locos: quos in secundo libro exposuimus: quos p̄positionū sedes esse diximus: uel unde ad propositam causam conueniens trahitur propositio: ut uerbi causa in coniecturali petitionem testium: uoluntatem: potestatem: secundarios argumētorum sedes diffiniuimus: uel unde ad inuentam propositionem conueniens trahitur argumentum: hoc est a

Cap. de Διαίρεσιν  
diuisione.

δε κεφαλαίως

Digreseos

Locorū p̄tatio

quibus rōnes: confirmationes: expolitionesq; inueiuntur: his hoc pacto distributis omnis propositio alicuius argumētationis a p̄cipalibus locis inuenitur: ut in coniecturali defensor a petitione testium proponat hoc modo. testib⁹ hanc rē cōprobare debes: uel oñdas quod hoc uidit: ubi uidit: quā uidit: nō. n. una: sed plures ab uno quoq; p̄cipaliū locorū p̄positiones fluūt. Itē ecōtrario. nō sunt omnis rei p̄bēdi testes: plurima. n. agūtur occulte: uel sic. loco testium argumēta tibi & signa p̄beo: quę facile corrumpi non poterunt. Item in negociali a lege: cui etiā consuetudinē subiūximus. non oportet aliquid inuari contra leges: & instituta maiorum. Item e contrario. oportet innouari tēpore belli: similiter in aliis propositionem a loco p̄cipali semper fluere: necesse ē: qua i re illud etiam sciēdum: quod si nos aliquid p̄ponim⁹ simpliciter a loco inuentā propositionem ad nostram utilitatem dicemus: quod si propositum ab aduersariis solueremus: tum his quattuor quod proponim⁹ exornandū ē propositione: sublatione: opposita propositione: solutione: quam & oppositam sublationem appellare licet. hęc nos gręce πρὸς τὴν ὑποφωραν ἀντιπρὸς τὴν λύσιν uel ἀντὶ τὸ φεράν uocam⁹. Propositio ē sublatiōis pollicitatiō. Sublatiō ē ip̄a aduersarii p̄positiō. Opposita propositio ē solutionis pollicitatiō. Solutio est sublationis oppositum: hoc pacto. Sed dicturum eum audiui: hęc propositio ē: quā sublatiō sequitur: non oportere aliquid inuare: quod tamē soluere haud difficile est. hęc ē opposita p̄positio: quā solutiō subsequit⁹: hoc pacto: nā tēpore belli aliquid inuare oportere quis nō uiderit? hęc solutionem postea sicut & nos: quum simpliciter proponimus secundariis locis confirmabim⁹. hac quadripartita exornata solutione Cicero in oratione illa pulcherrima utitur: quam in defendendo archia poeta composuit. Quę & quispiam quid illi ipsi summi uiri: quorū uirtutes litteris proditę sunt: hoc p̄positiōnem eē uides. ē enī pollicitatiō sublationis: quā sic ifert. ista ne doctrina quam tu effers laudibus eruditi fuerūt: huic sublationi oppositam p̄positionem subdidit hoc modo. Difficile est hoc de omnibus confirmare: sed tamen est certum quid respōdeam. deinde solutio sequitur: quā longiorem edidit: ut partes eius perfectius cōplecteretur. Ego multos homines excellenti animo: & uirtute fuisse: & sine doctrina naturę ipsi⁹ hitu prope diuino per se aptos & moderatos: & graues extitisse fateor: etiā illud adiūgo & id quoq; sciēdum ē Ciceronem hic: quod sepe facere solē: solutioni rōnes inseruisse. Nam quum tribus mēbris solutionem complexus sit: primo a persona: secūdo & tertio a re captam rationem immiscuit. Item pro pompeio quadripartita exornata solutione utitur hoc modo. Reliquum est ut de quiti Catuli auctoritate & sentētia dicēdum esse uideatur: quid quum ex nobis quęret & si in uno. Cn. pōpeio omnia poneretis: si quid de eo factum esset: et cętera usq; ad oppositam

et Coniecturali

In Hecoreali

Quattuor quę exornandū ē

propositio  
sublatiō  
opposita p̄positio  
Solutiō

Cicero p̄ Archia

Cicero p̄ pompeio



propositionem sublatio est: cui addidit comodissime fructum: quem ex hac interrogatione Catulus coeperat: sed in hoc ipso ab eo uehementissime dissentio. hęc opposita ppositio est: quā solutio subsequitur per uiolationem. Illud etiā sciēdum q̄ nonnunq̄ elegantissimus ille orator bis q̄ttuor multa inferere solē: uel ut magis exornē: uel ut pbabilia quę dicit: uideant: uel ut ars nō ita facile appareat: ut in eadem pompeiana paulo superius. At enī uir clarissimus reipub. & nostris bñficiis amplissimis affectus usque ad illud. Nam tu idem propositionem: sublationem & solutionem absoluit: oppositam propositionem reliquit. Nam sicut oēs has partes soluendo occupare nonnunq̄ ornatissimum est: ita nonnullas relinquere: cum breuius: tum uehementius puto: una etiam sublatiōe sola uti inueitur: ut in eadem ipsa pro archia orōne: hic tu tabulas requiris eracliensium. Item census nostros requiris. s. quibus sublationib⁹ rōnes solutiōis statim subiūxit. Nam solutio ita facile subauditur ut cōmodi⁹: ac uehementius efferatur oratio: si subaudiatur q̄ si dicatur solutiō. Quare omnis aut plures istiusmodi partis occupare ornatius: breuius dicere uehementius atq; acrius: sed causa semper considerāda est: nihil enī meli⁹ nihil ornatius: nihil in aduersarium acrius eo dici pōt: quod natura rerū expostulat. Pręterea in omni solutione quęrendū diligenter puto: si per uiolationem possē efferri solutio: q̄ si uiolatio fieri non pōt: possum⁹ per inficiationem: uel obfistentiam: uel utroq; pacto solutiones afferre: nam & si inficiationem: & obfistentiam oppositos absolutioni locos in secundo posuimus: tamē omni in loco quem soluim⁹ recte adhiberi possunt: hoc modo. oportet aliquid inuari: solutio per inficiationem: imo nihil oportet innouari: per obfistentiam: & si oportet non hoc i tēpore uel hac de re: uel in hoc hoīne. Item difficile hoc factu est: immo nō difficile: & si difficile: tamen faciendum. At hęc quidem de propositionib⁹ argumentorum dicta sufficiant. ¶ Nunc unde rōnes inueniantur doceamus. Propositione igitur a principali loco ad utilitatem nostrę causę tracta: siue solutionem inferas: siue tu primus proponas ratio: uel etiam multę rōnes quęrendę sunt: quib⁹ propositio nisi per se necessaria esset corroboretur. Inueitur autē omnis ratio a circūstātiis: quę istę sunt: psona: res: causa: locus: tempus: modus: quibus nonnulli addiderūt qb⁹ auxiliis: quod nos modo: atq; aliis circūstātiis nonnunq̄ imisceri dicimus: quūq; per se sola hęc circūstātia rationem non afferat: sed aliis inseratur non placuit eam seorsum ponere: quę seorsum per se nunq̄ inueiat: quodcūq; igitur: siue esse siue non esse proponitur: harum aliqua circūstātia pluribusue firmabitur: quod ut clarius fiat exēplo aperiat. Proditor patrię Catilina es. a petitione testium: nisi testes huius rei produxerit non est audiendus iudices. Ratio a persona. ea enim nobilitate: hisq; maiorib⁹ natus sum: ut sine testibus id de me suspicari non debeatis. Itē a persona

aduersarii: atq; ideo magis expellendus Marcus Cicero: quā hęc sine testibus dicat: quod mihi semper inimicus fuerit: uel ex utrisq; hoīnum enī nouo ambitione corrupto: sine testibus inuidia i nobilissimos uiros atroces suspitiones incitanti credendum non esse. Item etiam a persona iudicum. Nam uestre prudentię iudices est: nō eam potestatem talibus uiris concedere: ut fictis argumētis nobilissimos hoīnes circūueniant. a re: nihil enī iudices sine testibus in iudicio credendum est: uel sic. nō enī tanti sceleris sine testibus suspitionem approbare deberis. a loco. neq; i rep. ubi oīs libere uiuimus: nisi testibus pbaueris audiendus es. a causa ac ideo magis expellendus: ne si fictis argumētis locus dabitur: multos nostrorum hi noui homines depellere conentur. a tempore: & in hoc tempore maxie: in quo ppter simultates nullus est: qui crimīa falsa non excogit. Item econtrario per inficiationem solutio: non oportet testes quęrere Catilina tuę proditionis. ratio a re. huiusmodi enī scelerati q̄ occulte geruntur: ne si manifestentur in cruciatu: ac poenas eorū auctores rapiantur. a causa. Nam si testes expectabitis: anq̄ eos inueiat opprimemini. & coniunctim tam a re q̄ a causa: tanti enī facinoris: aut pdutiōnis testes non expectandi: ne anteq̄ testes inueiat uestra negligentia dominum uobis preparaueritis. a persona. nullus. n. testimoniū pbibere de Catilina uoluerit: nisi uitam omnino cōtemnat: quę enim iste isidiis non trucidat: qui se testem huius rei offert. Item ita enim a pueritia uixisti catilina: ut facile de te omnia etiam sine testibus credi possint. a loco: & enim in hoc nostro centūuirali iudicio opus testibus non est ubi ueritas ipsa per se soleat inquiri. & a tempore: & his temporibus maxime argumentis non testibus ueritas quęrenda in quibus cupiditati nostrarum rex pene omēs transuersi ferūtur. hęc diximus: non ut oīa inueire uellemus. Nam infinita ab unoquoq; loco trahi posse putamus: Verum ut ab omnibus circūstātiis rationes: quas nos epicheramata dicimus inueniri oñderemus. Nam pceptionis aperta uia: facile quiuis maxie si natura ad hęc studia iuuari uideat: multa plura uidebit q̄ hic posuim⁹: hunc igitur modum: hanc ppositionem: & in ceteris principalibus locis obseruare oportebit: hoc modo. nūq̄ prodere patriam uoluissim. a re pessimum enim oīum: atq; atrocissimum proditio: quā nemo unq̄ mētis non inops exoptauit. Item neq; enī plurimis: quos nūc a re. pu. honores partim habeo: partim me habiturum spero tam atrocem: tam iniquam tam mihi ipsi periculosissimam rem pponerem. a psona tam sui: q̄ aduersarii. an ego uoluissim eā rem publicam prodere: quam mei maiores amplificauerunt: pferatim quū ea Marcus cicero ciuis iquilinus saluā esse uelit: a loco. neq; patriam charissimum solum: ubi natus: ubi educatus sum: prodere uoluissim. a tempore: pferatim eo tempore: quo summū honorem consulatus a populo me cōsecutus sperabam. a causa. si possē

Cicero p. Ardua

Cap. Vnde rōnes inueniat  
ad exornandū

Circūstātiis

Ex.

Ex. econtrario

Ex. epicheramata

Ex.



dicere eos hęc facinora cogitare: qui egestate: qui ęre alieno premuntur: qui odio ciuium persequuntur: se diuitiis: ac honoribus abundare: & summo amore ciuium coli. Item si dicimus conseruandas esse leges: nihil in nouadum a loco quod in repub. maxime leges conseruandę sunt, a pfoa: romanis maxime qui legum obseruatione plurimum laudatur. a tēpore his temporibus quibus maxie periculosum sit aliquid innouare, per obfistentiam postea: & si aliquid innouandum esset: non tamē hęc lex commutanda: aut contemnenda. ratio a re. maxias enim res atq; reipub. utilissimas hęc lex continet. a tempore: & si alias fortassis mutanda uideret: tamen non tempore belli ne tumultus in ciuitate factus propter immutationem urbem euerteret. nunc si unū dixerō ad confirmationis locos trāfitionem faciam: nam ne quis dubitet: breuiter dicendū censeo: sepe ad aliquam rem: aut probandam: aut improbandam una ex circūstātia multas: nōnunq̄ nullam inueiri posse rōnem. Nam si quę constarēt ęre alieno oppressum inopia laborasse: ac uita eius non uehementer ite gra uideretur: Is a persona sua non facile quicq̄ probare possit: quare ab eadem quidem circūstātia poterit ad causam argūta trahere: quis nō a persona sua: sed iudicium: aduersariorum: testium: ac ab his quę extra id iudicium sunt: ut socioꝝ: hostium: inimicorum: affinium: & quę huiusmodi sunt. Pręterea tam ciceronem: q̄ demosthenē inueio sic breuiter multis rationibus causam suam nōnunq̄ stabilire: ut paucis uti uideant ac contra in re tenui ita ea quę inueniuntur: quis exilia sint oratione sua extollere: ut quod natura sua tenue est: id orationis facundia facile aplū: magnificūq; uideatur. Sepius etiam una ratione contēti ad confirmationem: uel etiam ad alios locos principales transeunt. Ad hęc p cōgeriem ita rōnes afferri nōnunq̄ ut non diuersos unius circūstātię modos solū Verum multę circūstātiarum occupentur: qua re nil meo iudicio acrid pręsertim si genere orōnis idoneo dicitur: quę multarum rez congeries aut breuius: aut latius prout res expetit explicabitur. hęc omnia nō solū de rōnibus: uerum etiam tam de cōfirmatione: q̄ de expolitione itelligi uolumus. Quęadmodum igitur propositio a loco principali ad causam tracta: & solutio aut per inficiationem: aut per obfistentiā facta rōnibus cōmuniter: sic & unāquaq; rationem: si parum in se neruorum habere uidebitur: confirmatione una pluribus ueni oportet. Profluit autē oīs rationis confirmatio ab his locis a similitudie: exemplo: minore: maiore ęquali: & contrario: a quibus etiam quis rationes afferre cicero soleat: tñ in hoc confirmationem a ratione differre uoluimus: quod a circūstātiis nunq̄ inueniatur confirmatio. Non autem ignoro hermogenem nunq̄ rationem: quam ille epichirema uocant ab his locis: quos paulo ante posuimus inueire putasse: quod si quis uerum putauerit: quum non nunq̄ ab hisce locis rationes clarissimi oratores inueire uideantur: nō rationes

Ex. legu conseruandaz

Cicero  
Demosthenes

De Confirmatione rōnis  
et locis ei

Epichirema. i. rō.

sed earum rōnum: quę facile auditori subaudiuntur cōfirmationes appellabit: quod paulo post etiam exemplo declarabimus. Nam sic dilucidior nobis futura hęc pręceptio uisa est: si prius omnia: quę de ratiocinatione dicere instituiamus: breuiter proponeremus: deinde exemplis etiā maiorum: uel explanentur: uel confirmentur. Nunc ea: quę dicebamus latius aperiuntur. Inueiuntur ergo rationū confirmationes a supradictis locis & quęadmodum ad propositionem unā multę nōnunq̄ afferuntur rōnes sic etiā qñq; eadem ratio multis corroboratur cōfirmationibꝫ: hoc mō. oportet & tempore belli ad ciuitatis emolūmētum aliquid etiam inuari: hęc propositio est: & maxime hoc nobis roānis licet: qui semper ad utilitatem rei. p. aliquid noui excogitare solemꝫ: ratio a persona. cōfirmatō ab exemplo: maiores enim nostri ex cōmodo reipub. reges expulerunt: & decēuiros cōtinuare impium passi non sunt: & tribūos plebis sacrosanctos constituerunt: Scipionem ante tempus consulem crearūt: quę omnia unicum non plures confirmationes appellamus. quęcūq; enī ab unico loco ad unum: ac idem probādum inueniuntur: quis plura uideant tamē unius rationis: aut confirmationis uim obtinere dicēda sūt: quod etiam in expolitione posse fieri non negabimus. uerum superiorē rōnē etiam a minore confirmare poteris: si dices innouandum eē romanis: quoniam & paterfamilias ex re sua multa innouare non ueretur. & ex contrario sic: si tempore pacis nihil inouare solemus: tēpore belli quā res postulat inouandum est. quod contrarium: aut simili quodam modo ut dictū est pronūtiamus: ut quod in pace fieri nō soleat: id in bello fieri oportere contendamus: aut si res ita postulat: per cōtentionem: aut per contrarium exornationes proferemus. per cōtentionem hoc pacto: in pace multa innouamus: In bello nihil mouere audemus: per contrariū hoc pacto: quę in pace facitis: quum nihil cogat: ea in bello quum opꝫ sit nō facietis: poterit etiam contrarium nōnunq̄ per oppositionē effēri. Nam ut diximus argumētatiōis imperfectiores modi inserti pfectiori bus inueiuntur: Quare & nōnulli exornationes non argumētationis modos esse uoluerūt. Nos omnem argumētationem orōnem exornare facile cōcesserimus. est enim argumētatio argumēti per orationē explicatō quę sine ornamento fieri non potest: Quare argumētationis modos eas orationes esse diximus: quęcūq; huiusmodi sunt: ut frequenter inueiant per se rem quāpiam confirmare: quod argumētationis pprium eē nullū unq̄ dubitabit. sed de confirmatione satis. Expolitionē uero quę confirmationem corroborat atq; aplificat: duplicem esse arbitramur cōmētitiā quam enthymematicam & fictoriam: quā πλαστον ęrece noiam. expolitio cōmētitiā cōtentionis modo semper profertur. inueitur autē a circūstātiis: a quibus & rationes inueiri docuimus. hęc tendere semper quadā cum collatione ad confirmationē debet. quare meo qdem iudicio

Incipit dicere locos unde  
rōnes confirmationum  
reperiuntur.

Ex.

Argumentatio q̄pa  
orōnem exornat

Expolitio

Expolitio Enthymematica  
πλαστον . . . fit



hęc quā latie hic nobis expolitionē noīare placuit: quā gręce ēthymema  
appellamus ex ratione: atq; confirmatione quiddam compositum est:  
quod ut clarius pateat: exemplo quoq; demōstrētur. cōtinuare Scipionē  
imperium: uel contra leges oportet. confirmatio. Nā & maiores nostri  
ex utilitate reipub. decēuiros facile continuare imperium passi sunt. Ex-  
politio a tempore. atqui tūc illi in pace: nos coacti bello faciemus. a causa  
sic. & illi ad ornandam legibus rem. pu. nos ad defendēdam libertatem  
hoc faciemus. A re. & illi decēuiros simul imperiū continuare passi sūt:  
nos unum solūmodo non patiemur? A persona. illi Appium claudium  
hominem ut res docuit libidine pditum: atq; tyrannicum: nos scipionē  
qui ea continentis: ac humilitatis exempla Numatię dedit: ut omnino  
probatissimorum uirorum esse uideatur probatissimus. hęc enthyme-  
mata: quum bene ac uarie proferūtur: uehēmter auditores mouēt: orōnē  
amplificant: & uictoriam facillime pariūt. Verum sicut ad unicā propo-  
sitionem rationes multas: & ad quālibet rationem confirmationes: sic  
ad unāquāq; cōfirmationem uarias expolitiones iueiri posse: hęc quę di-  
ximus aperte ostendunt. non enī ab unaquaq; circūstantia solum cōpa-  
ratione ad confirmationem expolitiones afferemus: sed nōnunq; etiam  
ab una circūstantia enthymemata multa adducere poterimus: quę ne  
fatiētatē pīant: ita uarie pñūtiabim? ut alia īterrogatiōe: alia sine īterro-  
gatiōe. hęc repetitiōib? illa q; bufdā aliis colorib? exornabim? Illud non  
p̄mittendū cenſeo: summū illū oratorem cuius diuinas orationes in  
confectione huius libri nobis proposuimus: sic plerūq; rationes: rōnūq;  
confirmationes proferre: ut simul uim ēthymematis facile contineant:  
quod ideo mihi facere uidetur: ut uehēm̄tior sibi: & breuior fiat oratio:  
ut in orōne pro Pompeio his uerbis. Maiores nostri sepe mercatoribus  
aut nauiculatoribus iniuriosius tractatis bella gesserunt. Vos tot ciuū  
roānoꝝ milib? uno nūtio: atq; uno tēpore necatis: quo tandē animo esse  
debetis? Legati erant q; appellati superbius corinthum patres nostri to-  
tius gręcię lumen extinctum esse uoluerūt. uos eum regē inultum esse  
patiēmini: qui legatum populi roāni consularem uirum uinculis: ac uer-  
beribus: atq; omni supplicio excruciatū necauit? & hęc quidem cū exem-  
plis confirmat per contentiōem: quod genus dicendi enthymematis  
maxime accōmodatur: prolata sunt. Verū quę sequūtur: quum dicendi  
genere: ac contentiōe rerum pura sint ēthymemata ad superiora: sicut  
ad confirmationem tendunt. Illi libertatem ciuū romanorū īminutā  
nō tulerunt: uos uitā ereptam negligetis? Ius legationis uerbo uiolatū  
illi persecuti sunt. Vos legatum omni supplicio īterfectum reliquetis?  
Sunt qui huiusmodi enthymemata: quę ab eodem inuēta ad eādem cō-  
firmationem tendunt: ut hic est ius legationis uerbo: nō ēthymemata:  
sed epenthymemata uocari uelint: quoz error facilius intelligetur: si qd

6<sup>m</sup>

Cicero p pom

Enthymema

fit: ac quo modo epenthymema fiat: quod etiā ad expolitionem p̄tinet:  
aperiamus. Est ergo epenthymema quędam addita enthymemati acuta  
excogitatio: ut si quū coriolanum hostibus quoq; crudeliorem diceret ra-  
tionem a re dicas. tyrānicum enī est patriam oppugnare: quā a cōtrario  
confirmes. hostes enī oppugnādi sunt: quibus hic maiore odio p̄sequēd?  
q; illi alienam: hic suam oppugnā. hoc enthymema est: cui poterit addi  
epenthymema: hoc modo: & cui plurimum debet: hanc euertere conat.  
Ex his iam patet enthymema: quod cōm̄tum: uel cōmentationē latie  
appellare possumus: orationem esse: quę a circūstantiis ad cōfirmationē  
cum collatione fertur. Verum hęc de enthymematica expolitione dicta  
sufficiāt: nunc ea de expolitione dicamus: quam nos quidem πλαστον  
latini fictoriam appellare possunt: quę post oīs locos expolitionis: ac  
maxime post exemplum: & contrarium afferri nōnunq; solet: ut si con-  
firmare contra Mithrydatem pompeio cōtinuo imperium deferendū  
quoniā maiores eundem Scipionem: tam in hispania: q̄ in africa gerere  
bellum uoluerūt. deinde plaston hoc est fictorium enthymema hoc mo-  
do adiiçeres: quod si tunc maioribus aliquis modū imperio statuere p̄-  
suasisset: ac aliq; q̄ scipio in africa missus esset: profecto tantā nūc gloriā  
capta: atq; destructa carthagię populus roānus nō haberet. Itē a contra-  
rio sic. eum quē si tantū boni fecisset: q̄tum mali & incommodorum in-  
duxit: maximis munerib? afficeretis: eum inq; nūc impunitū dimittetis?  
Verum qm̄ de fictorio dicere incēpimus alium quoq; modum eius ex-  
planemus: qui in confirmāda cōprehensiōe accipi solet: qui huiusmodi  
est: ut nōnunq; etiam tota res: tanq̄ non facta cōfingatur: ut si orator: q;  
tyranno persuasit: diceret. quod si non fecissem: sed factus: me pollicerer  
nō ne multa mihi pollicitis eētis: quod aliud quoq; cōsequēt ēthymema  
ex re per contentiōem minoris: hoc modo. graue autem est anteq̄ per-  
ficerē: ex sola pollicitatiōe honorari: nūc re perfecta expelli. quod etiam  
a tempore dici potest. Nam quēadmodū ab uno loco: plura nōnunq; iue-  
niuntur: Ita etiam unum enthymema: uel ratio a multis potest cōfluere  
locis: ut si qs dicat oportere eos: q; in re. p. libere uiuere uolūt: leges obser-  
uare. Hoc enim tam a natura rei pub. hoc est a re quā a persona ducitur  
Vex p̄dictum plaston gestam rem: tanq̄ non gestam cōfingit: ecōtra  
quod sequitur. Nam si secundo bello punico funditus euertissetis cartha-  
ginem: nullum inde amplius uobis discrimen futurum esset. hic uero iā  
non ordinē solum: & commoditatem: quā nobis argumētationes huius  
modi afferunt: uerum etiam copiam rerum: facultatēq; mirabilem: quę  
ex huiusmodi p̄ceptione fluit facillime perspici posse arbitror. Nā si  
quidem propositiones nōnullis comprobatis rationibus: rationūq; unā-  
quāq; non una: sed pluribus confirmationibus munias: quarū singulas  
expolitiones sequuntur: tum recte a circūstantiis: tum p̄ ea: quę fictoria

Epenthymema

Enthymematis suffinit

De πλαστον .i. fictoria  
politioe ul enthymema

Ex<sup>m</sup>

Ex<sup>m</sup>

plaston natura ad us



appellamus singularis quædam & admirabilis dicendi copia redudabit  
q̄ si soluendo his omnibus in inficiatione uteris: & per obfistentiã eidẽ  
folutioni hęc eadem omnia congrue accommodabis. Iam uero fontes e/  
loquentię sic affluere uidebis: ut quum nihil extra rem dicas: tum copia  
rerum finem inuenturus non uideare. At hęc quidem nos diximus: non  
qm̄ optimum factu putamus cuncta quę inueneris dicere: sed ut iuenti  
onis fontes: uel digito demonstrare uideremur. Nam prisci quidem ora  
tores: quorum dicendi uis tanta erat: ut iam multis sc̄culis: nec incēdiis  
urbium: nec bellis tam ciuilibus: q̄ externis: nec imperii cęterarũq; rerũ  
uaria simul atq; multiplici commutatione extincta sit: ita uel ex plurib; /  
pauca deligebant: uel ipsa plura mirifice uel orationis incredibili breuiter  
completebantur: sicut etiam nōnunq; inopia rerum coacti id par: quod  
inuenitur eo efferũt: atq; amplificant: quo & si re uera pauca: uel unũ tm̄  
modo dicant: multis tamen rationibus rem suam corroborare uideãtur.  
Quorũ incredibilem inuentionẽ imitari fortassis non nullus poterit: si  
quũ hęc p̄cepta nostra ita consequetur: ut quę ex his in quacũq; causa  
inueniri poterint: facile intelligat: quid his dictum sit: quid omissum di  
ligenter examinet: sed de his satis nunc eius loci: quem cōprehensionẽ  
posse appellari latine putamus: quod causam totã contineat: atq; cōpre  
hendat tractationem aperiemus. Nam is quidem locus non quemad  
modum cęteri ut dictum est: sed alio quodã modo confirmari solẽ: quẽ  
diligentius exponemus: quoniã totam causam ab initio ad finem com  
plectitur. Fluit ergo comprehensio a circũstantiis. confirmatur aut non  
a circũstantiis ut cęteri: sed a quadam aut totius in minora: uel pauciora  
incisione: aut similiũ enumeratione: aut fictoria ratione: quę oppositũ  
rei confingat: hoc modo. Magus quidam: quum cuius alicuius filiam in  
uxorem peteret: & repulsus est: cuiusdam simulacri deinde amorib; capta  
puella furit. Magus reus fit ueneficii. amores subdiuidendo sic confirma  
bis comprehensionem: simulacrum amat puella: quę si uirum quẽpiam  
amarẽ: non ego te ueneficii accusarẽ: si te ipm arderẽ: artes tuę magicę  
mibi suspectę non essent. a similiũ partitione: ac enumeratione sic. Si  
alium quendã furorem furerẽ: si alia egritudine laborarẽ: nō te accusa  
rem. Item ab opposita ratione fictoria sic: si non amarẽ: si non cuperẽ.  
Si improbo desyderio non arderẽ: nihil ego de uenenis tuis quererẽ.  
hic dicendum mihi esse arbitror omnẽ incisionem: qua comprehensio  
approbatur fictoriam nobis uideri. Vex quod ex opposito confingitur.  
aut quod ad exemplum suũ: contrarium infertur fictorium. alias ratioẽs  
quibus comprehensio confirmatur: unam toti; in minora siue pauciora  
alterã similiũ partitionem: ut dilucidior: ac meõratu faciliõ p̄ceptio  
fierẽ: appellare placuit: totius incisione in pauciora utemur: quũ totum  
huiusmodi ẽ: ut minorem suscipiat numerũ: hoc modo. tres quidã filios

simul interfecit lege qua parentes in filios absolutã potestatem habere  
uidentur: reus est cędis: tres simul interfecit filios: si duos interfecisset: si  
unum solum: si non filium: non ne adhuc moleste ferretis? Sciendum  
aut huiusmodi nōnunq; partitiones etiã ad maiora fieri posse: quod ac  
cidit: quum negam; aliquid faciendũ certo aut p̄cio: aut gratia: ut i hoc  
exemplo. misit centum philippus talenta atheniensibus: quib; demost  
henes sibi traderetur. in minora diuides sic. iis ego talentis non dico  
hipidem: aut eschynem: sed neq; plebeium quẽdam: aut opificem: non  
minimum: atq; inutilissimum ciuem p̄berem: ne dum demosthenem  
qui libertatem gręcię cũ prudentia: tum eloquentia sua tutatus est. In  
maiora hoc pacto centũ talenta dat: non si mille darẽ: non si decem mi  
lia: non si ciuitates: non si gentes: prouintias: ac regna omnia simul con  
ferrẽ: demosthenem qui libertatem gręcię cum prudentia: tũ eloquen  
tia sua tutatus est: ei traderem. approbatur autem comprehensio miõrũ  
aut maiorum: aut similiũ partitione quadam: aut incisione: & fictoria  
ratione: quã ex opposito rei iueniri diximus. Quare etiam conformatiõ  
nes in his: quę ab initio ad finem uocamus perutiles sunt. Amplificant  
enim orationis uim: ac ut multo maior uideatur facile conficiunt. P̄te  
rea ipsa natura rer; quę quodãmodo ut dictum est tota fingitur. Cõfor  
mationes iure suo postulare uidentur. Verum si ad unã rem approbandã  
ptitiones: tum ad maiora: tum ad minora: aut similia inueiuntur: ac oĩa  
occupare dicendo in animo est: uehemētissimi uidebimur oratores: si fa  
tietatem orationis fugiemus. Nam uarietas quidem ubiq; non delectati  
onis solum: sed etiã dignitatis affert plurimum. hoc autẽ in loco etiam  
necessaria est: ne propter similitudinem rationum: quippe quę omnes  
a quadam partitione fluunt: simili quodam modo prolata oratio satie  
tate contemnetur. Varia ergo erit oratio si confirmationes nunc inter  
rogatione: modo infinite: nōnunq; per conuersionem aliisq; colorib; ef  
feramus. Multis enim & uariis exornationibus copia oratoris: quõs sen  
tentia exornari potest oppositionem etiam: quam exornationem multi  
nos etiã argumētationem putauimus huiusmodi rōnes facile suscipiũt  
cui; exẽplũ ut p̄ceptio clariõ fiat: ponere nō grauabimur. Ego si eos  
tuos filios (si tui dicendi sunt quos crudelissime trucidasti.) aut uerberi  
bus affecisses: aut exilio: & abdicatione notasses: moleste tum etiã ferrẽ  
tot pulcherrimos iuuenes: uel charissimo patre solo priuari: uel p̄terq;  
equum sit uerberibus cędi. Nunc uero quum non abdicatione nō exilio:  
non uerberibus: sed morte tres simul abstuleris: non expostulem: non ac  
cusem: non grauiter feram: & qui si unum interfecisses exclamarẽ: nũc  
tribus necatis silebo: quod si ego tacerem: nō ne pietes domus ubi nati  
non ne ipsa urbs: ubi educati doctiq; sunt: exclamarent: Sed ne longior  
sim: si conformationẽ hoc ẽ orōnes: quę aut urbi: aut claro uiro mortuo

De Comprehensione

Conformationes



Cap. de locis q in Topicis  
tractari solent

Loca

Genus

Species

Dna

Proprium

uel absentia attribui solent: conscriberem: ad precipiendum redeam. Nam hic maxime: & in porationibus conformationes locum possidere solent: quod ergo dicebam: quonia harum rationum que ex simili quadam partitione profluunt: uitanda est fatietas: nunc oppositionibus: nunc circuitu: aliis breuioribus: longioribus aliis: modo miuto quodam: & quasi puncti elato genere orationis: modo graui: & elegante: de quibus postremo quum deformis: quas nos ideas orationis appellamus differendum erit diligenter dicemus. his ergo atque aliis modis: quos omnes dicere longum est & oronis fastidium: quod similitudine sit effugere facile poterimus. **¶** Vex quonia que ad argumtationem attinet: iam satis patent. Nunc primo dabimus opera: ut breuiter hi loci pateant: quos in topicis tractare multos perspeximus: deinde eos ipsos locos ad circustantias reducemus: ut ex hoc planissimum fiat omnis oratoris facultatis locos in circustantiis fundari: qua ex re illud etiam utilitatis consequemur: quod dilucidior: ac facilius nobis rationum copia fiet: si quibus locis ex unaqueque circustantia quicquid confirmetur nouerimus. Inueniuntur igitur rationes: ac argumta a genere: species: differentia: proprio: diffinitione: toto: partibus: causis: effectis: uisibus: adiutis: iudicatis: simili: maiore: minore: pari: proportioe: oppositis: transumptione: casu: coniugatis: diuisione: quos omnes & si rationum sedes dicimus: tamen a nonnullis confirmationes quoque fluxere iam dictum est. **¶** Genus est quod species continet: hoc ad probandum spem nimium ualere: plurimum ad refellendam. nam quod non est uirtus: nec iustitia. quod si uirtus hoc est: non idcirco statim iustitia erit. Item si argentum omne legauit: signatum quoque: non tamen quonia celatum argentum legauit: omne tibi argentum petendum existimes: quod si tam celatum que non celatum legauit omne legauit: sicut econuerso nullum. **¶** Species est: que generi subiecta est: que contra plurimum ad probandum genus nimium ad refutandum ualere: nam quod iustitia est: id uirtus est: non tamen quod iustitia non est id quoque uirtus non est. Remouetur autem genus necessario: si quis formas subiectas ei omnes diligenter per enumerationem negauerit. Nam quod nec ratione utitur: nec brutum est: id quidem nec animal est. **¶** Differentia est: qua genus deducitur in speciem. a differentia: equaliter & infertur: & remouetur species. genus etiam comprobatur non improbat. nam quum rationis homo sit particeps: quod ratione carere: nec homo: non autem idcirco quonia ratione careat: nec animal est. **¶** Proprium est: quod soli accidit ut homini risus. proprium id cuius proprium est: & positum infert: & remotum aufert: ut si risibile sit: homo utique. si risibile non sit: nec homo. Item econtra. quod homo non est: nec risibile: que si homo: etiam risibile. Hoc proprio oratores diffinitiones inferre ut plurimum solent: ut si tyrannicide proprium est tyrannide ciuitatem liberare: hic tyrannicide est: liberauit enim. Item econtrario tyrannicide proprium est

tyrannum occidere. hic non occidit. ratio igitur: que a proprio: quod soli & semper accidit trahitur difficillime soluitur que uero ab huiusmodi proprio inuenitur: quod aliis quoque accidit: quum affirmare & facile soluitur: ut si tyrannum occidere tyrannicide proprium est: & carnifices qui sibi traditos tyrannos trucidare solent: tyrannicide diceremus: Et premia his secundum legem afferremus: quod si id nunquam fecimus: nec tu hos tyrannicide dices: nec illud tyrannicide proprium dicendum est. quum remoueat necessaria uidetur: ut si bipes non est: nec homo. si tyrannidem non oppressit: nec tyrannicide. **¶** Diffinitio est unius cuiusque rei breuiter & absolute potestatem complectens oratio: hec ut proprium: & remouere: & inferre rem solent: ut si animal rationale est: & homo est: si animal rationale non est: nec homo. Reprehendimus uero huiusmodi rationes: que ex diffinitione capiuntur. si autem propter multitudinem uerborum res nimium que necesse sit contrahi uidentur: aut propter paucitatem aliquid quoque res cum ea que diffinienda est concipiuntur: Aut quum genus rei diffiniende: uel differentia non commode assignata uideatur. hec autem oia facile perspicuntur: si diffinitionem ita cum eo quod diffinitio conuertere coneris: ut ex diffinitione res: & ex re diffinitio consequatur. Quod si non accidit diffinitio labefactanda est: aut quod non uertatur: aut quod genus: uel differentia non huiusmodi sunt: ut illam rem conficere posse uideatur. hoc modo. monetam omnem uxori legauit: celatum autem argentum moneta est: argentum igitur celatum omne solum legauit. Quid enim dicere quispiam ex argento ne solum fieri monetam putas: & quod nam celatum argentum monetam dices: pateras ne: ac huiusmodi celata uasa. At hec nemo unquam monetam dicenda putauit. Constituuntur etiam diffinitiones ex accidentibus solum & genere: ut si coruum dices autem nigram: aut hominem animal bipes: quam diffinitionem descriptionem communiter appellant. Verum oratores ea plerumque utantur diffinitione: que ex enumeratione absolute partibus constat partes autem hic non solum eas: que una queque totum constituit: quas Cicero formas: alii species nominant. In telligimur: Vex etiam eas: que nisi omnes una componantur: totum nunquam efficiunt ut res. p. e. que aut populi aut paucoy: aut unius potestate regitur. Item Cicero ad Herennium demonstratiuum est: que tribuitur in alicuius certe persone laudem: uel uituperationem. huiusmodi diffinitiones facile confutantur: si non conuertuntur: ut superius dictum est: quod accidit: si autem non propria sumuntur accidentia: que semper rei inhereant: aut si aliqua pars pretermittitur in enumeratione: ut si quis diceret iniurias esse: que aut pulsatione corpus: aut conuicio aures afficiunt. quid enim diceret quispiam: non ne iniurias etiam putas: quibus turpitudine uita uiolatur: ad huc diffinitionis locum illum etiam reducimus modum: que quum a τὸ μολογίαν nos: latini forsan nominis interpretationem: aut notationem appellare

Diffinitio

αιτυμολογια



Cicero p Roscio . sc̄. 10

Totum

Causa

Efficax

possunt. Chryfogonus hic ideo noīatus est : quia sibi aurum undecunq; pariat. quo fere cicero pro sexto ro. contra chryfogonum utitur χρυσός enim apud nos aurum: γονή foetum significat : quę uero diffinitiones a proprio constant: differentia soluūtur: quod superius adaptum est. hanc diffinitionem ab illa: quam locum principalem i nonnullis statib; posuimus: in hoc maxime differre uolumus: q̄ ista rationis uim asserre soleat: illa totius argumētationis fundamētum plerunq; est. Quare illa causę: hęc argumentationis pars inueitur. ¶ Totum est quod partibus constituitur: partes sunt quę simul captę totum cōstituūt. a toto inferūtur partes non remouentur: si tota respub. consilio gubernanda uidetur: & domus: & unuquicq; ciuium: non tamē quoniā res. p. fortunę commit tenda non est: idcirco nec tu casui te committes : nec enī quoniam tota domus reintegranda non est: idcirco & pies unus. partes etiam si simul commode colliguntur totum inferre solent: quas & si singulas auferas: totum dirues: non enim r. p. dicenda est: cui nullę subsunt familię: cuius modi: anteq; sabine raperentur: romana res fuisse a multis traditur: uerū totum & partes simili rōne in tempore: q̄titate: & loco etiam consydera tur: nam quod semper agendum est: & nunc. quod ubiq; est: etiā hic nō abest: ac in aliis eadem ratione. Causa est quā effectus consequitur: ea q̄ dripartito diuiditur: in efficientem: materialem: formalem: & finalem. ac causa efficiēte: quam natura sui effectus cōsequitur: ita ducitur ratio ut dum ea insit: effectus quoq; inesse iudicetur: hoc modo. nō potest nō esse dies: quum sol super terram sit: nec incorruptam uideri posse: si cū uiro concubuit: si sapientia bonum uirum facit: & ipsa bona: uirtus affert laudem: sequenda igitur. uoluptas infamiam: ergo fugienda: corpus in lumine: umbram ergo facit. hęc idem ualent: si retro agis: ea uero nō ex alia parte necessaria sunt: quę quoq; aliis causis fieri possunt. sol colorat sed non omne coloratum a sole est: iter puluerulentum facit: sed nō omne nec quicquid puluerulentum est: ex itinere est. omnino autem & breui notandum: q̄ qui effectus ab unica causa procedunt: ea posita inferūt: & ablata remouentur. qui uero a diuersis fluunt: una posita inferuntur: & unam inferunt: nec negari recte possunt: nisi causas omnes abstuleris q̄ si huiusmodi causa efficiens esset: ut non natura magis: q̄ uoluntate effectum consequi posse uideatur: quod in his semper accidit: quę arte conficiuntur: tunc nisi quod efficere dicitur: aliis quoq; causis : ac circūstantiis corroboretur: infirmum esse necesse est: ut si dicas timēdum eē ne teucris mare occupent: quoniam fabricatores nauium optimos hēant nisi constet lignorum quoq; ac ferri: quibus tanq̄ materia naues cōficiuntur: copiam eos possidere: nisi maritima loca: portusq; habeant: iqb; tum instruere tum conseruare naues possunt: nisi pitos nauitas : ac nauigationis expertos teucros esse intelligamus : nisi deniq; utilitas aliqua:

Temp  
quibus  
locis.

quali finis appareat: qui eos ad occupandum mare iducere possit: nihil illa ratione efficiens. quare oportebit: quū huiusmodi res accidit cōmode omnia sub unum aspectum conferre: ne quid rei quā probare uolumus: obistere queat: quod si confutamus: diligenter aduertēdum est : si quid tale ab aduersariis relictum est: quo ratio eorū refutari possit: aut si omnia recte pronūtiarunt: aliquid earum non sufficere dicemus: ut si materię eis non sufficere dices ad tantas naues preparandas: quod si his oībus aduersari; urg&: tunc aut illos maioribus occupatos: hic rei nō duros operam: aut quum nobis certa pericula immineāt aliunde: stultum esse dices his non mederi: quę nūc urbē agitant. de futuris quę utrum eueiant incertum est uehemter timere. at hęc quidem si cōfirmas: ita simul omnia complicanda sunt. in reprehensione aut unū negare sufficit: hoc modo non esse corruptam: quū uirum nunq; cognouerit. non eē occupaturos teucros mare: quoniā eius rei notitiam non habeāt: aut quia materies: uel nauiculatores sibi desint : aut quia portuosa teucris minime sit. A materia: ex qua sol& aliquid fieri: similiter argues rem esse: si cetera: quę ad rem pertinet concurrere uidentur: hoc modo. habet mauri ferrū: habent fabros. Quare non est dubium arma eos posse fabricare. ecōtra uero negatio sola rem auferit: nā si ferrum nō habēt : nec quod ex ferro fit eos fabricare posse dubium est. A forma: quę aptitudinem quandam ac habitum rei pręb&: ita ducis argumentum: si dicer& aduersarius paucos habere ad tantas naues preparandas nauiculatores teucrum. At illos inquit homines natos esse : insitum sibi esse ingenium posse breui ex paucis: uel etiā ab unico huius rei artificium multos accipere. Quare nō esse negligendum. similiter econtra si formam hoc est si naturā & potestatem rei huiusce esse negabis necessario: quod dicitur reprehēdes : hoc modo. aperte mentiuntur poetę uolasse dedalum: nam quod natura negat neinem facere posse: haud dubium est. finis: cui; gratia cetera quoq; querūtur: coniecturalibus causis: ac deliberatiuis ualde utilis est. In coniecturali enim causa uolūtatem sine approbare: ac improbare ferme sēp solemus: & in consultationibus faciūdum : aut non faciūdum aliquid: finis causa dicimus: ex fine ita rationes ducūtur quęadmodum: ex efficiēte duci putabamus. Nam ut in his quę natura inter se consequuntur: tū probare: tum reprobare solo sine possumus : ita quum uoluntatem sine arguimus: nisi cetera conueniant: non ualde ueresimiliter dicere putabimur. quare & cicero quum causam afferrent aduersarii: cur patrē sextus Roscius occiderat: quod eum rure relegass& : quod patri non placer&: q̄ ex hęredare cogitass&: primo uitam roscii tanto facinori nō conueire ac deinde ipam causam facile infirmat. quare oport& omnia : quę ad rē pertinent: simul cum fine inferre : quum uoluisse reum ostēdere uolueris ne nobis quoque aduersarius ita insult& : ut clarissimus ille orator sexti

materia

forma

finis

Cicero p Sexto Roscio



rosarii aduersarios irridet: quanto sceleri uita rosarii non conuenit: quis ille potius ut soluat: quam quod facile solutus uideretur: derideat. Verum nos debilitari facile finem si etiam negari non possit: quum cetera non conuenire dicuntur: intelligamus. et hec quidem ita se habent: illa uero que natura sui propter finem adhibentur: aut mouentur posito fine: consequuntur necessario. bona enim est uirtus: quoniam & beatitudo bona: & res publica bona est. quoniam & congregatio: ac cohabitatio hominum. **Effectus** quum ad rem pertinet: idem plerumque fini solent inueniri: sic enim tam uirtutis beatitudinem: quam peccati poenas effectum appellare solemus. Verum quum nonnullis in rebus a fine separetur: seorsum locum quoque ab effectibus ponendum duximus: ut si quis constructionem: ac edificationem bonam dicet: quoniam & domus. non enim a fine hic edificationis: siue constructionis domi: Verum ab effectibus ratio trahitur. Nam edificationis quod finis is est precipue: qui nos maxime ad edificandum mouet. mouet autem non domus: sed usus eius. Illud etiam notare debet ad diuersas causas diuersos effectus consequi: & ad oppositas oppositos. **Locum ab usibus** eum appellamus: qui secundum uniuscuiusque rei usum nobis rationes suppeditat: ut si bonum esse dicas equitare: equum quoque bonum contendas oportet. Et si nauigare dicis oportere: & naues habere necessario. equitare etenim equorum: nauigare nauium usus est. **Generatio** est qua fit ut aliquid sit. corruptionem uero dicimus: qua fit: ne quid sit: ab his ita ducuntur rationes: & cuius generatio bona: uel mala sit: ipsum quoque: quod si corruptio bona: ipsum malum. si mala: ipsum bonum. Nam quoniam corrumpi rem publicam perniciosum est: Idcirco rem publicam bonam esse affirmabimus: & quoniam concordiam ciuium optimam: ideo & ciuitatem. **Adiuncta** que etiam communitate dicere solemus: sunt que aut sepe: aut plerumque rem consequuntur: ut si dicas sapientem fuisse cesarem: quam nullius unquam rei eum poenituisse: aut stultum. M. anto. quod nihil unquam a gere potuisse: cuius ilico se non poenituerit. aut si ideo reum fecisse quod arguis: quoniam quum ad eum uentum fuisset: erubuisse: titubasse: inconstanter locutus esset: aut aliquid huius fecerit. Nam hec omnia communitate his accidere solent: qui sibi ipsis conscius sunt. **adiuncta** sub eadem ratione uerere debet: & natura inter se congruere. sic. n. ista uerisimilia sunt: ut ferme necessaria uideantur. si rhodiis portorium locare honestum est: & hermacreonti conducere: si iustitia bonum: recte iudicandum: si malum perfidia: non fallendum: quem quis amat prudens non ledit: quem heredem fecit: earum habuit. Quoniam hec omnes: que a communitate accedunt inueniuntur: necessitatem afferunt sermoni non minima: si ab his ducuntur que a re sepe non possunt. Idcirco sola negatione confutari solent. Nam si concedis nullius unquam rei poenitentiam egisse cesarem: quum tantis eum compotem fuisse constat: sapientem quoque eum uelis nolisse dicere

Effectus

Usus

Generatio  
Corruptio

Adiuncta. accidentia

acomunitate accidentibus

oportebit. Quare id negare oportebit ita fuisse: sed eum nonnunquam aut etiam sepe numero ea egisse dices: que postea facta uolebat: hunc modum: & in his que ab effectibus: aut usibus: aut generatione: ac corruptione trahuntur: & omnino in omnibus: que positae: aut remotae: necesse erit aliquid confici: quod nos uulneret & diligenter obseruabimus. in his uero: que non necessario quicquam conficiunt: preter hunc modum etiam facile poteris: quum rem concedas: alia id de causa factum contendere: ut si non ideo diceret accusator non expalluisse reum: quoniam innocens esset: sed quoniam in huiusmodi rebus a pueritia uersatus eo audaciter uenerit: ut nihil sibi putaret timendum: e converso quoque si pertimuisse reus concedit: poterit magnitudine se periculi commotum non conscientia dicere. Illud etiam in his omnibus: que aut se inuicem: aut unum ex altero quacumque ratione consequuntur diligenter notandum antecedente posito consequens inferri: & e contra imprimis remoto quoque auferris imprimis. & e contra in omnibus. **locus a rei iudicio:** quem ab auctoritate sepe nominamus: is est: qui iudicio & auctoritate alicuius ea in re perit. **Simile** est quod ex re diuersa ad rem qua deagitur sic aliquid eiusdem rationis accommodat: ut propter similitudinem assentire cogat auditores: quod & dupliciter nonnunquam effertur: hoc modo. Nam ut in nauigatione antequam nauis submersa sit: omnes uigilare: ac niti solent: ne submergantur: quum nauis euersa fuerit: eam amplius nemo gubernat. Ita res publica dum incolumis sit omnibus uiribus tueri oportet. Quum oppressa fuerit: frustra eam amplectere. In confutatione aut similitudo neganda est: aut alia comodior adducenda: neganda hoc modo. non ita oportet ut in nauigatione censet & festinare. submersam enim nauem nullam saluam nouimus: oppressas ab hostibus ciuitates: multas etiam nunc rerum potiri uidemus. aliam commodiorem opponemus: hoc modo. Nam si dum bellum indicatur: preparati expectamus: non ut impiti nauis: antequam tempestas erumpat trepidatione nauem submergant. Ita nos antequam bellum indicatur: difficillimo bello nos implicabimus. Verum ut fortis: ac sue rei doctissimus gubernator minime tempestatem quum absit: desiderat: quum adsit non timet. Sic nos pacem: quoad possumus amplectemur: quum bellum infertur: fortiter suscipiemus. hec similitudo: si ornandi causa: uel apertius dicendi uel ante oculos ponendi: sumitur. orationis magis exornatio: quam argumentum dicenda est: quum uero probandi causa accipitur argumentum: & confirmatio est: quod facile uidebis: si orationis: que per similitudinem fit: ablata compositione rerum uim nudam consideres: sic enim que probant: non facile arguuntur. rei. p. oppressae frustra auxiliari: quam & nauis submersae: & ante naufragium niti ne nauis submergatur boni gubernatoris est. ergo & ciuis boni antequam opprimatur res publica. conari ne fluctibus obruatur. Item si continentia uirtus & abstinentia. si fidem det tutor & procurator: quod

Locus a rei iudicio  
uel ab aucte

Locus a simili

7.

Similitudo color



mulieri. idem pupillo. At illud non huiusmodi est: non ut qui currenti succedit uelocior ad cursum est: sic qui imperatori ad regendum exercitum melior: nec ut nauis noua melior sic & amicitia. Quare quod probat simile. cetera similitudinis nomine appellentur. Illud quoque notandum simile per negationem etiam effertur: hoc modo. neque equus idonitus: quis bonus natura sit ad eas utilitates: que ab eo desiderantur: idoneus est: nec homo indoctus quis sit ingeniosus: is est: a quo uirtutis fructus elicere possit. **Maius est id: a quo id quod minus est continetur. Minus est quod maiori supponitur. par quod nec continetur: nec continetur: sed equalitatis compationi confertur. a maiore argumentum dicitur: quam minus inferitur: hoc modo. non expugnatum hannibalem romanos: quoniam nec galli: aut frustra pyrhum in scythas iturum: quoniam & darius qui sacrilegium facit: facit & furtum. si adulter occidere licet: et loris cedere. si mundus prudentia regitur: & respublica: prouidentia regenda: & si res. p. & domus a minore: quum maius inferitur sic facile romanus per fas superaturus est: quam & grecus. si fure cedere licet & latronem: si furtum scelus: & sacrilegium: Si abstinentia uirtus: & continentia pari: qui ob rem iudicandam inique pecuniam accepit: & ob dicendum falsum testimonium accipiet: que poena qui patrem interfecit puniendus: eadem & qui matrem: & si nulla ille: neque hic. & econtrario: confutabis: si aut rem negabis: quod uerbi gratia greci non per fas superassent: aut non huiusmodi rem dices: ut si non minores: tunc grecos que nunc sit romana potentia: aut si fortiores nunc esse per fas contendes: que olim fuissent: que tum gentium multitudine: tum armorum peritia exercitationeque comprobabis. Item si minoris modus maiori attribuitur: aut econtra quod & si facilius intellectu: que dictu sit: tamen breuidicam quomodo fieri debeat. maius & minus: aut in his sunt: quibus aliquid accommodatur: aut in iis que cuique accommodantur. Si primo modo comperatio fit: & non maius: nec minus. & si minus: & maius. si secundo & maius conueniet: & minus: que si non minus: neque maius: neque retro agere oportet. Nam si maius primo modo est: non idcirco minus est: aut non est. Et si minus secundo modo conuenit: non idcirco maius conueniet. Quare maius: & minus in rebus (sic enim secundum modum appellamus) contrario quodam modo: atque in personis tractanda sunt. Verum que diximus ad ipsius solum minoris maiorisque naturam referantur. Nam si quid ex circumstantiis accidere intelligitur: horum quoque opposita ut credibilia suscipienda oratori censemus: ut hoc qui facile & palam mentitur: peierabit. huiusmodi rationem a maiore. scilicet a minore: uel in numero iueniri: rerumque naturam consequi nullus dubitabit. nam qui decem dare potest: & quinque: qui se quinque negauit daturum & decem. Exemplum est rei geste commemoratio: que ad propositum probandum improbandumue ducit. exemplum aut modo simile: aut contrarium: aut maius: aut minus re: cui**

Similitudo p negatione

De loco a maiori am  
non apud

a maiori negat

a maiori affirmat

A minori

&

Apud

Infirmatio loco huiusmodi

ro qua argui debeat

de Exemplo

confertur: sol & simile iure occisum saturninum: quoniam & gracchum contrarium: uel dissimile: at non ille satum quo te mentiris achilles talis in hoste fuit priamo. sed iura fidemque supplicis erubuit. Item brutus filios prodicionem molientes occidit. Manlius uirtutem filii morte multauit. Marcellus ornamenta syracusanis hostibus restituit: Verres eadem sociis abstulit. Maius si propter matrimonium uiolatum troia euersa est: quid fieri adultero par est: Minus si tibicines cum ex urbe recessissent publice reuocati sunt ciuitatis principes: qui bene de republica. meriti sunt. cum in uideque cesserint ab exilio reducendi. In exemplis minora magis mouent. Unde magis ad fortitudinem incitat lucretia: quam cato. Inter exemplum & locum ab auctoritate: quis in utroque certum nomen auctoris commoeretur: hoc interest: que in uno iudicio hominis nitimur: in altero non sententiam cuiusque sequimur: sed facti ad rem nostram similitudine iuamur. exemplum: & locus a rei iudicio: quum inter se conueniant: similiter confutantur. Simile igitur dissimile: impar simile ostendatur genere: natura: uel magnitudine: multitudine: tempore: loco: causa: persona: opinione: modo. genere extingui intellectum: quoniam & uisum. sed is materialis. natura sequatur uoluptatem homo: quoniam & cetera animalia: at ratione gubernatur. Vi insit iuuentuti seueritas que dam: & grauitas: quoniam & seibus: sed iocunditas iuuentutis propria. magnitudine: si forte non electione gubernator nauis: nec imperator classis. at maiore maius ratione gerendum. multitudine forte nostre ne: an hostium hec ciuitates sint diiudicemus. sic enim & maiores de duabus fecerunt: sed in pluribus maius periculum. tempore continuet pom. imperium: quoniam & Marius: sed ille atrocissima reipublice. tepestare: nunc urgere nemo. Loco & causa quam in italia bellum sit: non traiciantur in africam copie: ne simile quid cum atheniensibus patiamur: sed longius illi: & in ignota loca. propius nos: & incognita: & ea ex re alios quoque hostes illi attraxerunt. Nos hannibalem qui & cum eo exercitus est ex italia pellemus. persona continuet marius imperium. Quoniam & scipio: at ille sanctus uir: libidine istius: ne quid incommodi accidat cauendum. opinione si similia dicuntur: que non ita ducuntur. Modo qui cereris sacra stuprauit obeuntem ea poena plectatur: qua que ueste obeuntem sacra corrumpit: sed que maiore conatu suscipiuntur peccata atrocius punienda. multa etiam horum ad eiusdem euerfionem concurrere clarum est: ut ad idem uiat hec uirgo: illa matrona. loco in domo illa: hec in templo. idem etiam a diuersis fluere uidetur. At hec ueste consecrata: illa non cereri ui & magnitudine: sed unum horum confutatum sufficit. confirmanti id maxime aduertendum: quo similitudo negari potest: si negari non potest: uidendum si aut reprehensum: aut minus laudatum exemplum sit hec in omnibus que similitudinem habet: excogitari possunt. que a simili dicit: non ipsam rem si tota toti: Verum si quod ad rem pertinet & simile

In Verrem. C.

exemplorum uis maxima

Dna inter exemplum  
locum ab auctore.

Infirmatio huiusmodi loco

Defensio loco



De locis appoitione

fit considerabitur. **L**oc<sup>9</sup> a proportioe dicitur similitudinis quedam diligenter facta collatio: hoc pacto. Nam quoniam ita se habet gubernator ad nauem regendam iudices: quemadmodum magistratus ad disponendam rem pub. Idcirco cum diligente cura: & acri iudicio: non sorte gubernator eligatur: nec magistratus quidem sorte potius quam iudicio in ciuitate sunt eligendi. is locus a simili differt: quoniam ibi a simili simile infertur: hic similitudinis: ac proportionis collatio fit: quod ut clarius pateat in eodem exemplo utrumque ostendamus. A simili sic. nam ut gubernator non sorte: sed iudicio eligitur: ita in re. p. magistratus eligendi sunt. A proportioe hoc pacto. ita se habet ad nauem gubernator: ut ad rem. p. magistratus at gubernator iudicio non sorte eligitur: Quare oportet & iudicio quoque non sorte magistratus ciuitatis eligere. A minore uero uel maiore in quo locus a proportioe differat manifestum est: quae enim ibi similitudo attenditur: aut minoris aut maioris est: ut si ita diceret. quod si nautis gubernator arte: non sorte eligitur: multo magis a ciuibus magistratus iudicio non sorte eligendi sunt. A minore: non a simili: nec a proportioe argumentum caperes. hunc locum confutabimus: si aut proportionis similitudinem negabimus: aut ea concessa ab euentu diuerso rationem infirmabimus. Nam si concedis in proposito exemplo proportionis similitudinem: poteris dicere nautis non esse quicquam timendum: si ratione gubernatorem discernunt. At in repub. uehementer metuendum esse si sepe prestantiores ciuitatem imperio regant: ne in paucorum potestate res. p. concedat. Nam id euenire hic facile: ibi ne timeri quidem possit. **L**ocum ab oppositis: in quibus partes diuidimus: nam quod ad propositum pertinet & omnis oppositio aut priuationis: & habitus est: aut affirmationis: & negationis: aut relationis: aut contrariorum: aut disperatorum. priuatio est qua aliquid: quum innatum sit esse non inest: Cuius oppositum habitum appellamus. ab his ita sumitur argumentum: non est oculorum proprium ut uideant: multi enim quum habeant oculos carent uisu. Item contrario non est solum cecus: qui caret oculis: nam multos tam & si oculos habeant: tamen cecos appellare non dubitamus. A negatione sumitur argumentum: quum quidem ab ea sequitur affirmatio: & e contra hoc modo. pacem contempserunt carthagenenses. In hispania enim nostros socios sollicitant. nullam romanam carthagenes attulit iniuriam: neque causam belli unquam dedit: Quare bene fortuna iudicauit: quum italicam africanam subiecerit. locus a relatiue oppositis appellatur: quum ab altero eorum: quae inter se referuntur alterum infertur: hoc modo. uniuersa graecia atheniensibus subiecta fuit toti enim graeciae athenienses imperabant. Item carthageneses romanis subiectos fuisse conceditis. Quare dubium non est carthaginem romanis imperitasse. hoc confutatur: si aut quod infertur relatiuum negatur: aut nis relationis: non huiusmodi esse ostenditur: ut unum positum Alterum

De loco ab oppositis

A relatiuis

sequatur. Contraria sunt: quae in eodem genere posita inter se plurimum distant horum quedam mediata: quedam immediata uocantur. mediata dicimus: quae huiusmodi sunt: ut uno remoto: non necessario alterum ponatur. non enim sequitur: quod album non est: id est nigrum. Immediata sunt: quum uno remoto: alterum necessario ponitur. nam hominem non sanum: egrum esse necesse est: & si frugalitas bonum: luxuria malum: si qui consulto profuit premio afficiendus est. qui obfuit affligendus: poena: qui imprudenter nocuit: uenia dignus. quum qui utilitati fuit: nulla laude: & dupliciter prudenter obesse puniendus: quum imprudenter profuisse non laudandum in his omnibus quum unum conceditur: cetera negare necesse est. Nam quod album est: nec nigrum: nec rubeum est: & qui stultus est: eum parum sapere necesse est. Immediatis confutabis. si uno contrariorum remoto: reliquum ponitur. In omnibus autem oppositis considerandum erit sit ne opposita: an non: quod facile: praeterquam in relatiuis consequeris: si poteris ea: quae tanquam opposita praesentant: sibi ipsis conuenientia: hoc est simul inesse demonstrare. dispersa dicuntur: quae sub eodem genere posita diuersis differentiis: uel propriis sepantur: nobis hic ita late pateant: ut genere quoque diuersa dispersa dicantur: ut non subsistere colore substantiam a qualitate differre: ab his ita sumitur argumentum: ut uno quodam posito: cetera omnia remoueantur: quod. nam. asinus est: id nec homo: nec equus: nec quicquam huiusmodi esse potest: & qui argentum decem pedo deposuit: is tantumdem auti repetere non debet. dispersum genere differentia proprio quod soli accidat. diffinitione diuersitate: uel oppositione causarum opinione quoque inferri potest. atque uti diuersitate horum comprobatur. ita differentiam propriam diffinitione diuersa esse confirmat. **T**ransumptionem appellamus: quum magis notum posimus uerbum: ut ex eo minus quoque notum appareat: ut si dicas ideo philosophum non iudicare: quum nec sapiens. **T**ransumptio a nominis interpretatione differt: quoniam hic nil exponitur: sed notiore quod dubium infertur. ibi expositio nominis affertur hoc modo. sapiens non iudicat & philosophus amator sapientiae est: non igitur iudicat & philosophus. **C**onjugata dicuntur: quae ab eodem deducta diuerso modo flectuntur: ut a iustitia iustus a uim: quae inter se: & cum ipsa iustitia coniugata dicimus: ab his ita sumitur argumentum: quoniam iustitia uirtus est: Idcirco iustum uirtuosum esse necesse est. In confutatione attendere decebit. primo: si coniugata sunt quae dicuntur: neque enim. huiusmodi sunt: quae per se non sunt. Unde nec sequitur: quum album hic iustum sit: idcirco albedinem hanc iniustitiam esse: deinde an ita sit: quemadmodum illa oratio significat ex qua uis argumenti fluere uideretur. **C**asus dicitur nominis alicuius inflexio in aduerbiu: ut iustus iuste: malus male. A casibus ita ducitur argumentum: quemadmodum a coniugatis. Nam quum carthaginem destruere utile est: idcirco utiliter destrui potest carthago. **D**iuisio est oppositorum disiunctio: quae duplex est: nam aut per negationem fit: aut per petitionem. per negationem sic: aut utile est nobis bellum regi persequi iudicare: aut non: sed non confert iudicare: quiescere igitur utile est. per petitionem: sex modis maxime diuisio fit: aut quum genus subiectas

a contrariis

Inmediatis opposita

De loco a transumptione

A Coniugatis locus

A Casibus locus

A Diuisione



Alexander nunq; habuit: nam nisi quod manu teneri potest: ui nō ha  
betur: ius incorporale esse: quare donatione in alium aut testamento i  
hēredem transire posse: ui eripi non posse: aliam uictoris: aliam hēre  
dis esse conditionem: quoniam ad hūc ius cum re: ad illum res tantū  
transeat. **Ad hęc** si maxime subiectorum ius i uictorem transire pos  
sit: non omnes subiectos Alexandro thebanos fuisse: plurimos profu  
gisse: qui quum liberi semper uixerit: ac nunc in patriam redūti sint  
illis pecunias post euerfionem urbis non Alexandro subiectis thessa  
los debuisse: qd̄ rei. pu. debetur: omnibus debetur icolūi ciuitate urbe  
capta iis deberi: qui non seruiunt seruos nullum ius ciuitatis retine  
re. **P̄terea** si etiam potuiss& Alexander iure donare quod nō potuit  
thebanis a cassandro restitutis ius omne restitutū: ac ut quos ille euer  
tit iste restituit: ita qd̄ ille ui ereptum donauit iste in integrum redu  
xit uterque macedonum rex fuit: si quoniam unus in seruitutem libe  
ros detraxit: donatio ualuit: ualeat nunc nostri iuris recuperatio: quū  
in libertatem per alterum pie redūti sumus: si quoniam subiecit ille  
inique nos: atq; impie: quod donatum fuit: pro tempore ualuit. **Nunc**  
restitutio sancte facta ualeat in integrum: si alienum ius ereptū a ma  
cedonum rege donari potuit: cur non potest ab eorundem rege no  
strum nobis donari: fingite nunc thessali: non uos nobis: sed nos uo  
bis debuisse: si petentibus pecuniam responderemus rem. p̄ diruptā  
fuisse: nunc restitutam nihil debere: quis nos iure dicere assereret: non  
enim sumus alii restituti atq; fuimus: quum eēmus icolumes. **Quod**  
ergo repetere iure si nobis creditum esset: possētis id quum debeat  
non redditis: fingite nunc Alexandrum habitis tabulis exegisse a thes  
salis. **C. hęc** talenta uoluisse ad uos iudices uenisse: dedissetis: non opi  
nor: cur ita: quoniam quod non dedit repetere iustum putaretis: quo  
niam uictor armis quē inuenit tenet: quē in ciuitate: quam uicit non  
inuenit: nec requirit quidem: quod ergo exigere iure non potuisset  
id q̄ donare potuit: sed uictor fuit: armis nos oppressit: ergo quousq;  
arma ualebant ui: nostrum habuit: nunc armis depositis: & ui eicta

Thebanoz exposito  
argumenta.



nostra nobis restituta sunt. At quoniam relata gratia homines inter se cōtineat: maxie considerare debetis thessali quā nobis promeritis gratiam referatis: quum nullam habeatis. Nam profecto neq; uos si donabatur: quod nobis eripi uidebatis: si quid uel pietatis: uel gratiā uobis erat acceptare debebatis: neq; id ego paruum putauerim: quod eam ciuitatem: quę pecuniis suis uos subleuauerit: non modo non alleuiastis oppressam: sed iam etiam restitutam quā in uobis est extingueretis: hinc & qua mente Alexander: donauit & cassander restituit quaeri possent: ad hęc si possent in eos mihi: quod ipsi Alexandrum contra thebanos iniuria concitassent: atq; totam gręciam cōturbassent: non paruam in eos accumularent inuidiam. Cui indignationi commiseratio coniungi posset: quod satis sit per eos antiquissimā urbem diruptam fuisse: & erit amplior: descriptio captiuitatis: nunc restituti si pecuniis suis p thessalos priuabunt. Altera erit captiuitas. **T**hessali cōtra donat unūq; posse suū creditū: ad Alexādrū puenisse quoniam uictor: neq; quicq; posse magis suū alicuius esse: q̄ quod armis adeptus sit: neq; magis rem q̄ ius ad uictorem transire: quippe quum nihil ab eo iure repeti possit: quod si non esset: quę perturbaciones omnium essent considerate. Nullus ē: qui quod possideat: id natura habeat: sed aut uacuas prouintias occuparunt homines: aut aliis expulsis eas tenuerunt: primum fieri posse credimus: alterum quotidie uidemus: quod si uictoris iure non sunt: quae armis habuit: iam inuenietis qui thebas iure a uobis repetent. Quare nunq; armis habitum iudicio repetitum est: nam quę armis ablata sunt: iure restitui nisi armis non possunt: quod omnes pręter thebanos intelligunt. Nullus enim pręter eos depositis armis a uictore: quod bello amiserat iudicio petit. Restituit cassander: quod restituere poterat posteriores reges priorum facta rescindere non solent: neq; si uellent iure possent. Quare quod nobis ab Alexandro donatum erat: aliis dare cassander non poterat: sed dedit quod habuit. tabulas has multo ante in manib; nostris fuisse: q̄ regnare cassander coepisset: quis ignorat? At quoniam nō esse iudicē ubi arma dicis: miror cur a iudicibus petis quod armis ablatum fateare: & quum rescindi iudicia uel armorum concedas: cur uis armis facta iudicio repudiari? Nam idem eodem plus: & minus posse qui poterit: arma iudiciis plus possunt: tu quod armis factum est iudicio corrigere uis? At manu ius haberi non potest: sed habitae sunt tabulę: & magis in uictorem q̄ in hęredem: tam ius q̄ rem transire non intelligis: hęres in pace solum: quod sibi relictum est: possidet armis plerūq; amittit uictor: quod gladio consecutus est: facta pace iure non reddet. Pręterea si quę manu habuerunt uictores: iure tenent quod concedere uideris: & ius earum rerum ad eos transire concedas

*Thessaloz pars contra*

necesse est. Et enim qui potest res iure ad aliquem transire: si ius non transit: nisi res quoq; iniuria teneri a uictore contendis: sed iure non repetitur. si non omnes sibi subiecit thebanos Alexander: at ciuitatez subiecit: & profugi illius ciuitatis e qua profugerūt: ciues non sunt: quod ut clare uideas finge profugos ante restitutionem pecuniaz repetisse nullus iure illis reddet: neque enim armis expulsi eius unq; ciuitatis e qua pulsati sunt iura nisi armis repetere possent. Quare non illis: sed rei. pu. thebanorum debebamus: ea eruta erat. fuggite nunc nihil nobis Alexandrum donasse: iure tamen non redderemus. Nam si restituta ciuitas oia de nouo reparata: leges: iudicia: moenia: q̄ diuturniora: q̄ creditū sūt: cur qd primę ciuitati debebat: huic quoq; deberi arbitramini? Inuebentur q̄ ius gentium soli thebani contendat: & petent ne in eis primum ius commune deseratur. Hinc iam clare uideri arbitror: quonamodo a locis ad causam accommodatis ita ducatur argumenta: ut alii cause conuenire non possint: & quod principales: hoc ē constitutionum loci secundarios amplectantur: illisq; confirmantur quis nonnunq; econuerso fieri posse non negauerim. Pręterea in principalibus locis integras argumentationes fundari a secundariis rationes confirmationes: expolitionesq; inueniri: quis & a principalibus hoc fieri soleat. Neq; enim oratoria pręcepta huiusmodi sunt ut aliter se habere non possint sed dicuntur quidē quę sepius fiunt: orator uero iudicio suo prout causa postulat omnia commutabit. Nam hoc artis maxime est q̄ ars pręcepit ad comoditatem cause ex arte immutare. Verum ut quod dicebamus auctoritate quoq; Ciceronis firmetur: a Miloniana exemplum argumentationis proponamus: in quo a partib; iuris qui locus in iudiciali principalis est: tota argumentatio absoluit. Negant intueri lucem fas esse ei qui a se hominem occisum fateatur. In qua tandem urbe homines stultissimi disputant: nempe in ea quę primum iudicium de capite uidit Marci oratorii fortissimi uiri qui non dum libera ciuitate tamen. po. ro. comitiis liberatus est: cum sua manu sororem interfectam esse fateret: hic iam obiectionem propositam uides: & solutionem allatam. a iudicato consuetudo deinde additur & auctoritas quam ad iudicatum reducimus. An est quisquā qui hoc ignoret: quum de homine occiso queratur: aut negari solet oio esse factum aut recte ac iure factū esse defendi: nisi uero exillimatis dementez. P. africanum fuisse qui quum a Carbone tribuno plebis i cōtione sediciose interrogarentur qd de T. gracchi morte sentiret: Respondit iure cęsum uideri: neque enim posset aut hala ille seruilis: aut p. nascita: aut. Iopimius: aut Marius: aut me consule senatus non nefarius haberi: si scelaratos ciues interfici nefas esset. Itaq; hoc iudices non sine causa fictis fabulis homines doctissimi memorię tradiderūt

*Cap<sup>m</sup>*

*Artis oratorie p. p. p.*

*Cicero p. Milonem*

*at. 1.  
M. oratorij*



quum qui patris ulciscendi causa: matrem necauisset uariatis hominum  
sententiis: non solum humana: sed etiam sapientissimae deę sententia  
liberatum: hoc ultimum a iudicato: prius ab exemplo: quod tamen ad  
iudicatum reducimus excogitatum est: & per oppositionem dictū: cui  
tamen quoniam facile intelligitur oppositum deest: nam quum conse-  
quens negatur: priorem oppositionis partem dicere: cętera auditorib9  
relinquere: & a consequente in antecedens orationem torquere uehe-  
mentius est: & simplex uidetur conclusio. A lege deinde rationem  
adducet. Quod si duodecim tabulae nocturnum furem quoquo modo  
diurnum: aut si se telo defenderit interfici impune uoluerunt: quis ē q  
quoquo modo quis interfectus sit puniendum putet: quum uideat ali-  
quando gladium nobis ad occidendum hominem ab ipsis porrigi le-  
gibus: Atqui si tempus est ullum iure hominis necādi: quę multa sūt:  
certe illud est non modo iustum: uerum etiam necessarium: quum uis  
ui illata defenditur. pudicitiam quum eriperet militi tribunus milita-  
ris in exercitu. C. marii: propinquus eius imperatoris interfectus ab eo  
est: cui uim afferebat. Facere enim probus adulescens periculose: q̄ per-  
peti turpiter maluit: atq; hunc ille summus uir scelere solutum pericu-  
lo liberauit. Assumptio rem ipsam: qua deagitur assumit: quare mihi  
quod precesserat ad superiora potius: q̄ ad assumptionem pertinere ui-  
detur: quod si quis assumptionem. Nam uis illata a milone depulsa  
est: illud diceret: atq; si tempus ē: latius ipsa res assumpta ē: id uero: qd  
modo sequitur ipsam rem assumit: & ex usui adiuncto: natura: & quo &  
bono: & lege comprobatur. Insidiatori uero & latroni: quę potest affer-  
ri iniusta nex: quid comitatus nostri: quid gladii uolunt: quos habere  
certe non liceret: si uti illis nullo pacto liceret. Est igitur hęc iudices nō  
scripta: sed nata lex: quam non didicimus accepimus: uerum arripim9  
hausimus: & expressimus: ad quam non docti sed facti: non instituti sed  
imbuti sumus: ut si uita nostra in aliquas insidias: si in uim: in bella: aut  
latronum: aut inimicorum incidisset: honesta omnis ratio esset expe-  
diendę salutis. Silent enī leges inter arma: nec se expectari iubent: quū  
ei: qui expectare uelit ante iniusta poena luenda sit: q̄ iusta repetēda: &  
si persapienter: & quodam modo tacite dat ipsa lex potestatem defen-  
dendi: quę non modo hominem occidi: sed esse cum telo hominis occi-  
dendi causa uetat: ut quum causa non telū quęreretur: qui sui defenden-  
di causa telo usus esset: non hominis occidendi causa: habuisse telum iu-  
dicaretur. Quapropter hoc maneat in causa iudices. Non enim dubi-  
to quin probaturus sim uobis defensionem meam: si id meminertis  
quod obliuisci non poteritis. Insidiatorem iure interfici posse. Hac ex  
conclusionē: illa quam diximus assumptio confirmatur. Verum ex hoc  
ratiocinationis ordine illud etiam mihi in mentem uenit ex omnibus

locis alicuius status unicum argumentationem cōponi posse. Sed haec  
sufficiant. Nam de dicendi generibus atq; modis dicere: ut aspere sol-  
uat cōfusus p̄bet: a splendore deinde ad acrimoniā descendat. Asperitatis  
schema: immisceat: splendore3 recipiat: acriter assumat: uelociter natu-  
rę uis oculis subiiciat: eiq; imoretur: cęteraq; huiusmodi: & si non extra  
rem: stultum tamen esset prius q̄ dicendi formę percipiantur. Cur haec  
potius q̄ ille: curq; ita permixtę schematis membris methodo: aliisq; hu-  
iusmodi: quibus confusę simplices: unam reddunt ratione certa explica-  
re uelle. Quare de confirmatione & confutatione satis dictum sit.

**N**unc si de peroratione dixerimus huic uolumini moduz imponemus  
Peroratio est artificiosus terminus orationis: perorationis quam nos  
epiloguz dicimus: tres partes sūt. Enumeratio: Indignatio: Cōquestio  
Enumeratio est per quaz res diffusius dictę comminiscendi causa unuz  
in locum coguntur: hanc non ab exordio neq; a narratione: sed a diuisi-  
one incipere necesse est: deinde non omnia quę dicta sunt: sed breuiter  
ac paucis uerbis uim uniuscuiusq; argumentationis sub aspectum subii-  
ciemus: qua in re maxima uarietas adhibenda est: nec si semper eodez  
modo enumeremus: aut artificio facere uideamus: aut in fastidium: ac  
satiētatē orationis incurramus. Variabitur ergo enumeratio dupli-  
citer: aut Ordine: aut Tractatione: & ordine rursus bipartito: aut quuz  
tam confirmatio: q̄ confutatio simul repetuntur: aut quum seorsum: ac  
seperatim a confirmatione repetitur confutatio. Nā cōfutationis quoq;  
firmissimas ac probatissimas partes ī enumeratione assumi posse ma-  
nifestum est: ac coniunctim quidem repetere multo artificiosius: atque  
uehementius: dum cōmode fiat putamus: naz quum quid dixeris ostē-  
das: atq; quod contra illud afferebatur ab aduersariis quēadmodum di-  
luisti: demonstras: mirabili hoc artificio: ut tibi credat auditor nimiruz  
compellitur: quod si seorsum ac disiunctim confutationis enumeratio-  
nem a confirmationis ponendam arbitramur. Naz etiam accidere po-  
test: ut hoc potius faciendum sit: q̄ illud: id quoq; dupliciter fieri potest  
& enim aut: a confutatione prius aut a confirmatione incipere: deinde  
alterutra absoluta ad alteram transgredi necesse est. Communiter aut  
siue coniunctim siue disiunctim enumeras tribus modis commutatio-  
ne ordinis uari9 erit: quum partes diuisionis expones: & quibus rebus  
unāquāq; confirmasti breui ostendis: quum partitionem quidē preter-  
mittis confirmationis aut firmiores rationes persequere: quum non a  
diuisione: aut confirmationis principio: uerum ab ea: quam nuperrime  
diximus argumentatione quęcūq; firmiora uiderentur: repetimus usq;  
ad diuisionem: quam si hoc ordine dicimus pretermittendam censeo:  
ac de ordine: quidē & dispositione perorationis haec in presentiarum  
sufficiant.

*Schema asperitatis*

*Cap. de peroratione*

*Epilogus peroratio*

*Enumeratio*

*Enumerationis Variatio*

*ordine*

*lege*

*Assumptio In Miloniana*

*Assumptio qm̄ complet*

*Conclusio*



Actio autem variabilis: si aut personae: aut rei orationem attribuis. personae: aut nostrae: aut alienae: quae grauitatis ac ponderis plurimum apud auditores habere uideatur: quae actionem ita proferre possumus: ut omni ordinis modo causam exornemus: ac nunc a diuisione: nunc ab initio confirmationis: siue confutationis. nunc a fine incipiemus: hoc modo. Quum haec ita sint: quid putatis nunc iudices scriptorem legis: si a de se dicturum: non ne his apud uos uteretur uerbis: quid dubitatis iudices legibus hunc e ciuitate depellere: quum hoc & hoc uobis demonstratum sit: illud planum factum. Rei autem actio attribuitur: si urbi: aut legi: aut alicui rei oratio accommodatur: quo in genere omnibus ordinis modis uarietatem posse acquiri perspicuum est: hoc modo. quod si leges loqui possent: non ne apud uos sic quererent: quidnam amplius iudices desideratis: quum nobis hoc & hoc planum factum sit. In omni autem enumeratione non totas argumentationes: sed id quod in una quaque grauissimum uidetur: colligendum est: ita breuiter & clare: ut non cito sed memoria renouetur. Indignatio est oratio: per quam grauis in rem offensio: aut magnum in hominem odium instigationis auditorum causa concitatur. huius indignationis: quam etiam amplificationem appellare licet: duplices sunt loci: proprii. scilicet atque communes. proprii sunt: quibus rem diligenter expositione omnium quae consequi eam posse uidentur: amplificamus. Quare circumstantiae omnes hic ita considerandae sunt: ut non quemadmodum in aliis orationis partibus ad aliquid comprobandum adducantur. Verum quaecumque ea in re: aut persona: aut loco: aut tempore: aut causa: aut modo facta sint: aut posse fieri uerissimiliter credantur: ampla & criminosa efferantur oratione. Licebit igitur ad quolibet circumstantiam modum diligenter accommodare: quod faciemus: si singula: quae unicuique circumstantiae insunt: aut uere accidunt: uel accidere posse creduntur: singulatim exponemus. Et enim peroratio: quae per indignationem: aut conquestionem tractatur: poeticum fere dicendi modum Insequitur: ut enim poetae modo magis materiam quam aliis circumstantiis ampliant: ita in his orator modum cunctis circumstantiis inferens uehementer: & orationem amplificat: & auditores mouet. Quod autem poetae hoc dicendi genere utantur: singula modo suo amplificando eximius ille poeta Virgilius ubique ostendit. Arma uirumque cano troiae qui primus ab oris: Italiam fato profugus lauiamque uenit litorea multum ille & terris iactatus & alto Vi superum. Nam hic statim a principio quemadmodum in singulis insistat manifestum est: quum & profugum & iactatum terra: ac mari dicat: Multa quoque & bello passus: modo singula amplificat: causas quoque modis addit: quum fato et ui superum & memorum iunonis ob iram: ita contigisse confirmet. Item Vnaque licet os fidumque uehebat oronem. Ipsius ante oculos ingens a uertice potest

Indignatio  
Amplificatio

peroro per indignatione

Amplificatio poetica

In puppim ferit: excutitur pronusque magister Voluitur in capud: ast illa ter fluctus ibidem Torquet agens circum & rapidus uorat equore vortex. Vex poetae ubique fere: ut dictum est: haec singulorum expositione diligenti fit amplificatione utuntur: oratores indignatione ac conquestione sepe quae fieri potest amplissime: partim in aliis: quae quidem singulorum: quae conlequuta sunt: uel quae consequi posse uidentur expositionem per tria tempora partimur praeteritum: instans: & futurum. Quare si res tantam nobis copiam praebere potest: ut & a tribus temporibus possit amplificari: poterimus ordinem a praeterito tempore incipere: ac in futurum terminare orationem qua in re diligenter curandum est: si idem aut eodem modo dicendum aliquid sepius contingit: ut uarietate orationis & uerborum quae multiplice potestate facietatem fugiamus: quod si res adeo tenuis esse uideatur: ut sufficientem amplificationi copiam non afferat: dabimus operam ut orationis confirmatio: in qua plerumque sparse sunt amplificationes sine amplificatoribus efferatur. Ea uero quae confirmationem amplificare possent: omnia perorationi seruabimus: confirmationis amplificationem perorationi inserentes. Nam hoc interest inter illam amplificationem: & hanc: quod illa non singulorum modo: uerum ipsa rerum minuta incisione firmatur. Haec ut dictum est modo rerum maxime gaudet. Quare si tenuis est res: comprehensionem hoc est locum ab initio ad finem totum simul proponemus: & ad totum fictoria quaedam: ut docuimus afferemus. Eas uero diuisiones: quas in his quae ab initio ad finem sunt fieri docuimus: conclusionem inseremus: quas non ita: ut in confirmatione dicemus. Genere enim dicendi multum a confirmatione differt peroratio. Nam ibi quum longiora sint orationis membra: circuitu etiam plurima efferuntur. perorationis uero membra: & breuiora sunt: & ab omni circuitu alieniora. Quare huiusmodi amplificatio: quae in re tenui fit ab ea confirmatione: quam per diuisionem in singula in comprehensione fieri docuimus genere dicendi solum differre uidetur quod si res uehementer tenuis est: ac eas incisiones rerum: quae in comprehensione fiunt: perorationi conseruare non sufficit. Licebit similiter exemplis similitudine fictoriis: & huiusmodi unumquodque incisionis membrum amplificare: ac rursus in rem commodissime redire: qua ex re adeo magna fuit dicendi copia: ut hic uere uideri poterit: oratorem facile rem paruam sua posse oratione: uel in immensum extollere: quod ut clarius pateat exemplo quoque aperiatur. Trecentos thebanorum captiuos ab Alexandro emerunt lacedaemonii: eosque super trophaeum: quod parta ab illis uictoria thebani instituerunt omnes una iugulaerunt. accusantur in communi graeciae consilio iniuriarum. Hic in confirmatione quidem trecentos iugulatos dicemus crudeliter tanquam beluas. Et quorum calamitati succurrere debuistis hos uno eodemque die trucidari non

Amplificatio orationis

perorationis & confirmatio  
sua praecipua

Ex. Amplificationis



erubuitis: quos subleuare debebatis: hos deprimerē magis ausi estis: quos ut captiuos emebatis: hos ut latrones securi percussistis. Hęc incisiō ē ex trecentoz persona: nā quum in omni circūstantia fieri possit in re & persona: ad quas etiā cetera reducuntur maxime fieri solet: ab incisione etiā rei: si diceretis: si non interfecissetis: sed uerberatos solū dimisissetis: adhuc iniuriarū crimine uos non absoluerem. Hęc & huiusmodi amplificationes: exempla: pręterea similitudines contraria cōfirmationi inferemus. In hac causa: quoniam res proposita minime tenuis esse uidetur: quę in re tenui perorationi accommodari solent (Nam hic modum rerum: ut diximus: conclusioni afferre satis ac satis erit) interfecistis dicemus trecentos uiros: non estis moti lachrymis eorū: nō audistis quęrelas: non intellexistis complorationem. A factis etiā eorū ac maxime quum illos alterutros amplecti oscularique uideritis: tum omnē iniquitatem in eos effudit: Ad dictis etiā non mouerunt uos supplicationes eorū: non uerba illa miserabilia: quę uel lapides ipsos mouissent. Hic & sermocinationem subire poterimus. Nullo enim orationis loco sermocinatio aptior est: quę indignationi: aut conuestioni: quā a propriis locis peroramus. Hic: ut diximus exemplorum commemoratio: & similitudinum: & aliorum: quę uel ad confirmationem orationis accommodari diximus: fieri optime potest. Quę quoniam idem uideri possint: in quo differant dicendum est. Ea ergo quę ad confirmandas rationes afferuntur: huiusmodi sunt: ut & rationis uim & amplificationis simul contineant. quę iisdem de locis ad perorationem trahuntur: solam amplificationis naturam retinent: ut si in proposito thema te exemplo: confirmares ac diceretis tanto crudeliores uideri debere Lacedæmonios: quę eorum olim trecenti pro libertate gręcię apud thermopilas Xerxi se regi persarum opposuerunt: qui quum in illis fuit hostes interemerūt: gręciam liberauerunt. At his non satis uisa ab Alexandro deuastata gręcia: nisi quorum ille hostis miserebat: eos isti atrociter necarent: cuius orationis: ut apertius dicatur hęc uis ē. ut quę gloria trecentis eorum pro libertate gręcię trucidatis: affecti sint: ita quoniam ad calamitatem gręcię trecentos crudeliter necarunt: moero re conficiantur. In peroratione ab eodem sic trecentos trucidastis: delistis totam lacedæmonię gloriam: amisistis laudem illā mirificā: quę ex morte trecentorum: qui quum leonida pro libertate gręcię mortui sunt: ad astra lacedæmones efferebantur: inquinastis eorum uiroꝝ laudatissimum numerum: aut sic non mouit uos ille trecentorum numerus: & cetera similiter. Verum ea de indignatione: quę propriis locis fit satis dictum est: nunc ad communes transeamus. Communes loci sunt. qui omnibus communiter similibus causarum rebus accommodari possunt ut contra parricidam: furem: tyranum: latronem: aut

Sermocinatio

Confirmationes perorationis cuiuslibet esse debet

Loci communes

pro innocente: uel forti uiro: & huiusmodi Communes loci indignationis sunt: quibus omnia quę rem consequi possunt exponimus: acriter & criminose. Hi nouem maxime sunt. Auctoritas: Pertinentia: Euentus: Seueritas: Ampliatio: Comparatio: Collectio: Inconuenientia: Cōuersio. Ab auctoritate sumitur communis locus: quum commemoramus quantę curę iis fuerit ea res quorum auctoritas grauissima esse debeat hęc partim diis: partim hominibus attribuitur. Diis quum ex oraculis sortibus. ostentis: prodigiis: responsis: uatibus: ac similibus rebus: quę eam rem facere oportet ostendimus. hominibus quum aut ex notorum maiorum sententia: scriptorumque legis actione rem magnam uideri oportere putamus: aut regum aliarumque ciuitatum & gentium usu & opinione atrox esse facinus comprobamus. Item quum aperimus qualis sit sapientum hominum ea de re sententia: & eorum maxime: quę illis rebus operam diligentissime: aut dederunt: aut dant: quarum rerū scientia rei: qua deagitur notitiam optime comprehendit. Pertinentia est: per quam amplificando per indignationem ad quos illa res pertinet: acriter ostendimus: aut ad omnes: aut ad plures: quod atrocissimū est: aut ad superiores quales ii sunt quorū auctoritate indignatio sumitur quod indignissimum est: aut ad pares animo: fortuna: corpore: quod iniquissimum est: aut ad inferiores: quod superbissimum est. Euentus est: quo ostendimus quid consecuturum sit: si eum impunitum relinquamus: in quo necesse est: ut aperiamus multos aemulos huius audacię futuros: si sibi concessum intellexerint: quod confirmabimus: si demonstrabimus multos alacres: quid de eo statuatur expectare: ut ex eo intelligere possint: quid sibi quoque de re tali liceat: quibus de rebus quod mali euenturum sit: si huic concessum fuerit: ante oculos ponemus. Pręterea ex his inferemus hanc huius rei naturam uideri: ut nisi quęrimus corrigatur: non sicut ceterę res intellecta ueritate commutari: ac corrigi possit: sed semper in peius ruat: quum neque consilio: neque potestate aliqua reuocari possit: aut difficillime possit. Quare cauendum esse: si nos & re. p. saluos esse uolumus: ne huius rei licentia auctoritate iudicii faciat. Seueritas ē: qua ostendimus nullā uoluntario facinori ueniā dari cōuenire: imprudentię nō uicē concedi oportere. Ampliatio est: per quā indignamur: tam tetrum: nefarium: crudele: tyrānicum facinus esse factum: per uim: manum: opulentā: quę res a legibus: & ab equali iure remotissima sit: quę confirmabimus: si demonstrabimus nō uulgare: neque factitatum: nec ab audacissimis quidem hominibus id quo deagitur: sed a barbaris ac feris gentibus: immanibus quoque bestiis esse remotū: si cum iniuria contumelia coniuncta demonstrabitur: quę res in superbiam: arogantiam odium incitat. Hęc erunt: quę in parentes: liberos coniuges: consanguineos supplices crudeliter facta dicuntur. Pręterea

Hocem loci coes

ab Auctoritate locus

Diuina  
humana

Pertinentia

Euentus

Seueritas

Amplificatio



in maiores natu: hospites: uicinos: amicos: in eos quibuscunq; uitā egeris: apud quos educatus. A quibus eruditus is in calamitosos mortuos ac in omēs misericordia dignos. Præterea i homines claros: nobiles honoribus usos: ac i eos qui nūq; ledere alios consueuerunt: nec se defendere potuerunt: ut sunt pueri: mulieres: quæ omnia hostibus: ac etiam inimicis nostris indigna uideri dicemus. Comparatio est per quam per contentionem ostendimus: q̄to atrocius & indignius sit aliis: quæ constat esse peccata: id de quo agitur: quod gen⁹ si atrocius diceres stuprare ingenuam: q̄ uiolare sacrum: propterea ad hoc egestate plerunq; homines impellantur: illud nullus nisi luxu atq; superbia perditus suscipiat. Collectio est: per quam oīa quæ in negotio getendo acta sunt: quæq; consecuta negotium: quum uniuscuiusq; criminatione ac indignatione colligimus: ex qua fit: ut tota res ante oculos ponatur: & summus in reū odium concitetur. Inconuenientia est: per quam indignamur ab eo nobis illatum maleficium: a quo minime oportuerit: qui nos defendere ac tutari deberet: quod aut nunq; aut raro aliis accidat: itaq; nobis hoc primum accidisse conqueamur nec alicui ante quod memoriæ traditum sit. Conuersio est per quam ab auditoribus petimus: ut in suas res nostras iniurias referant: si ad pueros pertinebit de liberis suis cogitēt: si ad mulieres de uxorib⁹: si ad senes de parentib⁹. Ac indignationis quidem hos communes locos esse putamus. oportet autem ex cōmodo causæ non hoc ordine: quo exposuimus: a communibus locis rē amplificare. Illud etiam scire cōuenit: quod hos communes locos proprii oratores permiscerent: ut uerisimilior simul & acrior oratio uideatur. Conquestio est oratio: per quam auditorum captatur misericordia: huius etiam sicut & indignationis loci: alii proprii: alii communes sunt. Proprii sunt: qui causæ ita coherent: ut alii causæ conuenire non possint. Communes sunt: qui multis causis conuenire possunt. Proprii ergo cōquestionis loci ex ipsa re gesta: & his: quæ rem consequuntur inueniri solent: & a tribus temporibus: præterito: instante: consequente: ut superius dictum est. Capiuntur a præterito: si in quibus incommodis iniuria fuerit ostendatur. ab instanti si qua infortuna nūc sit aperiat: quū ante in sublimiore fuerit & fortuna & dignitate. A futuro si quid sibi aut suis miseriarum euenturum sit ostendet: nisi causæ obtinuerit. Verum hæc quæ dicta sunt: si ita proferas: ut a nobis exposita sunt: cōmunibus non propriis locis misericordiam captas. Hoc enim: ut diximus inter communem locum: & proprium interest: quod proprius rei quæ deagitur accommodatur. communis latius patet: ac ideo multis similibus causis accommodari potest. quare & communem locum ad proprium rediges: si quæ ad rem pertinent: addere uolueris: & proprium cōmuniorez efficias si quæ rei sunt: ab eo detraxeris: quod breuiter exemplo

Comparatio

Collectio

Inconuenientia

Conuersio

Cap. de locis Conquestionis

Proprii Loca  
Communes

Distinctio inter proprios & cōmunes

quoq; demonstrandum est. Moneat illud uos iudices moueat uehementer: q̄ decem annis: quibus clarissimus ille rex Agamemnon hinc abe rat ab adultera matre non ut Agamemnonis filium decuit infelix educatus sum: sed quum ab ipsa clytēnestra iudices: tum ab Aegistho adultero & doctrina miser priuatus sum regia: & moribus contra decus regiuꝝ rusticanis nutritus: & insuper summo cruciatu: ac dolore corporis indigne cum me & Agamemnonē patre: tum uobis ipsis iudices plurimum affectus sum. hoc iam ita causæ accommodatum uideēt ut nequaquā alii causæ conuenire possit: atq; eundem locum communiter hoc modo pronuntiabis. Quis ignorat iudices iam decennio: quibus incommodis: quibus doloribus: quo cruciatu corporis miser uexatus sim: Nam quem decuit optimis moribus ac disciplina institui iudices is ego: & his omnibus aduersariorum priuatus sum scelere: ac insup crudeliter miser ac atrocissime exagitatus: nunc quum primum respirare uisus sum ab audacissimis aduersariis etiam i supplicium rapior. Hoc ideo latius exposuimus: quæ uerbo etiam uno intelligi possit: ne quis putaret longe nos ab antiquorum præceptis: quæ illi indignationi atq; conquestioni attribuūt. aberrasse. Nam quæ illi communibus præcepta locis accommodabant: hæc ab his ipsis in orationibus suis animaduertimus: tam communiter: q̄ proprie proferri. Quare ut dilucidior præceptio fieret: hos communes: illos proprios locos appellare placuit. hoc itaq; ut dictum est: itaq; in conquestione: q̄ in indignatione uolumus ita fieri posse: ut & quæ rebus inbrent sublati rerum circūstantiis communiter efferant: & quæ communiter traduntur circūstantiis rerum interpositis causæ inbrent: quæ & quosdam ita communes dixerim inueniri: ut semper ab oratoribus communiter efferantur: de quibus etiam primum dicendum uidetur. Cōmunes ergo loci cōquestionis sunt: per quos uis fortunæ in omnes: & omnium infirmitas ostenditur: & commutatio similiter rerum omnium ac instabilitas ante oculos ponitur: Item si quid humanitate misericordia: aut maiorum: aut eorum ipsorum: qui audiunt: aut omnium dicimus. Quaque humanitate ac misericordia si maxime utendum censemus: eam honesto: & laudabili & euentu maxime comprobabimus: ceteros locos: qui & ad proprios rediguntur ex distributione temporum deploratione singulorum euentu præter spem: præterea: conuersione: exuscitatione: commendatione obsecratione: pietate: ac postremo magnanimitate emanare censemus. Primum est: per quem distributione temporum misericordia captatur. hunc bipartito consideramus. Nam aut semper calamitosos nos indigne fuisse conquerimur: & nunc id effici crudelitate aduersariorum nisi humanitas nobis iudicum auxilio sit deploramus: ut etiam in posteris sepe lugere necesse sit: aut quibus in bonis qua dignitate: quo honore

Exemplum loci proprii

Ex. loci cōmunes

Communes loci conquestio

primus



fuius: & nunc per quem maxime: quibus in malis: ac dedecore simus  
perlemus: hic comodissime turpitudinem: humilitatem: illiberalita-  
temque rei indignam etate: genere: fortuna pristinoque honore nostro ap-  
ponemus. Secundus est uniuscuiusque incommodi diligens cum deplora-  
tione expositio: ut in morte filii oblectamenta infatigabilem solati-  
tia: amor: spes: tutela senectutis: conseruatio domus: & quae huius-  
modi sunt: Item quae in gestione negotii sunt: ut non affui: non  
uidi: non postremam eius uocem audiui: non postremum spiritum  
accepi. Item in manibus inimicorum mortuus est: in hostili terra  
turpiter iacuit: insepultus a feris dilaniatus: communi quoque honore in  
morte caruit. Item quum illa incommoda ante oculos ponuntur in quibus  
deductos nos ab aduersariis dicimus: ut inopia: dolor: dedecus:  
solitudo: infirmitas: ut is qui audit: re ipsa adesse non uerbis solum au-  
dire nideatur. Tertius est: per quem praeter spem aliquod factum com-  
ploratur: ut quum dicis bono te illi fuisse: ac quum gratiam debita ex-  
pectasses: in miseriam incurrisse: quod per indignationem proferemus  
quod ab his: a quibus non conueniat: male tractemur: propinquis: amicis quibus  
benefecerimus: quos adiutores fore putauimus: aut a quibus indignum  
est: ut seruis: liberis: clientibus: supplicibus: uel quum dicimus sperasse  
nos a filio: quoniam ita par erat: non filios a nobis sepultum iri: nostros  
quod ab eo non contra illius a nobis clausos iri oculos: aut aliquid huius.  
Quartus est: per quem casum nostrum: aut in eos ipsos: qui audiunt:  
aut in eos ipsos: qui chari sibi sunt: ita conuertimus: ut quum nos uideant  
sui aut suorum in memoriam uenire cogamus. Quintus est: per quem  
oratio ad mutas & expertes res animi refertur: ut si ad equum domum  
uestem sermonem alicuius accommodes: quibus animus eorum qui au-  
diunt: uehementer commoueatur. Sextus est: per quem parentum libe-  
rorum sui corporis sepeliendi: aut alicuius rei eiusmodi commenda-  
tio fit: in quibus commendandis disunctio quoque deplorabitur: quum  
dicamus deduci ab eo: quicum libentissime uixerimus: ut a parente  
aut filio: aut fratre: aut familiari: & intimo. Septimus est qui per obse-  
crationem sumitur: in quo orantur. Illi qui audiunt: humili & supplici  
oratione: ut misereantur. Octauus est: per quem non nostras: sed eorum  
qui chari nobis sunt fortunas conqueri demonstramus. quare pietatem  
in alios magis quam in nostris incommodis lugere ostendimus. Nonus est  
per quem animum nostrum in alios misericordem fuisse ostendimus  
& tamen amplum & excelsum incommodorum patientem esse si quid acci-  
derit demonstramus. Nam sepe uirtus & magnificentia: in qua graui-  
tas & auctoritas est: plus proficit ad materiam commouendam quam hu-  
militas & obsecratio. His locis commoueri animi ad misericordiam  
solent. Quare eorum aliquos quot quot in causam incidunt: non eo or-

Secundus

Tertius

Quartus

Quintus

Sextus

Septimus

Octauus

Nonus

dine: quo exposuimus: sed sicuti res postulat occupabimus: quae omnia  
ita dicemus: ut non rebus solum: sed orationis genere uoce: gestu: uel  
ad lachrymas iudices prouocemus: quod quum factum intellexerimus  
finem perorationis afferemus. Nam quoniam conquestio ad afficien-  
dos mouendosque animos misericordia adinuenta est: non est diutius in  
ea comorandum: si quod uolumus per eam efficere: id iam factum esse  
perspiciemus: deinde aut paruum opere precium est: in his ipsis lachry-  
mis si fieri potest auditores relinquere: ut quod iudicaturi sint: ipsa no-  
tione animorum pronuntient. Verum quoniam tam indignationis quam  
conquestionis illud proprium esse uidetur: ut omnia sub aspectum su-  
biciantur. Nulla enim res magis affectus mouet: qui peroratione maxi-  
me sunt excitandi: quam ut ipsis negotiis audiendo iudices interesse uide-  
antur. quid de affectibus sentimus: breuiter aperiendum est. Ut igitur  
omnes affectus orationi necessarios ducimus: sic eos magis ad elocuti-  
onem: quam ad inuentionem pertinere putamus. Non enim similiter eae-  
dem res alio atque alio modo dicta concitat auditores. Quare mihi uide-  
tur uehementer errare: totaque hanc rem penitus ignorare: qui affectus  
hic curiosius enumerant: quasi facile sit si quis affectus nouerit: quos  
nouit oratione mouere: aut quasi enumerari possint: qui prout ab ora-  
tore considerantur pene infiniti sunt. Neque enim odisse: amare cupere  
abominari: gaudere: dolere: timere: sperare: irasci: & si qua alia generali-  
us enumerantur: nobis solum subiecta sunt: sed multa praeterea: quae quae  
uis istis contineri uideantur: diuersio tamen genere orationis tractanda  
sunt. Quis enim nescit sic nonnunquam afficiendos iudices: ut contem-  
nant: ut faueant: ut dedignentur: ut inuideant: ut misereantur: ut sequantur  
Quae omnia: ceteraque huiusmodi: & si ad alios reduci posse uideantur:  
genere tamen dicendi tractationeque diuersissima sunt. Neque inter se so-  
lum: sed eadem res a seipsa nonnunquam. Natura enim iudicum loco tem-  
pori: aliisque circumstantiis oratio accommodanda est. At si uel tardi sunt  
ac ebetes uel acuti: ad mouendumque faciles: praeterea mites: iracundi tru-  
ces: benigni: inuidi: timidi: quae omnia longe aliam atque aliam orationem  
oratoris desiderant: quam si affectus ipse per se solum considerandus esset  
Ad haec multum interest se ne solum orator affectum uelit ostendere  
an iudices quoque afficere. Neque enim semper quum timere nos fingi-  
mus: auditori quoque terrorem incutere uolumus. Quare eos qui affectus  
quot & qui sunt enumerant: eamque rem plurimum posse arbitrantur  
tanquam huius artis imperitos relinquant: nos quum quid causa deside-  
rat intellexerimus orationis genus ad id accommodabimus. Affectus  
quoque quum per totam orationem ut uiua oratio sit: tum in peroratione maxime  
commouebimus. Qua in re illud summe optimum uideo: ut artem na-  
tura iuuat imagines rerum absentium sic animo nostro afficere: ut

finis ponimus

De affectibus



res ipsas uidere oculis: ac presentes habere uideamur: hoc enim modo dum ars & exercitatio nobis insit: nocet: actus: orationem ipsi affecti optime confingemus. Nam qui hęc affectibus idonea non attribuunt illudere tamen quidem auditores: derisionisq; causa potius fingere: q̄ ex aīo dicere uidentur. Sed de partibus orationis iam satis dictum est: & huius uoluminis magnitudo longius processit. Quare quę sequuntur deinceps in quartum librum traducamus. **LIBER QUARTVS**

**NONIAM** de partibus orationis quę breuius potuimus in superioribus explicauimus uoluminibus: easq; ad iudicia le accommodauimus: Nunc consequens esse uidetur: ut paucis de deliberatio & demonstratio genere differam.

Ac primum quidem quoniam difficilius est deliberatio: absoluiamus: deinde quum demonstratio etiam expositum fuerit: de cęteris oratoris officiis considerabimus. Deliberatio est: quod positum in consultatione habet in se sententię dictionem. eius partes sunt duę Suasio & dissuasio. Suasio est oratio deliberatio: quę primo in consultatione quid faciendum sit ostendit. Dissuasio est oratio deliberatio: qua auditoribus aliam partem ac suasionem ostensum est: persuadere conamur. Oratio deliberatio itidem: ut iudicialis sex sunt partes. Exordium: Narratio: Diuisio: Confirmatio: Confutatio: & Peroratio uel Conclusio. Nam & si quattuor partium orationem putamus: tamen ex diuisione unius: sex nobis redduntur. Particulas enim in partibus enumerare propter breuitatem nunc placuit: quod in primo non fecimus: ut rei natura perspicereetur. Exordium uel principio uel insinuatione tractatum his rationibus: quibus in iudiciali causa inueniri solet. Narratio si qua incidit: quomodo explicanda sit: satis ex primo libro intelligi posse confido. Diuisionem quoq; breuem & absolutam: ut in primo dicebamus facere necesse est. Verum hoc non in deliberationis tantum causis: sed in cęteris quoq; obseruare non inutile uidetur finem: quum per totam orationem tum maxime in diuisione considerandum. Verum in iudiciali quidem finis quis sit manifestissimum est. Omnes enim equitatem esse: quę honestatis pars est: uno ore profitentur. Demonstratio quoq; finem honestatem esse non ita angustam: ut in iudiciali: sed latius uniuersim captam omnes fere contendunt. Deliberatio generis alii honestatem solam: alii utilitatem: finem esse arbitrati sunt. Nos quoniam illud unicum latine lingue ornamentum ac praeclarissimum oratorum decus Marcum Ciceronem: cuius nec nomen quidem sine eloquentiae dici potest mentione: ubique sequimur: deliberatio generis finem tam honestatem: q̄ utilitatem constituimus. Vtile uero

Deliberatio

Suasio  
Dissuasio

finis generis cuiusq;

hoc & honestum: non sic seorsum ac seorsim: ut nomine dicuntur intelligimus. Verum id quod ex honesto ac utili intellectu in unum conflatur finem esse deliberationis affirmamus. Oportet ergo ita in omni genere diuidere: ut ex unoquoq; diuisionis membro uel ipse finis: uel quę finem consequuntur palam appareant: uel ex omnibus diuisionis partibus: quod intendimus: conducatur: ut Cicero de perficiendo Pompeio bellum mithridaticum: & genere necessariū Quare non pretermittendum: & magnitudine pertimescendum. Quare non contemendum. ait: sed illum uirum tam in periculoso bello praeficiendum qui proculdubio cunctis romanis imperatoribus prestaret: atq; his partibus honestum & utile ita expressum est: ut res eadem & utilitas aliis nominibus posita esse uideatur. Quare semper diuisio: quo recte fiat: non aliena: neq; aduersaria erit fini: sed ei: ut dictum est: accommodabitur atq; inhebet: cęteraq; habebit omnia: quę in primo latius explicata sunt. Confirmatio & Confutatio in deliberatio genere: haud ferme aliter: atque in iudiciali causa fieri solent. Quare inde omnia quę huic causę conueniunt traducenda putamus: quod & si facile fieri posse reor: tamen nequa retardatio gentium animos impedire possit aliter fundamenta hac quoq; in re iacere non grauebor. Causa deliberatio proposita: quę consistat constitutio causę: quęrenda est: quę quoniam de liberatio consequens tempus ubiq; spectat: negotialis non esse non poterit. Est enim negotialis constitutio rationalis: in qua faciendum ne sit aliquid aut non queritur. Quare nunq̄ mihi quidem uidetur negotialis a deliberatio genere ad futura: quę quidem ut in secundo dictum est finalibus locis maxime tractatur. fines porro causarum paulo ante dicti sunt: aequitas: honestas: utilitas. Nam legē possibile: impossibile: laudabile: euentum: & si quę alia sunt: quę in negotiali considerantur ad hos finales reduci locos manifestum est. Verum quoniam equum & bonum aliqua iudiciali absoluitur: & negotialis ex lege plerūq; nasci demonstrata est: legitimam & iudicialem in deliberationem posse incidere necesse est. quod quum ita sit: nullus amplius dubitare debet. Cęteras quoq; omnes constitutiones: in hoc genere inueniri posse. Nam si iudicialis: quę preteritum spectare tempus in primo diximus incidit: quō magis coniectura & diffinitio: quę non magis ad transactum q̄ ad consequens tempus respicere uidentur: Translationes uero huic causę conuenire quis dubitet? Praesertim quum intelligat translationem huiusmodi esse: ut etiam in iudiciali genere non sine quadam de liberationis specie inueniri possit. Nam quum queritur Cicero ne uerres accusandus sit: aut hoc ne loco his auditoribus hoc tempore causa agenda sit: & iudicationes a deliberatione non abhorrent (A transacto enim tempore recedere & consequens occupare uidentur) & multa ex

Cicero p. pompeio p. p. p.

Constitutio negotialis

Loci finales deliberatio

Legitima  
iudicialis

Translatio

Cicero. In Verre



finalibus locis nonnunquam ad eiusmodi deliberationes probandas improbandasue conferuntur. Quasobres omnes constitutiones earumque partes deliberatiuum genus ambire necesse est: quis nonnullae res inueniuntur: quae nunquam hanc: aut illam constitutionem: aut constitutionis partes recipiant: quod quum similiter iudicio accidat: non hac re a uera rectaque opinione moueri debemus. Nam sicut quum deliberamus an indicere bellum debeamus: iudicialis absolute nunquam incidere potest. Nullus enim bellum per se suscipiendum diceret: ac ceterae omnes huiusmodi causas abiunt: sic quum cedas hominis nunquam per se suscipienda uideatur: nisi aliquid addas: parum in ea absolutio tibi proderit. Verum quoniam negotialis semper huic generi. Ceterae constitutiones & per se & incidenter cum negotiali adueniant: quomodo hic fiat aperiendum est. Negotialis constitutio eiusmodi naturam sortita est: ut nulla deliberatiua causa inueniri possit: quae si paulo amplius proponas non accurrat illico: atque causam totam pro suo iure complectatur. Verum si rationis aliquid adicias: atque inde consideres: quisnam status sit ille: tibi status consurgit: qui etiam quum latius proponebas post negotialem accessit. Quare licebit: si ex re tua fieri uideatur: alterutrum facere. Nam aut negotialem causam occupabis: reliquosque status: tanquam secundarios ad illam reduces: aut a principio ratiuncula quadam contracta causa statum: qui ad negotialem accedebat principalem constitues: quo quidem pacto tunc utendum censeo: quum nihil aut parum negotialis conductura sit. Verum quoniam haec praecipuum perutilis est: exemplis quoque aperiatur si inferendum ne sit bellum mithrydati consideras: quoniam faciendum ne sit: consideras. Negotialis est: ac si parua adiectione ita consideres: quum multos romanae urbis ciues uno die: uno quoque nuntio mithrydates interfecerit: ei ne bellum inferendum sit: & si faciendum ne aliquid queratur: tamen contracta causa est: nec tamen a negotiali omnino discessit. Sed ei relationem quoque criminis adiecit. Nam ut si animali rationem adicias: ab animali quidem minime recessisti: angustius aut insignitiusque animal intelligas necesse est: sic si rationem aliquam negotiali afferas: ad aliud quidem transisse uideris: negotialem tamen non omisisti. Nec nunc id ego dico: ut omnino uelim relationem criminis negotialis speciem esse: praesertim quum absque ea inueniatur relatio: sed ut ostendam negotialem deliberatiuum genus non facile praetermittere. Item si quis dicat diruenda est carthago: Alterque non diruendam contendit: quum diruenda ne sit queratur: negotialis est. Ac si dicas diruendam esse carthaginem: ne quid post hoc tale patiamur: opponaturque non esse diruendam: quoniam nunquam tale quid ab eis pertimescendum est: ut si coniecturales fecisti per quam tota causa tractanda est tamen in negotialem huiusmodi coniecturam radices tendere quis non uiderit. Namque

Deliberatiui propria constitutio: negotialis.

Cap. p. pompeio

dicit non esse diruendam carthaginem: quoniam nihil tale pertimescendum sit: is concedere uideatur ex honesto & utili eam diruendam: si pertimescendum esset. Item arma ne paranda sint aduersus M. Antonium an non negotialis est: quae quoniam diffinitione absoluitur: poteris uel primo e carceribus impetu eam diffinitionem: quae quidem negotiales supponat adhibere. hoc modo. Aduersus M. Antonium: qui urbi bellum infert paranda sunt arma. E contrario sic. non sunt aduersus M. Antonium arma paranda: non enim bellum sed tumultum concitat: hic siue tumultuantes etiam hostes appelles: siue bellum dices non tumultum diffinire necesse est. Item delenda est corinthus ne commoditate loci graeci leues homines inducti deficient: ac nobis urbem natura ac manu munitam expugnare labor maximus sit. hic si dices delendam non esse (neque enim deficient: quum totum orbem parere romanis uideant: & si deficient: non erit ingens labor expugnare) coniecturam facies: si ex obfistentia addideris: aut puniendos uideri homines: antequam peccent: aut certam afferre ciuitati ruinae propter quam coniectura assequeris defectionem iure non oportere. Iudicialem absolutam inuenies: ex quo clarissime patet deliberatiuum genus omnes constitutiones: earumque partes amplecti: quae negotialem solam recte alias oblique atque retortite: ut iudicialem negotialem. Nam quum primo impetu non erumpant neque ut in iudiciali fieri solet accedant (ei enim: qui accusatoris uices gerit: quare quicquam praepositum dicendum est: quod nunquam iudiciali accidit: unde a defensore accedere. hic constitutiones necesse est: quum quae iudiciali statui accedunt ab oratore sepius orientur: neque ad locum quaequam incidant: sed totam ambiant quaestionem: ne negotialem amittant: ut illae principalem sed complectantur & tentant: & plerumque ita: quum ea confundantur ut non multi status: sed unus ex illa: & his confici uideatur) non rectas nec proprias accessorias: nec incidentes: uerum obliquas ac retortas appellamus: quare quae eisdem nuncupentur nominibus: diuersae tamen haec aliquid atque iudiciales sunt omnino putandae. Nam quae eandem originem habere non possunt: aliumque finem respiciant: quo fit: ut aliter tractentur: ut paulo post latius tangetur: diuersas esse necesse est. Alioquin tria genera causarum nunquam diceremus. Nullus enim non mente captus eisdem diuersis generibus species subiectas putauit: nisi forte suasionem ac dissuasionem: ut formas generi deliberationi subiceret: sed haec in ipsis formis generum aperte negantur. Haec de origine. Nunc de tractatione pauca dicamus. Quum ergo aut constitutiones earumque partes si plures incidunt inuenimus: omnes quidem locos quibus eas constitutiones in secundo absolui demonstrauimus: diligenter discutiemus: si quid ab eis: quod adiumento causae sit inueniri poterit. Deinde haec quoque: quae deliberationis praecipua sunt propria quum

Exempla quomodo in negotiis deliberatiui generis alie constitutiones madant.

Cap. de tractatione deliberatiui



a fine proprio manant: omnia tentabimus nec sepe ratim ab illis in oratione tractabimus: sed singula singulis: aut plura uni si accommodati? ita uidetur posse fieri: distribuemus: quam rem in hoc genere perutile nonnullis clarissimorum orationibus declarassem: nisi longum esset exemplis singula complecti: & rem peritis clarissimam futuram confidamus. Præterea quoniam ceterorum quoque industriam ad inquirendum incitandam putauimus: non inutile duximus breuius res singulas tangere: ut breuitate commoti inuestigare cetera conentur. Nam qui omnia dicit: quum nihil quod dubitat lectori afferat: is facit neque præter ea querendum uidentur. Sed ne longius diuertat: quum prius constitutionem deliberationis inueneris: omniaque que præceptis eius constitutionis ex re tua dici possint consideraueris: tum demum ea: que a fine deliberatiui generis manant: sic tuæ causæ adaptato: ut minime ab his que de constitutionibus manant seiungi uideantur: sed in unum concurrant: unumque corpus orationis conficiant. Nam ut status statum præsupponunt neque ab eo sepe rantur: ita & loci locos: qua in re naturæ constitutionum sequi necesse est. Nam ut coniunctiores uel remotiores a negotiali sunt: ita & locos coniungi aut sepe rari uidemus. Quare aliter negotiale in iuridicali absoluta: a qua utilitatis solum consideratione distare uidetur: aliter in aliis tractabis: quibus ex rebus patet eorum recte deliberatiuum genus tractare non posse: qui negotiale contempserunt: aut eius naturam non intellexerunt: quos eo magis errare putamus: neque sentire quod agant: quod neque ab ea recedunt quum de deliberatiuo genere loquantur: & generis putant locos a formis seiunctos inueniri: quum nihil in genere sit: quod in speciem non defluat. Verum quoniam quomodo constitutiones in deliberatiuo inueniri docuimus deliberationis quoque statum proprium in iudicium torqueri doceamus nec ab oratore summo recedamus. L. flaccus quum in asia prætor esset ut uicina maria a prædonibus tuta redderet communi ciuitatum impensa classem constituit. Accusatur deinde: quum opus non esset classem constituisse. hic quoniam deliberatio eius reprehenditur tanquam inutilis ac frustra suscepta: his locis dicere causam oportet: quibus animum ad conficiendam classem induxit. Quare negotialis in iudicio est: cui a liquid accedere a iudicii fine non incongruum est: ut quum natura hanc ab illa differre necesse sit: tractatione quoque differat: sed de his hæc tenus. Nunc ad ea transeamus: que quum ex ipso fine deliberationis defluant a constitutionibus tamen non sepe rantur. Sed quis locis constitutionum admittantur: tamen quoniam ex proprio fine deliberationis profluunt: præcipi sepe ratim solent. Finis igitur deliberatiui generis: ut ante diximus: honestas est: quam ita intelligimus: ut utilitati coniuncta sit. quum. n. et honesto & utili finis emanet: placuit honestatis

Cap. de statu deliberatiui generis

Honestas finis deliberatiui

uocabulo potiusque utilitatis eum nominare. Nam honesta multa per se etiam quum inutilia uideantur: suscipi uidemus: ut stoicos multos academicos ac cynicos audiimus acquirende discipline ac adipiscende uirtutis gratia non modo collatam sibi ab aliis pecuniam contempsisse: sed etiam suam eiecisse. At contra nemo unquam qui quidem boni estimationem uiri habuerit utilitatem turpem conlectatus est. His ita dictis rerum expendarum tria genera esse uidentur: uitandarumque ex opposito tria. Nam quedam dignitate sua nullo emolumento capientia ui propria nos ad sese alliciunt: quæ pure honesta nominamus: ut uirtus: scientia: ueritas. quedam non sua ui aut natura: sed quum turpitudinem non afferant propter fructum atque utilitatem expetuntur: ut pecunia: hæc utilia communiter appellantur. quedam & sua ui nos ducunt & utilitatis specie capiunt: ut amicitia: id non quod utile quidem: sed inhonestum ac palam turpe tanquam inconsistens quadruplatoribus: & sicariis: de quo deliberent relinquatur. Primam igitur rerum expendarum partem: in rectum aut laudabile diuidimus. Rectum est: quod cum uirtute & officio fit: id diuiditur in uirtutem & officium. Virtus est animi habitus rationi consentaneus: que quadripartito diuisa est: i Prudentiam: Iustitiam: Fortitudinem. Temperantiam. Prudentia est rerum multarum memoria: & usus quamplurimum negotiorum: quo quidem ex usu & memoria rerum multarum calliditas quedam conflat: que ratione quadam potest habere delectum bonorum & malorum. Partes prudentie sunt memoria: intelligentia: prouidentia. memoria est: per quam animus præterita repetit. Intelligentia est: per quam ea que sunt perspicimus. Prouidentia est: per quam futurum aliquid uidetur: antequam fiat. hæc quum maxima pars prudentie sit: cum multarum rerum memoria & usu: tum uel maxime singularum circumstantiarum acri examinatione conficitur. Qua in re si quis non parum profecerit intelliget se multum: & in prouidendo & in docendo consecutum esse. Iustitia est æquitas ius unicuique rei tribuens pro dignitate cuiusque: hanc tripartito partimur: ut quoddam natura ius esse intelligamus: quoddam consuetudine: quoddam lege. Nam iustitie initium a natura profectum: consuetudine postea & legibus sancitum est: que & si in secundo qualia sint patuerunt: Tamen etiam hic inferenda uidetur. Natura ius est: quod nobis non opinio: sed quedam innata uis inseruit. Eius partes sex sunt Religio: Pietas: Gratia: Vindicatio: Obseruantia. Veritas. Religio est uis insita: que deorum metu: & ceremoniis hominem ducit. Pietas est in patriam aut in parentes: aut in alios sanguine iunctos officium. Gratia est officiorum honorum & amicitiarum memoria & remuneratio Vindicatio est: que uim & contumeliam defendendo aut ulciscendo propulsat: & per quam peccata punimus. Obseruantia est per quam

res expetendæ tria gno

Honestas

Veritas

De honesto

rectum  
Laudabile

Virtus  
Prudentia  
Iustitia  
Fortitudo  
Temperantia

Memoria

Intelligentia  
Prouidentia

Natura

Iustitia

Natura  
Religio  
Pietas  
Gratia  
Vindicatio  
Obseruantia  
Veritas



Consuetudinis ius

partu  
par in  
iudicatu

Legis ius  
fortitudo

Temperantia

Continencia  
Clementia  
Modestia

officium

de officijs diuersorū psonarū

etate & sapientia uel aliqua dignitate antecedentes ueneramur. Veritas est: quæ nos monet: ut res sicuti est: & sicuti scimus dicamus. Consuetudine ius est: quod sine lege propter uetustatem æque: ac si legitimum sit usitatum est: ut pactum. par. iudicatum. Pactum est: quod iter aliquos conuenit. Par est quod iter aliquos cões æquale est. iudicatum est: de quo aliquorum aut alicuius iam sententia constitutum est. Lege ius est: quod aut populi: aut imperatoris iussu sancitum est. Fortitudo est rerum magnarum appetitio: & rerum humilium contemptio: & laboris cum utilitatis ratione permissio: eius partes sunt quattuor. Magnificentiã. fideliã. paciã. perseuerantiã. Magnificentiã est rex magnarum cum apla ai cogitatione adstratio. Fidentia est per quam animus in magnis & honestis rebus multum in se fidutiæ certa cuspe collocauit. Paciã est rex arduarum: ac difficilium honestatis ac utilitatis causa uoluntaria: & diurna permissio. Perseuerantia est in ratione bene considerata stabilis & perpetua permanens. Temperantia est rationis in libidinem: atque in alios non rectos impetus animi firma ac moderata dominatio. Partes eius sunt continentia: clementia: modestia. Continentia est per quam cupiditas consilii gubernatione regitur. Clementia est per quam animi temere in odium: temere concitati comitate retinentur. Modestia est per quam pudor honestus clarum & stabilem comparat auctoritatem. Hæc quidem sunt fere quæ per se expetuntur: de quibus multo latius ac subtilius philosophi disputare solent. Quare si quis hæc acutius atque perfectius comprehendere uelit adhibebit ad legendos philosophorum eos libros: qui de officio & uirtute scripti sunt: & tempus & diligentiam. Nos hic ista tetigimus: quoniam aliter ne intelligendi quidem huius deliberatiui generis potestas datur. Nam & si iudicis etiam non parum harum rerum cognitio conducere uideatur: tamen deliberationi atque demonstrationi sic propria est: ut sine his rebus nec deliberatio: nec demonstratio quidem dici posse uideatur. Ex his autem quæ de uirtute dicta sunt officium illud oriri uidetur: quod quum ipsius uirtutis ad unumquemque hominum accommodatio uideatur: a uirtute quidem nunquam seiungi queat necesse est. Ita enim cum ipsa uirtute se habet: ut neque uirtus unquam sine officio: neque officium sine uirtute inueniatur: quæ quum ita sint tamen uirtus omnium: officium non omnium est. Nam ea uirtus & decorum: quod communi consideratur: si unicuique secundum etatem: scientiam: dignitatemque suam accommodes: officium appellatur. Quare patet officium esse ex etate: scientia: & dignitate uniuscuiusque circumstantiisque ceteris secundum uirtutem congruam ac conuenientem actionem. Hæc officia & si oratoris considerationi subiecta sint: tamen quantum ad rem pertinent: quoniam & deliberatiuo & demonstratiuo generi multum afferunt. Sufficit paucis qualia sint breuiter ante oculos ponere. Nullus ergo dubitat alia uirorum: alia mulierum esse

officia. Virorum enim regere: & ratione cuncta disponere. Mulierum uiris subiecti: & eos subsequi: nec omnia uelle scire: quæ gubernationi uirorum subiecta sunt. Nam aliter in matris papirii pretextati fabulam sepius incideremus. Feminarum autem alia quidem uirginum & puellarum: alia matronarum officia sunt. harum uiros diligere ac obseruare: liberos si qui sunt libere educare: uirginum parenti non contradicere nec sermone uti nimis amplo: sed modesto & parco: nam procax quidem sermo: & loquacitas quis neminem deceat: tamen non tam in uiris quam in mulieribus: nec tam in matronis: quam in uirginibus turpis est. In uiris rursus alia puerorum: alia iuuenum: alia senum officia sunt. Nam seni consilium & cura iuuenum plerumque traditur. Iuuenes laborem perpetui: maioribus subsequi: laude accendi uehementer decet. Deinde imperator quidem clementiam: prouidentiam: magnanimitatem in omnibus conseruabit. Miles autem non erit quidem earum uirtutum expertus: sed maxime obseruabit magnam quandam in explendis imperiis uoluntatem. Itaque quoniam de officiis dignitatum loquimur: quis non uidet aliud esse: quod ad senatorem: aliud quod ad tribunum plebis: aliud quod ad consulem aliud quod ad prætorem pertineat: aliud legati: aliud tribuni militum: aliud magistri equitum: aliud imperatoris exercitus: & eius præconis: aut consulis: aut dictatoris officium esse quis non intelligit? Sed eorum omnium aliqua legibus: aliqua consuetudine: aliqua æquo & bono confirmantur. Sunt item alia: quæ parentum ad liberos sunt: aut liberorum ad parentes. Item ad ciues: aduenas: peregrinos: & eos pauperes calamitosos: inopes: aut contra diuites: potentes: felices. Item cum potestate: aut sine potestate: quæ omnia si quemadmodum dicuntur: Ita simpliciter: & fieri deberent: non esset paruæ cognitionis uidere in unaquaque re quid conueniat. Nunc autem quum adeo inter se permutentur: ut nunquam ferme stabilia sint: sed loco: tempore horum: aut illorum præsentia in uario nimis: atque uario statu inueniantur difficillimum omnium iudicio: & quid deceat inuenire: & quum inuenieris actione non incommoda exequi. Maxime uero tum quid faciendum sit: difficile uidetur: quum ita accidit: ut opponi quædam inter sese uideantur: ut si filius magistratus populi sit. Dubitatum. n. diu est a multis quodnam officium patris ad filium: aut filii ad patrem id temporis sit: quorum multi non dubitant: quoniam filius magistratus populi sit: & deambulandi: et sedendi: & salutandi rationem commutatam asserere. Nonnulli tamen solū id fieri oportere asseuerant: quum aliquid quod ad publicam actionem administrationemque pertineat agitur. domi autem: & in his quæ ad priuata pertinent: patres præponunt. Nos quoniam huius rei mentionem fecimus: accidere posse contendimus: ut nunc primū: nunc postremum nunc neutrum recte fieri possit. Nam & magistratus dignitas non unquam

Mulierum officia

Virorum officia

Imperatoris officium

de officijs patris ad filium  
uel filij ad patrem.



tanta est: ut non solum foris: sed etiam domi dictatorem: aut consulem:  
populi romani recte patri proposueris: & pater si summe auctoritatis  
tum etate: tum honoribus: tum sapientia fuerit a minore magistratu fi-  
lio anteponetur: ac nostra quidem sententia super ea talis est. Horum  
ergo magnam habere officiorum cognitionem: & quid consuetudine  
ualeat: quid etiam lege sancitum sit: in deliberationibus scire necesse est.  
Nonnunquam enim in deliberando queritur: quod & in aliis fieri potest ge-  
neribus: quorum potestas de re proposita deliberandi sit: Aut qui mo-  
dus: quod tempus: quis locus: que causa huius deliberationis esse sole-  
at. que omnia ex medio officiorum oriri fonte: qui circumstantiis impli-  
citus est preclarissimum est. In deliberationibus autem non ea solum: que  
propter se expetuntur: sed ea etiam: que propter se uitanda fugiendaque sunt  
plurimum posse necesse est. Nam quemadmodum his que expetuntur  
hortari consueuimus: ita his rebus: quas propter se fugiendas arbitramur  
potissimum dissuadere non dubitamus. Fugienda igitur propter se di-  
cimus tam ea: que & uirtuti officio uidentur opposita: quam ea que quum  
finitima fere ac propinqua uideantur absunt inde tamen longissime:  
in quibus etiam maior fieri error plerumque solet: multique uirtutis imagi-  
ne capti feruntur in uitia poenitus: quum credant nequaquam recedere ab  
officio. Nam uirtuti quidem opposita manifesta sunt: ut ignauia for-  
titudini: iniustitia iustitie: immodestia modestie: stultitia prudentie: &  
per alias honesti partes oppositum inuenire: non difficile est. Que au-  
tem & si finitima uidentur: tamen procul absunt: eaque re inter uitia re-  
ctissime numerantur: ut exemplo ostendemus huius generis sunt con-  
fidentie contrarium est diffidentia: audacia non contrarium sed appo-  
situm ac propinquum: ac tamen uitium est: similiter perseverantie: quae  
uirtus est pertinacia finitima est: religioni superstitio: & ceteris semper  
uirtutibus: que finitima uidentur. uitia fugienda sunt: que nonnunquam  
nec certo quidem nomine appellantur. officiis autem propinqua puta-  
mus uitia quecumque aliqua circumstantia non recte facta uidentur: ut si  
potestatem alicuius rei cuidam homini esse concederemus: eo autem mo-  
do: aut tempore: aut loco: aut causa non debuisset facere contendimus.  
Quare quum aliquid huius accidit: ut uel officio rem fieri absolute ne-  
gemus: uel alicuius potestati subiectam non esse inficiatione: quum  
ex aliqua circumstantia infirmamus obliuientia utendum arbitramur.  
Verum quoniam res expetendas tripartito diuidimus: honestas scilicet  
utile & coniunctum: honestumque in rectum & laudabile: ac de recto que  
tum ad rem pertinet satis dictum est: consequens est: ut de laudabili  
breuiter differamus. Laudabile est quod conficit honestam & presentem  
& consequentem commemorationem: id ex officio & uirtute nascitur.  
Quare ab officio & uirtute re quidem non seperatur: in dicendo autem

qd in deliberando querit

per se fugienda

Superstitio

officiis propinqua

Expetenda res tripartito

Rectum

Laudabile

idcirco seperari solet: quoniam non solum uirtus hominibus: uerum et  
laus pro se expetit: qua ratione nonnunquam recto pretermisso a sola laudis pe-  
titione cohortamur: quum ostendamus quam famam: quam gloriam  
consecuturi sumus. Item quam infamiam fugiemus: quam ignominiam  
euitabimus: si hoc fecerimus: quod ita esse: aut partibus honesti compro-  
babitur: quum omnibus laudari uirtutem dicemus: aut moribus: aut con-  
suetudine omnium: aut sapientioribus hominibus: & his maxime: qui  
harum rerum peritissimi habentur: aut ciuibus nostris sociisque laudabile  
uisum: iri ostendemus: que omnia non tenui: sed graui & ampla oratio-  
ne prosequemur. Sed de honesto satis dictum est: nunc de utili breuiter di-  
camus: quod partim honorum presentium conseruatione: ac absentium  
comparatione: partim incommodorum instantium propulsatione: ac fu-  
tutorum inhibitionem diffinimus. hanc utilitatem que in ciuilibus que-  
ritur causis totam corpori attribuiamus. Nam res fortunae omnes ad  
commodum fere corporis expetimus. Ac ciuitatis quidem quasi cor-  
pus ea conficere arbitramur: sine quibus nec ciuitas quidem est: ut a-  
gri: portus: pecunia: classis: nautae: milites: socii: que quis ita se habeant  
ut nonnulla etiam horum ad conseruandam ciuitatem necessaria non ui-  
deantur: tamen quum nullum est: quod aut huic aut illi ciuitati necessarium  
non sit: Idcirco corpus ciuitatis constituere huiusmodi omnia dicenda  
sunt. Nam mediterranea quidem tanquam extraneas res quasdam: quibus  
non necessario constituatur: sed amplificetur ac exornetur solum classe &  
nautis necesse est. Venetiarum autem praeclarissima nostris tempo-  
ribus ciuitas nautis: classe: portu non minus constituitur: quam pecunia mi-  
litibus: sociisque corroboretur. Hec ideo diximus: quoniam perutile imo  
necessarium oratori putamus: si recte consulere patrie studet: ut dili-  
genter consideret: quibus ciuitatis corpus tanquam ad uiuendum necessa-  
riis membris contineatur: quibus coadiuuatur: quibus exornatur. Plu-  
rimum enim interest ad dicendum ad corpus ne ciuitatis pertinere ostē-  
das rem qua deagitur: aut ad amplitudinem & dignitatem solum. Ac  
primum quum ad salutem necessarium: secundum quum ad exornatum  
pertineat usus appelletur. His ita consideratis si quis agros: portus: pe-  
cunias: & que huiusmodi que ampla dicit conficienda: is quoniam pote-  
torem ciuitatem confici censeat: amplitudinem simul cum incolumita-  
te ciuitatis conseruandam dicit. Quare utilitatis partes duas esse cense-  
mus incolumitatem & potentiam. Incolumitas est salutis tuta & inte-  
gra conseruatio. huius partes sunt custodia: regionis moenia: portus:  
classis: nautae: milites: socii: armae: qui imperatores clari: pecunia & que  
ea consequuntur: ut est earum rerum: que efferuntur & inferuntur di-  
ligens obseruatio: reddituum amplificatio: impensarum diminutio: & que  
huiusmodi: dum hec omnia necessario ad constituendam & conseruandam

Capitulum de utilibus

Vale publicae

Virtus iuncta. In colum-  
potent



ciuitatem requirantur. Potentia est non ad sua conseruanda solum: sed ea etiam: quæ aliorum sunt obtinenda idonea rerum facultas. Potentię partes sunt hæc: quas & incolumitatis dixim⁹: dum illis amplum quoddam & excellens ac minus necessariū esse additū intelligatur: ut per ea non solum ad defendendam iniuriam: uerum etiam ad inferendam ciuitas multum ualeat. Sed de utilitate nunc satis. Quare cōiunctum tū ex utilitate: tum ex honesto consideremus. Huius cōiuncti partes ponimus dignitatem: amplitudinem: amicitiam: bellum: pacem: legislationem. Dignitas est alicuius honesta cultus: & honore: & uerecundia digna auctoritas. Amplitudo est potentia aut maiestatis: aut aliquarum copiarum magna abundantia. Amicitia est mutua beniuolentia: quæ consensu ac pari uoluntate conficitur. Bellum aut ad expellendum præfētem uel futurum metū: aut ad amplificandū imperiū ciuitatū cōtētio. Pax est coepti belli foedere depositio. Legislatio est alicuius rei ex sententia totius populi dispositio. Ad hanc lationem legis tanq̄ membratā abrogationē q̄ correctionem ac expositionem legū adiciamus. Abrogatio legis est quum dicimus non esse seruandam legem: quoniam inutilis: aut inhonesta: aut utrunq̄. Correctio legis est alicuius rei in lege additio uel diminutio. Expositio est obscuræ legis interpretatio. At loci quidem: quibus omnis persuasio aut dissuasio fieri soleat fere omnes expositi sunt. De his enim & ex his ac eorum contrariis omnis delibatio fit. Hęc igitur omnia: ut diximus: negotialis constitutionis locis accommodanda sunt: & quum utilia & honesta: tum & necessaria & facilia demonstranda sunt. Necessario fieri dicimus quęcunq̄ aut natura sui: aut casu fieri necesse est. Nam oriri solem atq̄ occidere mori hominem: uri flamma. Natura sui necessaria sunt: urbem quāpiam in hostium peruenire potestatem simpliciter necesse non est: sed casu. Nam si ita accidit: ut undiq̄ hostium copiis circundanda sit: neq̄ auxilium aliunde possit expectare: neq̄ ciues rerum abundantia: Pręterea uel manu: uel natura loci muniti sint: nec quid sit: quod hostes inde amouere possit: urbem in hostium potestatem uenire necesse est. Ciues autem ab huiusmodi seruitute liberari adhuc: aut fuga: aut morte: aut deditioe honesta & liberis digna possibile ē. Possibile est facile. Facile: quod nullo aut sine magno labore: sumptu: molestia q̄ breuissimo tempore confici potest. Laborem uero sumptum: molestiam: longinquitatemq̄ temporis: non simpliciter: sed comparatione rei: qua deagitur considerare putamus. Nam qui nullus aut paruus labor uideri debet: si rei præclare gratia suscipitur is maximus iure existimabitur: & si parua quadam de re subeundus diceretur: sed facilitati ac necessitudi. difficile ac impossibile opposita sunt. Difficile igitur ē: quod sine magno labore sumptu molestia: longinquitatemq̄ temporis confici non potest. Impossibile

potentie ptes

Cap. de cōiuncto ex utilitate & ex honestate.

Cōiunctio  
 Dignitas  
 Amplitudo  
 Amicitia  
 Bellum  
 Pax  
 Legislatio

Abrogatio  
 Correctio  
 Expositio

possibile  
 facile

Difficile  
 Impossibile

similiter ac quod necesse est: aut natura sui fieri non potest: ut quiescere cęlum: moueri sursum lapides: deferri ignem: aut casu si cum alicui quę superius enumerauimus urbi acciderēt. Impossibile diceris ciuitatem euadere. Hęc igitur quattuor: quę tam honestati q̄ utilitati adiuncta dicimus: siue hortaris: siue dehortaris: diligenter consideranda sūt & ea quidem: quę natura sui: aut fieri non possunt: aut necessario fiunt quum in dicendi rationem incidunt: nihil erit: quod multa dicamus. Nulla enim ratione huiusmodi naturā lenire possumus. At in aliis si hortamur impossibile non huius: sed difficile: difficile facile esse ostendem⁹ ut in superiore exemplo si permanere: ac defendere urbem censem⁹: multa inueniemus: aut a conditione loci: aut ab inscitia hostium: aut a calliditate & consilio nostro: quibus rem fieri posse: quous difficile confirmabimus: deinde quum iam animos auditorum eo quod possint euadere exuscitauerimus: quod difficile dicebamus: facile appellabimus. Id que uel ex re ipsa: quod cito: quod sine magna molestia & labore: si hoc aut hoc faciemus uel ex cōparatione comprobabim⁹ nullos labores: nullā molestiam: nihil esse tam arduum: tam difficile: tam periculosum: quod pro libertate iocundū uideri nō debeat. Econtra uero si dehortabimur facile difficile: difficile impossibile appellabimus. Quod nisi omnes partes bene ac diligenter occupabimus: ac postremo sic eos colligem⁹: ut uel uno spiritu oculis auditorum subiiciantur: nunq̄ commode consequemur. Quare quemadmodum ei qui hortatur unū aliquid sufficit quod rem & fieri posse & facile fieri posse confirmet: Ita ei qui dehortatur nihil per se solum sufficit: ut aut impossibilem aut rem necessariam confirmet: nisi simpliciter res huiusmodi esset. Vnde patet: quod qui casu necessariaz aut impossibilem rem dicit: nisi asseueranter omnia cōglutinet: ac sub uno aspectu demum omnia colligat: nihil faciet. qui cōtradicit ei sufficit: ut aut loco: tempore: aut persona quadam: consilio cautione: mendatio: pollicitatione: pactione aliqua: rem facilem possibilemque ostendat. Pręterea scire oportet non ex ipsa re solum: sed etiam ex adiunctione plerunq̄ huiusmodi necessitudines considerari solere: quod quum accidit: aut in adiunctionem tota causa transfertur: aut ex utraq̄ parte. si res quoq̄ orationem patitur: cuꝫ exhortationes: tum dehortationes quęrendę sunt. Verum in exemplo proposito satis iam præceptum est: quomō ex ipsa re suademus: aut dissuademus. Ex adiunctione autē hoc pacto: necesse est ut deditioe hostibus te tradas: nisi fame malles perire. Nam quum rem ipsam si fieri potest labefactaueris: quod nō necesse sit ut te tradas: Poteris enim te fortiter manu defendere: aut consilio superare hostem: & si quid huius dici potest: ad ipsam adiunctionem uenies: quam si fieri potest: primo negabis: uel quod per eius distributa frumenta diutius possint sufficere: uel quod alia etiam inuehi



possunt: deinde honestius esse dices: uel si certum ex fame costaret exitum in libertate fortiter mori: quam in seruitute ignauiter simul & miserabiliter uiuere. Verum quoniam honestum & utile deliberatiui generis finem diximus utilitatisque partes duas esse putauimus: Vnamque incolumitas: alteramque quum ad uim atque opes spectet usus nominamus: considerandum est cuius istorum adhaeret adiunctum. honestati ne: ut si diceret: necesse est hoc faciamus si honeste uolumus uiuere an incolumitati: hoc modo. Necesse est si incolumes esse uolumus arma praeparare: an usui & commoditati hoc pacto. necesse est si sine incolumitate uolumus uiuere: ea exportare: quibus abundamus: ea inuehere: quibus egemus. Omnibus igitur adiunctio inherere nequaquam neganda est. Verum honestas sine qua nec uiuere quidem homo dicendus est: summam necessitudinis obtinet. Incolumitas post honestatem maxime necessaria est. usus & commoditas tertium locum necessitudinis ac leuissimum subfortita est. haec quum inter se comparanda sint: commoditatem nunquam incolumitati: aut honestati aperte anteponendam esse dicemus: quod si causa hoc postulat commoditatem ac usum incolumitatem appellabimus: idque ita esse rationibus: quod sine huiusmodi comodo incolumitas: aut difficile aut nullo modo conseruari possit comprobabimus. deinde incolumitatem comprobabimus honestati: Neque enim ita clare contendemus incolumitatem & tutelam uitae honestati preferendam. Nullus enim id aequo accipiet animo: sed quod nihil honestum sit quod salutem non pariat uirtutibus uti non posse qui suas rationes tuto non collocarit: ipsos etiam deos infestos his esse: qui sibi pericula necemque inconsulto assiscunt. Quare incolumitatem praeposendam quia nunquam sine honestate sit: honestatem sine incolumitate nomine solum re nihil esse. hoc pacto comparationem faciet: qui tutam rationem honestae rei praeponet. qui contrariam partem defendit: primo si ex re dici potest: non esse honestum huiusmodi: ut non separetur ab incolumitate breuiter ratione: auctoritate exemplo demonstrabit: uel si hoc melius uiderentur auditores suscepturi eum tute uiuere: qui honeste uiuit asseuerabit: non qui in presentia incolumis sit: & eum qui turpiter uiuit incolumem esse non posse: & bis in periculis uersari: ut uel se ipsum ac umbram suam pertimescat. Quare non honestatem incolumitati sed incolumitatem honestati coniunctam esse dicet. Unde si ne honestate incolumitatem nomine solum esse: deinde uel dolorem si is timeatur uel mortem si ea formidetur: dedecore & infamia leuiorem esse considerare: quae sit turpitudine consecutura. At non immortalitatem neque aeternam incolumitatem consequi: nec esse exploratum illo uitato periculo nullum in aliud periculum uenturos: uirtute uel ultro ad mortem proficisci esse praeclearum: fortitudini fortunam quoque adiumento

Cui magis adhaeret adiunctum

honestas  
Incolumitas  
usus. comoditas

esse solere. Sed comparatio quidem incolumitatis cum honestate hoc fere modo fieri potest. Saepe autem & ipsum honestum inter se & utile nonnunquam sibi ipsi comparandum est: quod fit si ambae partes deliberationis: aut honestae: aut utiles uidentur. His ergo in causis primo dabimus operam: ne huiusmodi res esse credatur: ut utraque deliberationis pars honesta aut utilis: sed haec honesta: illa turpis: haec utilis: illa inutilis uideatur: primum ex iuridicali absoluta ostendemus: quod hoc natura: lege: consuetudine: iure communi: pacto: iudicatisque innitatur: illud contra alterum coniecturis assequemur. Quare natura rei: loco: tempore: persona causa. Hoc utile: illud inutile: per contentionem ostendere poterimus. Deinde si ex causa fieri uidetur: per obstitentiam utrunque utile aut honestum confitebimur: & hoc tamen honestius aut utilius esse contendemus. Idque iisdem de causis: & ex iisdem locis comprobabimus. Praeter ea in comparatione utilitatis: quum locorum: temporum personarumque contentio sit: ut quid bellum ne: aut pax ex ratione nostra fieri posse consideramus: non circumstantias solum conferendas arbitramur. Verum etiam cetera: quae aut circumstantiis attribuuntur: aut eas consequuntur. Non enim solum: cui locus commodior: cui tempus aptius: quis meliore causa nititur considerandum est: sed militum etiam numerus: uoluntas: industria: exercitatio: audacia: obedientia fides imperatorum. Praeter haec fere omnia scientia: fortuna: uirtus: auctoritas: utriusque ciuitatis pecuniae: arma: equi: naues: nauae: nauarumque peritia: & patientia. Similiter quoniam gens audacior: bellicosior: maioris animi adeo: ut etiam uicta non se uictam reputet. at altera ignaua: timida: quae uerbis solum se efferat: & in aduersis rebus omnino concidat: in secundis timore corrumpatur. Ita rebus corporis animi externis facta contentione per demonstrationem quid utile: aut quid utilius facile uidebimus: quae omnia ita dicemus: ut simul quoque: quid nobis factu facile: quid illis: quid difficile aut difficilior: quid necessarium impossibileque sit: si opus erit appareat. Eisdem enim rebus corporis animi externis: haec quoque comprobantur. Amplius id quoque breuiter: hic commonendum puto: laudem: utilitatemque: ac eorum opposita quadripartito: ut in secundo diximus spectare oportere: hoc pacto. Si hoc facimus: & si qua praesens est infamia diluetur: & quae in posterum consequeretur euitabitur aut lenietur: aut quam habemus laudem conseruabimus: & maiorem acquiramus. Item ex parte commodi ac incommodi: si hoc facimus: aut non facimus: & praesentia comoda continebimus: & adipiscemur maiora: & si quid incommodi est abiicietur: aut diminuetur: & quod incummodi futurum erit: non aderit: aut minus aderit. Sed iam nihil esse puto quod ad deliberationem pertineat: cuius fontes & radices non aperimus. quorum omnium illud maxime in omni deliberatione memoria

De comparatione utrius ad honestum.

honesti praerogatio

CONSTITUTIO



In oratione deliberatione potissimum  
confiderati

tenendum: ut maior orationis eo conlectatur: quod magis obstat: ut  
uerbigratia si bellum agendum dicitur: cum quibus ad bellum opus est a  
criter consideraueris: quod armis: militibus: classe imperatoribus: nau  
tis: si quid horum facile haberi posse non uideatur: quomodo compa  
rari queat enodabis: & quonia; hęc pecuniis apparantur: eaz; quoq; co  
pnam: unde acquiratur: nisi impromptu sit declarabis: idq; ordine faciē  
dum si qua de facultate pecuniarum dubitatio subesse uideatur. Quas  
resolutionis atq; compositionis fere modo cuncta nobis utrinq; exco  
gitabuntur: & ex comparatione si opus est nostra efferentur: hostiuz de  
primuntur: aut si re aliqua hostes antecellunt: uel pluribus uel potiori  
bus nos superiores ostendimus. Verum hęc de deliberatione sufficiāt  
de qua longiorem sermonem contexuimus: quoniam nullus satis do  
ctrinam hanc explicasse: aut gręce: aut latine nobis uisus est. Nam om  
nes: quos ego legi uix de hoc genere principium pęcipiendi fecerūt  
& finem statim attulerunt: siue q; rem difficilez rati sunt: siue q; usu  
rerum potiusq; pęceptis confici putauerūt. Nos nō ab re fecisse arbi  
tror: q; q̄tum oratoris interest explicare conati sumus. Nunc de demō  
stratio dicemus: si prius id cōmonuerimus cętera in deliberationib;  
similiter ac in iudiciali genere fieri solere. Argumentationis enim mo  
di: propositiones: rationes: confirmationes: solutiones: eodem modo e  
tiam hic fieri debere nullus dubitat. perorationes similiter: aut p enu  
merationem: aut p conquestionem: aut per amplificationez conficiuntur  
Nam & utilitas: uirtus: laus amplificanda nonnunq;: quum horum gra  
tia aliquid faciendum exhortamur: & calamitas & miseria praeterita  
instans consequens ante oculos per commiserationem ponēda est: quū  
erumpere ab is malis: ad quicquam boni suscipienduz cohortemur.

## DE DEMONSTRATIVO

Laus  
uituperatio

demonstratiuum est: quod attribuitur in alicuius certę personae  
laudem uel uituperationem cū amplificatione. Eius partes sunt  
laus & uituperatio. Laus est oratio amplificatiua rerum bonarum: quas  
certę inesse personę dicimus. Vituperatio est oratio amplificatiua rez  
malarum: quas certę inesse personae dicimus. Verum & si certaruz per  
sonarum laudem & uituperationem esse affirmo: non tamen ignoro  
has demonstratiui generis partes non solum personis: sed rebus: tem  
poribus: locis: plantis: animantibus etiam nonnunq; attribui. Nam ut  
singulos sepe homines: gentesq; uniuersas demōstratione aplectimur  
sic uirtutum aliquam uer: aut estatem: montes: ortos: uites: lauros: bo  
ues: equos: aut uituperatione: aut laude dignos putamus: quę omnia:  
quum de his dicitur personarum tenere locum arbitramur. eisdem e  
nim locis fere in horum atq; in personarum demōstratione utenduz  
est. Quare ut hęc cōmodius transigere possimus: huius quoq; generis  
quo p omnes ptes suas absoluta inuentio sit: pęcepta breuiter exponēda

uident. Nā quis raro i uita hoc genus separatim temporibus nostris  
accidere posse forte uideatur: ac in iudicialibus & deliberatiuis causis  
sepe magnę partes eius uersantur. Etenim ita se habere tria hęc gene  
ra sepe considerauimus: ut unum in altero sepiissime inueniantur: ac ni  
si alterum alteri innitatur: nō posse graui atq; facunda: uereq; oratoria  
oratione absolui. Nam deliberationis partes in iudiciali: tum occupa  
re necesse est: quum acriter quicquam peccatorum puniendum horta  
mur: ne illius rei q̄i auctoritate iudicum sumpta licentia omnes in eius  
modi scelera ruant. quę enim incommoda euenient accusator contraq;  
defensor: quid commodi ex absolute: qui deliberationis loci sunt: di  
ligenter & considerant & exponunt. Quid enī in eodem iudiciali: non  
ne magna demōstrationis pars conficitur: quum ostenditur q̄tilius  
uitę hominum: aut cōtra is: cuius de re agitur fuerit: futurus ue sit: &  
causa: quae plurimum in coniecturis ualeat: non ne nisi demōstratiōe  
uitę probetur: partim conficitur. Idem in relationibus: aliisq; constitutio  
nis partibus solet usui euenire. Iudiciale uero genus duobus in reliqs i  
ueniri: cui dubium nunq; fuit. Nam quum iudicialis constitutio eius  
generis propria uideatur: ea cęteris in generibus plerunq; uersari solz  
ut si quum faciendum ne sit quicquam deliberes iure ne fieri possit cō  
syderes. similiter quoq; si iure aut iniuria uituperandum uel laudandū  
quęq; contenderes: atq; id ipsuz demōstrationis genus quū i plures de  
liberationis locos: quum maxime in exhortationes belli aut pacis: quuz  
uires hostium nostris uiribus comparantur: ita incidit: ut huiusmodi  
cōtentione fieri quidē aliquo pacto possit: nisi demōstrationis locis  
utaris. quas obres si quis uno in genere q̄ plurimum ualere desyderat: si  
oportet: ut in oibus elaboret. quonia; ergo non minus industrię in hoc  
quoq; genere causę considerandum putamus: ut diligenter ac breuiter  
hęc etiam pars absoluat: per partium orationis ordinem: documēta  
exponi debere intelligo. Partes orationis demonstratiuz: ita ut in aliis  
sex esse putamus. exordium semper ferme per principium tractatur.  
Nam & si ex consuetudine accidat: ut in nonnullis uenetę ciuitatibus  
fieri uidi: ut necesse sit aliquem laudare: quū minime probus uideatur  
tamen beniuolentia capta ex hoc ipso quod officio nostro fiat: & q; bo  
nam consuetudinem seruandam putamus: quę probos meliores ipro  
bos bonos sepe reddere consueuit: ad reliquas oratiois partes ueniend;  
de quibus mox dicitur. Principium ergo: aut ab nostra: aut ab eius de  
quo dicitur: aut ab eorum qui audiunt persona: aut a rebus ipsis sumi  
tur. A nostra persona si laudamus: aut officio facere uel q; causa neces  
situdinis intercedat: uel q; in eo loco honore dignitateq; sumus: in qua  
qui fuerunt semper huiusmodi minus susceperint. Hoc tamen tum fa  
ciendum arbitramur: quum non honeste effugere possumus: quin uel

de generum trium coniectione

Demonstratiue ptes orationis

principium



improbum laudemus. quo i casu etiam illa non erunt aliena. nos ideo suscepisse laborem: ut opera nostra non paruam utilitatem uniuersae ciuitati conferamus: bene nos perspexisse laude improbos probos: bonos meliores fieri. hic tamen si is quoque audiret: de quo dicimus: ne eum offedamus: addere possumus certo scire nos hunc probatum uirum ita excitari laudibus: ut ex proba meliorem futurum non dubitemus: aut a studio facere affirmabimus: quod huiusmodi uirtutis sint: qui laudantur: ut ex laude ipsorum appareat qualis nosterque animus sit: & simul nobiscum ceteri ad similem uirtutem accendantur. Si uituperabimus: aut merito facere: quod ita tractati sumus: aut studio quod utile putemus esse ab omnibus unicam malitiam atque nequitiam cognosci: uel quod placeat ostendi quod nobis displiceat: aut officio: quod in eo loco honore dignitateque simus: ut hoc nobis uel necesse faciendum sit. Ab eius persona de quo dicimus: si laudabimus dicemus illius facta posse uerbis consequi neminem: quoniam huiusmodi sint: ut omnium laudatorum eloquentiam facile auertere possint: omnes illius uirtutes predicare oportere: uix aliquid eo dignum ab omnibus dici posse. Si uituperabimus paucis commutatis eodem fere modo dicemus. Nam quoniam laus uituperationi opposita est: si pauca laudationis uerba in contrarium uertes uituperationem nimirum conficies. Ab auditorum persona: si apud eos laudabimus: quod hominem cognouerint: dicemus nos monendi causa pauca dicturos. Sin essent ignari: ut talem uirum uelint cognoscere petemus: quoniam in eodem uirtutis studio sunt: qui audiunt: atque ille quem laudaturi sumus. Praeterea sperare nos facile iis huius facta probaturos: qui ad haec sponte parati sunt: qui quum sua studia praeclearis uiris placuisse uideant: alacriores ad complectenda huiusmodi uirtutem efficientur. Contraria erit uituperatio: quoniam nouerint pauca de malitia: nequitiaque eius dicturos: quod si ignorarent: petemus ut cognoscere uelint uti singularem malitiam uitare possint. Praeterea sperare nos illius uitam ipsos uehementer improbaturos: quoniam dissimiles sint. Ab rebus ipsis incertum esse quid potissimum ex tanta multitudine rerum: quas optime gessit: laudare debeamus: uereri ne quum multa dixerimus: plura praetereamus: nullam esse orationem: quae illius factis non uincatur. & si quem ex eloquentia laudaturi sumus: in hac excellentia rerum ipsius opus esse oratione dicemus: & quae huiusmodi sunt: quibus contraria sumuntur in uituperatione. Principio ita tractato: narratio non erit ulla: quae necessario consequatur: sed si quid incidit quo aliquod factum eius de quo loquimur nobis narrandum sit: cum laude ac uituperatione apte prout res postulat narrabimus: sed narratio sicut nunquam fere incidit: quam laudamus: cuius facta nota sint: & sola amplificatione indigent: sic semper inuenitur: quum quid fecerit ignotum sit: quae non uno in loco tota

Narratio

ut in aliis generibus cogitur: sed passim: ut quicquam amplificandum est: breuiter narratur: quod & in aliis accidere posse propter multitudinem rerum non ex reo solum: ut dictum est: uerum etiam ex accusatore Cicero iuerrem testatur. (Diuisione utemur commode si naturam eius rei quam laudamus diligenter quibus consistat considerabimus. non enim oportet (ut plurimi putant) quoniam omnis demonstratio: aut ex rebus quas externas appellant: aut ex his: quas corpori aut animo attribuunt in has partes semper orationes distribuere. Nam & fastidium auditoribus pareret si sepius fieret: & ignorantiae uitium non euitaret: si quis rei naturam relinqueret: & his communibus semper esset occupatus. Quare optimum factum putamus: ut in iudicio atque consilio is bene partitur qui quum omnia: quibus facile absolui possit causa considerauerit: ea reducit in paucissima quaedam genera: quibus in diuisione utitur. sic hoc in genere: si poeta uerbigratia uel orator laudandus est: danda est opera: ut intelligamus quibus rebus poeta eximius aut eloquentissimus orator ad tantam facultatem profectus sit: quae omnia ad quae pauciora maxime possumus reducere: deinde unum quodque etiam eorum si in plura diuiditur: locis suis distribuemus. Sic enim eloquentiae magister Cicero: cuius quum clarissimas legimus orationes: multa diuina huius artis ornamenta nobis affluunt: quum scribimus: ea solum notamus: quae occurrunt: sic inquam ipse in oratione pro Pompeio praeficiendo in ea parte fecit: in qua summas imperatoris laudes diligenter persecutus est: ubi & si laudatio ipsa. Pom. propter consultationes adhibita sit: diuisio tamen non aliena ab ea distributione est: quae si summum imperatorem laudare uellet: non ut praeficeretur: sed ut clarior fieret adhibenda fuisset quid ergo dicit: Ego enim sic existimo in summo imperatore quattuor has res inesse oportere: scientiam rei militaris: uirtutes: auctoritatem: felicitatem. Oportet igitur si Ciceronem imitari uelis in eas partes breuiter ac absolute diuidere: quae totam rem complectuntur: atque constitunt. deinde singulas partes loco suo in minora decidere: si ita faciendum uidebitur: aut et non distincte: sed paulo confusius agere: si hoc commodum fuerit: quod ipse in eadem oratione factitauit. Nam quum multas dicat esse uirtutes imperatorias: multasque numeret confusius post eas inquitur quae ad distinctam diuisionem pertineat. Quod quare faciat: aut in cometariis eiusdem orationis: aut quum de summa grauitate oratoris agemus: latius dicitur. Nunc quoniam de confirmatione & confutatione huius generis dicendum est: quae partes orationis nunquam bene posse tractari uidentur: nisi quis constitutionem causae nouerit: habeat ne constitutionem demonstratio differendum est. Magni enim interest: quum causa proponitur scire sit ne constitutio quaerenda: quae totam causam contineat: quam principalem nominamus: an in dicendo solum

Cicero In Verrem  
& Diuisio.

Cicero p. pom. praefat.

Cap. de confirmatione ac  
confutatione. In quo primo  
quo terminat an demonstratio  
in generis sit Constitutio



emergat atq; erumpat: quaz incidentem dicimus: qua in re difficili atq; obscura uereret equidem: quod sentio aperire: nisi uiderem nullo pudore multos in medium afferre: quę opinantur: & si non solum falsa: uerum etiam inutilia nimium ad dicendum existant. Dicunt enim demonstratiuam causam: non minus q̄ deliberatiuam: uel etiam iudicalem: constitutiones suscipere: quem errorem tam magnum: tam ad dicendum incommodum: tunc iure reprehendisse arbitramur: quum eas rationes: quibus niti uidetur: cōfutaerimus: quod ut facilius fiat: rationes eorū prius breuiter exponemus. Primo igitur Ciceronis: Quintilianus: Victorini: Martialis cuiusdam auctoritate ratuz dicunt esse: quę sentiunt: deinde nullam unq̄ causam censent esse dicendam: quę constitutione aliqua non contineatur. Quare cęcos nos p̄nitus esse asserunt si demonstrationem & causam esse censemus: & nulla constitutione cōplecti. hoc enī natura ipsius rei nullo pacto fieri posse affirmant. Idē enim asserunt esse hominem sine ratione: & causam sine statu inueniri posse. Tertio facti aiunt controuersia in omnia tempora distribui: Nā & quid factum sit potest quęri: hoc modo. Occiderit ne aiacem ulyxēs & quid sit hoc pacto: bono ne animo sint erga rem. p. fregellani: & quid futurum sit hoc modo. Si carthaginem relinquerimus incolumem: nūquid sit incommodum ad rem. p. peruenturum. Hęc enim a Cicerone ipso in primo rhetoricorū ita exposita sunt: quo fit: ut ad hanc rationeꝝ auctoritas quoq; tanti uiri accedat: in quibus omnibus: cum coniectura comprehendatur: eam coniecturam: quę in presenti tempore uersatur: uel uictorino testante: quum describendi fregellani: ac ex laude: uel uituperatione ipsorum demonstrandum sit: bonum ne uel malum erga rem. p. gerant animum demonstrationis esse dicunt. Quarto si clarissimorum hominum orationes in demonstratiuo genere constitutionibus absolutę sunt: necesse esse dicunt: ut uel male huiusmodi orationes conscriptas arbitremini: uel non posse demonstrationem constitui sine constitutione aliqua concedatis. At constat si quintiliano credendū est. C. Cęsarem in uituperando Catone tribus usuz fuisse constitutionibus: idq; Ciceronem ipsum notasse: aut ergo casu: aut impetu quodam nature: a qua tamen profecta omnis ars est: non arte Catonem uir ille uituperauit: aut si arte usus est: non potestis negare constitutiones ita demonstratiuum habere genus: ut ne genus quidem sit: si ab omni cōstitutione destituatur. Nam primum quidem si dicetis. C. Cęsareꝝ ipse tu non arte uituperationem illam edidisse: nihil amplius nobis uobiscū erit: qui tam impudenter huius artificii auctores contemnatis: hęc illi quum dicunt contentionis nobis multo cupidiores esse uidentur q̄ ueritatis. Ita enim eos controuersia uerbi exagitat: ut neq; seipsos neque nos recte intelligere uideantur: uerum ut apertissime omnes percipiāt

quintilianus

quibus uel parum huius facultatis inest rem sicuti intelligi debent breuiter exponemus: deinde argumentis rationibusq; suis facilius respondere debimus. Demonstratiuum genus: quum simplex est ac purum hoc ē solum demonstratiuum absq; deliberatione quapiam atq; iudicio semper id amplectitur: quod certum est: quod cum ueterum usu: quo inuenta omnis demonstratio est: & consuetudine laudandi uituperandiq; tū maxime rōe cōprobatur. Nam & qui ultima demonstrationis initia quęrunt: inde asserūt laudandi consuetudinem ortam: q̄ qui in gymnasiis: palestra: cestu: cursu: aliisq; huiusmodi generibus: aliis in contentione uicebāt & coronari & laudari solebāt. Quā rē p̄dari odę: qbꝫ olympionicos ad astra tollit: confirmant: qua in laudatione non solum re: s; ne suspitione quidem affuit unq̄ aduersarius. hanc consuetudinem ide acceptam: omnes quoq; oratores: qui in hoc genere uersati sunt: diligēter conseruant. Raro enim huiusmodi orationem inuenies: in qua sibi orator aduersarium totius huiusmodi cause confingere audeat: quod ratione fieri necesse est. Nō enim uidetur absq; ratione fieri: quod crebro fiat. Quare si rationem aperimus: & pristinam consuetudineꝝ: & orationis usum: recte sine aduersario constitutam intelligemus. Si laudator & uituperator hoc in genere inter se aduersarii non sunt: nemo unq̄ aduersarius inueniri poterit. Nam quum ita iter se oppositę sint laus & uituperatio: ut accusatio & defensio: persuasio & dissuasio: oportet ut accusator defensori & dissuasori suasor: sic uituperatorem laudanti aduersarium esse. At in demonstratiuo genere laudator uituperanti nunq̄ re aduersarius est. Relinquitur ergo ut genus hoc aduersario careat. Nam si quis Ciceronem uerbigratia laudandum contendit: atq; alius eundem non laudandum opinatur: itiq; inter se aduersarii sint: iam huiusmodi demonstratio de natura sui decidit: & aut iudiciale: aut deliberatiuum genus complexa est: quomodo non negamus constitutiones in demonstrationem incidere. Verum quęstio non de hoc: neq; de incidenti constitutione habetur: de qua paulopost uidebimus: sed utrū demonstratiuo generi ex natura sui principalis non incidens constitutio attribui possit: quod adeo falsum est: itaq; aliena omni ab demonstratione constitutio uidetur: ut nec demonstratio quidem sit: si constitutionem recipiat. Necesse est enim ubicunq; constitutio inueniatur: ibi & aduersarios de re aliqua inter se contendere. Est enim: ut & nobis i primo expositum est: & omnes conclamant nihil aliud constitutio nisi defensoris prima depulsio cum accusatoris in simulatione coniuncta. Porro quum aduersarii de re quapiam contendunt: tunc decerni: diiudicariq; aliquid necesse est: quod primo iudicali deinde deliberatiuo accidit. Quare demonstratiui generis proprium erit omni constitutione carere. Aliter enim res: quę demonstratiuo generi subiicitur: certa non

exponit qd sentiat uere

pindarus



erit: sed in controuersiam trahetur. laudandus est: quod linguam latinam eloquentia sua decorasset Cicero: si nullus contradicit demonstratio pura est: neque ob id qui laudat tacere debet: quod enim laudandus sit: omnes laudatori tacite concedimus: quibus uero laudibus: quampluribus: quam firmiter rationibus comprobatis: audire desideramus: quo fit ut ea: quae in consistentia in aliis generibus essent: hic consistent: neque pugnantia dicimus: quod consistere aliquid absque statu putemus. Hoc enim generibus ceteris accidit necessario: quod & aduersarii sint. & principales status: & quidem clare ac explicite inueniantur. Hic tamen unde principalis oriatur re non sit: ut tibi ipsi obiicis: ac aduersarium adesse fingis. Ita statum occulte & implicite oriri necesse est: quod ad constituendam causam in demonstratiuo genere sufficere res ipsa docet. His ita dictis rationes suas qualesnam sint consideremus. primum inquit: ut Cicero in ueteri: & Victorinus: qui eos libros rhetoricorum exponit omni in genere incidere constitutiones confirmant. Nam quum dicitur bono ne animo sint erga rem. p. fregellani describendi nobis sunt fregellani: qui semper uidebantur aduersi. Quare hoc in themate demonstrationem contineri Victorinus putauit: neque nos negamus: sed tamen principalis hic causa demonstratiua non est: sed ad probationem principalis incidit causa. Nam ut saepe dictum est: non ab eo quod probat: sed ab eo quod probatur causa conspicienda sunt. At hic principale illud bono ne animo sint demonstrationis non est: quod uel ipsa propositione praeclarum est. Sic enim in duobus generibus in demonstratiuo certius ut omnis absit controuersia proponitur: hoc pacto. bono animo sunt fregellani erga nos. Principale igitur illud non est: quod aduersi rei. p. alias quoque fuissent: aut non: sed & certum ex historia esse potest: & principalem questionem probat. Quare: si qua etiam constitutione hoc secundum pertractandum fuerit: ea non principalis: sed incidens constitutio dicenda est. Neque tamen haec pars si per se tota consideratur: recte demonstrationis erit: si constitutionem recipiat: oportebit enim depulsionem intelligere: qua demonstratio caret. Nos autem non de huiusmodi: sed de pura demonstratione: neque de incidenti statu: sed de principali disputamus. Nam incidens quidem non in huius causis solum: sed etiam in his: quae uere demonstratiuae sunt inuenitur: ut si cuius laudem Ciceronem iure parentem patriae ipsum appellandum putem: quod Catilinae infregit consilia: idque uereret ne quo animo auditores acciperent: atque propterea mihi ipse obiicerem obiectaque resellerem: incidenti constitutione iudiciali in demonstratiuo genere uteretur: quod saepissime fieri non negamus. totam etiam questionem demonstrationis laudandum nec ne aliquem uideri constitutione: prout qui dicit aduersarium sibi fingit implicite contineri censemus: aperte querendum pernegamus. Nulla enim

Cap. in q. respondet contin.  
rijs.

est: quod qui contra dicunt non intellexerunt: aut consulto praetermiserunt. Quare nobis uidetur si auctoritas eius qui demonstrationi statum attribuit tanta est: ut negari honeste non possit de incidenti locutum constitutione dicendum esse: quod & Ciceronis exemplo: bono ne animo sint erga nos fregellani latissime patet: in quo ea ipsa demonstratio: & alii coniungitur: & principalis non est: deinde quum nullo pacto causa sine statu posse constitui arbitrentur: uehementer errant. Causa enim est res quae cum certarum personarum interpositione in dicendo proponitur. Constitutio uero est prima deprecatio defensoris cum accusatoris in simulatione coniuncta. Quare constitutio quidem omnis: & causa erit. Habet enim certas personas defensoris: & accusatoris: aut suae foris & dissuasoris. Nihil enim refert quantum ad hanc rem hoc aut illo uocabulo contendentes appellare: non autem idcirco & causa omnis constitutionem necessario complectetur. Nam ut proprium est constitutionis controuersia: ita causae proprium omnes aiunt certarum personarum interpositionem. Id autem etiam sine controuersia consistere posse quis non uiderit: Nam quum sit controuersia certarum personarum de re quapiam contentio ipsa quidem causa est: & iudiciali maxime: tum ab aliis: tum a Cicerone ad harenium attribuitur. Causa uero quum certam personam requirat: eamque absque controuersia ac contentione possit adipisci: demonstrationem sine constitutione constitui posse manifestum est: fieri enim non potest: ut quoniam homo animal sit omnis idcirco quicquid animal sit & homo sit. Nam hoc quidem ne insanus unquam diceret: at causas genus: & quidem supremum constitutionis etiam ipsi dicunt: sed non uident non omni causae: sed ei solummodo subiici constitutionem: quae controuersiam ac contentionem suscipiat. Nam quum tria genera causarum etiam ipsi ponant uni per se toti inesse controuersia non potest. Nam & si nulla species sine genere: genus tamen absque hac specie esse potest. Quare taceant aliquando & graecos harum rerum inuentores sequantur: apud quos nullus unquam hac de re dubitauit. Praeterea si diuersorum generum diuersae sunt species: necesse est: ut in deliberatio aliter quam in iudiciali status oriebantur. Aliter etiam hic & per obiectiones incidere uel implicite: atque occulte excogitari: quod dicendi ratio ostendit: non ut in superioribus aperte inueniri. Quartum dicebant (nam tertium ex his: quae iam dicta sunt: facile refellitur) clarissimos auctores a maximis oratoribus constitutionibus in demonstratiuo genere uti notatos fuisse: quod si demonstratiuum genus simpliciter illi tractarunt: incidentes status fuisse dicemus. Nam principales fuisse qui poterant: & enim si omnis constitutio depulsio est aduersarii: ubi depulsio non est nec constitutio est. At demonstratio constitutionem principalem non habet (Caret enim aduersario) caret igitur constitutione. Sed in uitupando

Causa.  
Constitutio

Tria genera causarum

Ad auctorum rationes graecorum  
mas respondet.



Catone usus est statu. C. Cæsar. incidenti ergo ut si uolueris principali demonstratio tibi simplex non erit: sed iudiciali generi permixta: quod equidem facile concesserim. Is enim erat Cato cum genere tum maxime uirtute: ut nemo esset ferme non inuidus: qui eum summis non putaret decorandum laudibus. Quem quum Cæsar uituperare instituisset: omnibus fere se aduersarium profitebatur in eo uituperando. Quare quum ceteri laudandum ipse solus uituperandum sentiret Catonem: & quum aduersarium & depulsionem tanquam in iudicio afferri huc uideamus: constitutionem ex depulsione nasci necesse est: sed simplicitas demonstratiui generis conseruari non potest. Nam eius proprium esse rerum bonarum malarumue: quas inesse cuidam omnes facile concedunt. amplius expositionem nemo unquam negauit. Quare hoc iam ratum habeatur demonstrationem omni constitutione natura sui carere. Inanem enim oratori laborem imponemus: si principalem in hoc genere constitutionem sibi inueniendam putabimus. Nam quum oporteat ex depulsione statum inueniri: ac nulla insit principalis depulsio: nescio quam constitutionem aliquis queret: nisi quis fortasse dixerit fingendum nobis statim a principio causam aduersarium esse: quod si quis uerum putauerit: is si sibi ipse constare uult confiteatur oportet fictam quoque non ueram demonstratiui generis constitutionem inueniri. Verum nos fictas has constitutiones a quibus fictos quoque locos fictaque argumenta nasci necesse est: in ueris præmittamus: & ad præcipiendum reuertamur. hoc tamen prius dictum uelim illud quoque importunitatem eorum ostendere: qui constitutionem in hoc genere principalem querunt: quod si quis a licuius status ordinem in demonstratione: quemadmodum in aliis generibus per totam orationem sequi uoluerit: eum nihil habere: quod dicat præclarissimum est. Adeo natura rei repugnat: & obstat. Quare quod re fieri non potest: id querendum præcipere demeriti putandum est. Nam qui non uidet demonstrationem locis suis nulla ratione constitutionis adhibita: Quod ceteris generibus accidere non potest: peragere posse: is oratoris facultatis omnino ignarus ex cupiditate contentionis omnia perturbat. Sed hos relinquamus. Nos quod ut si nullam constitutionem scientiam habueris locis propriis tractari potest: Id natura sui nulla constitutione necessario sustineri intelligamus. erit ergo genus sine specie: sed huius generis omnis status incidenter species est uel etiam accedit: suæ illæ sunt: quæ diuersitate laudatarum rerum tanquam in diuersis statibus locos aliquantulum immutant: ut hominis: plantæ: domus & huius rerum laudes: quas & absque statu ample peragere posse & locis & rebus differre patet. Quare & specie diuersas atque dispersas manifestum est esse. Illud denique non prætermiserim accessorium statum non ex fictione solum obiectionis oriri: sed nullum esse certum statum

*sine specie genus demonstratiui.  
sine constitutione.*

presupponere. Quare aragnearum eum telis simile esse necesse est. Verum hæc oratio defendendæque ueritatis studium longius nos euexit. Quare nunc ad præcepta inuentionis redeamus. Omnis demonstratio ab his locis fluit: quos personis esse attributos diximus. Verum ut res latius atque altius repetatur communiorque modum eiusdem rei exponamus: confirmationis demonstratiue tres sunt loci: nam aut ab animo: aut a corpore: aut a rebus externis omnis demonstratio capitur. Animi sunt quæcunque consilio & cogitatione fiunt: ut Prudentia: Fortitudo: Iustitia: Temperantia: de quibus ante dictum est. Corporis sunt quæ natura corpori attribuitur commoda: uel incommoda: ut uelocitas: robur dignitas: ualido: & quæ contraria sunt. Externas res dicimus quæ casu: aut fortuna: secunda aut aduersa solent accidere ut genus: educatio: diuitiæ: potestas: gloria: affinitas: & eorum contraria. Verum quoniam omnis honesta laus: ac uehemens uituperatio: ex his quæ animi sunt conficitur: Idcirco cetera omnia ad res animi trahere commode oportebit: ut si bono genere natus fuerit: dicemus parem: aut excaelsiorem suis fuisse: sin humili: ipsum suis non maiorum uirtutibus laudem consecutum. In uituperatione si bono genere ualde degenerasse a suis: nec mediocri eis dedecori fuisse: sin malo: tum ipsis detrimento fuisse. Similiter in educatione si laudas: quod in liberalibus artibus fuerit eruditus: quod id ætatis: quod plerique omnes ocio & uoluptatibus consumunt bene ac honeste bonis disciplinis tradidisset. Sin uituperas a bonis se ipsum artibus aperte subtraxisse nihil sibi defuisse præter se ipsum. Item si dignitas ac forma corporis fuerit: laudi sibi non ut ceteris detrimento atque dedecori fuisse. Amplius uires uelocitatem egregiam: ceteraque huius summa industria honestis ac crebris exercitationibus comparata fuisse: bonam ualitudinem ex perpetua diligentia & temperantia cupiditatum acquisitam. In uituperatione si erunt hæc corporis commoda: his male usus dicemus: quæ natura egregia esset consecutus: ac ideo magis uituperandum: si non erunt omnia præter formam ipsius culpa & in temperantia accidisse dicemus. Similiter in potestate: paupertate: diuitiis: gloria: amicitiiis: inimicitiiis qualenam animum habuerit considerauimus: & quid fortiter: quid ignaue: quid prudenter magno animo iuste continenter uel contra gesserit ostendemus. Idque non in factis solum: sed et in dictis obseruare licebit. Nam quoniam ut diximus uera demonstratio ex animo habetur: ac animum tam a corporis rebus & extraneis: tam a factis & dictis nonnunquam comprehendimus & a dictis nonnunquam facilius (Animi enim simulacrum orationem putamus) necesse est: quid in omnibus his animi uitium uel uirtus appareat: non parua cura perspicere: quæ si huiusmodi erunt: ut quis concedere possit ita esse ut dicimus: dabimus operam ut quæ maxime

*hactenus de quæstione.*

*Cap. de præceptis demonstratiui generis.*

*Loci demonstratiue confirmatiue.*



ampla & magna oratione efferantur. Nihil enim magis proprium est demonstrationi quam ampla oratio: quod si nonnulli suspicantur aliusmodi atque nos uolumus forte uideri rationibus earumque confirmationibus: de quibus iam unde inueniantur docuimus comprobanda nobis sunt: obicere etiam nobis ipsis: id quod obstare uidetur: & soluere a locis eius constitutionibus: quam obiectio nobis obtulit: aliisque modis: quibus diximus solutionem fieri non inutile est. Abstrahuntur enim hoc pacto ab eo: quod opinabantur auditores facilius: quod ita faciendum est: ut nunquam ab ampla oratione discedamus. Quam amplissimam cum propriis: tum communibus locis efferemus. Nam genus educatione: operationesque alicuius ieiuna oratione: atque exanguis exponere: id quidem non est demonstratio genere uti: sed historiam conscribere. Quare qui aliquem laudat: & exili quodam dicendi genere res suas solum exponit: is quid sit demonstratio parum intellexit. Ac huiusmodi multa his nostris temporibus omni refertis ignorantia fieri animaduerti: & quod molestius ferendum est ab his maxime: qui huius orationis copiam magistros se profitentur: qui quum uel clarissimos imperatores laudent: quorum res gestas amplissimas existimant: ab exili tamen & arida oratione recedere non possunt. Quamobrem sepius dicendum est: demonstratiuum genus ne demonstratiuum quidem esse: sed a natura excidere nisi crebris amplificationibus absoluantur. **O**rdinem autem in demonstrando conseruare hunc licebit. Primo genus hoc est quibus maioribus natus sit ostendere: deinde cum educatione amplexus fueris ad iuuentutis studia uenire ac deinceps operationes uirilis etatis amplecti. Primumque quod primo gestum sit cum amplificatione proferre: aut si ita uisum fuerit: breuiter primo narrare: deinde ampla id oratione complecti: ac alterutrum ordinem: hoc est hunc aut illum: uel utrumque. i. modo hunc modo illum usque ad postremum obseruare: omnia ad animi: ut sepe diximus uitium: aut uirtutem accommodare: ut si laudemus fortiter: illud quam prudenter: modestissime aliud: aliud quam iuste factum predicemus: si uituperemus iniuste: incontinenter: ignaue: imprudenter atque temere aliud atque aliud factum improbabimus cum amplificatione. Illud etiam dicendum est: non omnes has partes: in quacumque laude uel uituperatione assumendas uideri. Nam sepe non incidunt nonnunquam etiam tametsi incidunt nihilominus maioribus & amplioribus contenti locis pretermittimus. Quare quemadmodum in aliis quoque generibus iudicio oratoris: quid dicat: quid pretereat relinquimus. **C**onfutatio que per se ipsis nulla est: sed si qua ex obiectionibus incidit: cuius status locis absoluipotest considerabimus: ut superius quoque tactum est: eamque per breue facere oportebit: ne defensores: aut accusatores pro demonstratoribus esse uideamur. Conclusionibus breuibus utemur: ac plerasque enumeratione

Ordo demonstrandi

Confutatio

proferemus. Nonnullas etiam licebit comperatione ad exitum cause absoluere: in qua semper curandum est: ut aut equalem hunc de quo dicimus: aut maiorem: nunquam minorem ei cui comparatur ostendamus. In hac uero ipsa comperatione maxime si non totam rem toti rei: sed singula singulis comparamus: enumeratio est uti licebit: ut si ita diceret. Magnus Alexander rei militaris peritia maior Scipio. Ille enim imbelles homines: hic hispanos ac cartaginenses omnium bellicosissimos subuertit. Modestia ille laudabatur: quod Darii uxorem: ac filias ne uidere quidem uoluit: quam hic modestior: qui & uidit & abstinuit. Ac ita percollatione breuiter in memoriam redigemus: que diximus: qua quidem in collatione amplissimum ac pulcherrimum iudicio quam plurimos occupare quod erit si secundum unamquamque rem uni uel pluribus conferamus: ut Ciceronem in eloquentia demonstrari: in philosophia Platoni: in prouidentia Themistocli: in iustitia Aristydi: in liberanda patria Thrasibulo. sed de demonstratiuo genere iam finem faciemus: si illud etiam assumpserimus comperationem non in conclusione solum: sed in ipsa quoque causa nonnunquam locum inuenire. Nam quum aliquid amplificamus licet breui comperatione: quam magnum: quam singulare: quam admirabile sit aperire. Preterea comperationem in demonstratiuo fieri ex utraque parte laudis scilicet ac uituperationis: in qua singula singulis per totam orationem conferuntur: que oratio: uel laus: uel uituperatio: uel ex utrisque composita inuenitur: & parua magnis nonnunquam exequat: aut et maiora ostendere conatur: hęc omnia parum commutata in alias quoque demonstrationis formas descendunt. Nam qui plantam: uel equum laudat tanquam genere: a quo deorum res aut producta: aut culta sit: uel cui dedicata enodabit cum amplificatione: ut oliua palladi Neptuno uel Marti equus: myrtus Veneri: libero patri uitis: educationi uero simile erit: quod cito crescat: quod cito fructum ferat. utilitas deinde: quam ex fructu: uel usu rei consequimur: rerum gestarum locum obtinebit. Nunc quoniam ductus nequaquam ad inuentionem pertinere non potest: Nam & si elocutionis quoque habeat plurimum: iacet tamen in inuentione radices: ex qua consilium agendi nascitur: de eo primum: deinde de reliquis oratoris officiis differemus. **Capitulum Ductus orationis**

**D**uctus igitur est dicendi ratio: qua tota causa oratori agenda est: eum in simplicem & figuratum partimur. Simplex est quum clare id agimus: quod in causa positum est. Figuratus est: quum & si ipsa cause ratio postulat aliud agere quam uolumus: idque ita fieri uideatur: tamen ad quod uolumus occultius rapiuntur auditores. Simplicem in rectum & simulatum. Figuratum in contrarium obliquum: & quod nos κατ'εμφασιν latini per subiectionem dicere possunt diuidimus. Rectus est quum id agimus: quod uolumus sine simulatione. Simulatus est: quum id agimus

Comparatio  
Enumeratio

Ductus <sup>Simp</sup>  
Figuratus <sup>Figuratus</sup>

Simp <sup>rectus</sup>  
Simulatus <sup>Simulatus</sup>

Figuratum <sup>Contrarium</sup>  
Obliquum <sup>Obliquum</sup>

κατ'εμφασιν  
p subiectione



figuratus

Contrarius

obliquus

quod uolumus cum simulatione: prioris exemplum iuxta cadauer re-  
 cens in silua repertus cedis accusatur. de simulato postea dicemus. Cla-  
 rius enim fiet si de figurato prius disseretur. Contrarius ductus est: in  
 quo oppositum eius: quod palam dicim<sup>9</sup> uelle: auditoribus persuadere  
 conamur: quod facimus: aut quia quidnam auditores sentiant experi-  
 ri uolumus: aut quia sine offensione auditorum hoc orationis ductu  
 facilius eis persuasum iri arbitramur: ut in hoc exemplo. dat lacedaemonii  
 atheniensibus pacem: si periculum eis dare uoluerint: consultant atheni-  
 enses. molestae hanc eorum dubitationem fert pericles: & quomodo nullo modo  
 dari uelit: tandem dandum se consulit. Itaque quod faciendum significat dis-  
 suadere magis: quam suadere conatur. hoc simplici ductu agi non potest. Nam  
 si quod uult proponeret: publico commodo suum proponere uideretur  
 & hac offensione auditorum nescio si obtineri causa posset. Obliquum est  
 quum ad contrarium: & aliud quid ostendit oratio: ut in hoc exemplo. diues  
 in magna annonae penuria subleuare pollicetur ciuitatem: si pauperem  
 inimicum sibi liceat occidere: & pauper in contione dandum se consu-  
 lit. hoc ad contrarium. dari enim non uult etiam ex obliquo: aut non esse  
 annonam apud diuites asserit. Aut si est inde capere rei. p. licere per sub-  
 iectionem appellamus dictum: quum quoniam: aut pudore: aut timore  
 aperte dicere impedimur: ita dicimus: ut quod uolumus ab auditoribus  
 subintelligi: non a nobis dici uideatur. Horum contraria & obliqua eo-  
 dem tractantur modo: praeterquam quod contraria unum quid uolunt. Ob-  
 liqua plures amplectuntur. In his ergo praecipuum est obiectiones ita firma-  
 re: ut difficile dissolui possint. Confirmationes autem sic tenues affer-  
 re: ut etiam per se parum ualere uideantur: aut omnino pugnantibus  
 approbare. Nam qui in confirmando pugnantia dicit: is certe opposi-  
 tum: quod in contrariis queritur: non quod proposuit probat: hunc fi-  
 guratum ductum omnis eloquentiae fons non inuenit solum: sed profecit. Nam  
 agamemnona in contione: ut animos militum experiretur consulere fu-  
 gam facit: & ea dicit: quae non esse fugiendum magis probant. Verum  
 qui homerum uidere cupit secundum iliados legat. nos in exemplo su-  
 periore re latius aperiamus. Pericles quum tradendum se lacedaemoniis  
 censeat: eiusque oppositum uelit: confirmando beniuolum se atheniensis  
 bus semper dicit fuisse: salutem suam publicae utilitati semper postpo-  
 sisse. haec exemplis confirmabit: & nunc si commodum ciuitatis: & pax  
 firma: inde constitui potest: si ipse dabitur: non dari solum uelle: sed mo-  
 ri esse: ut patria pacem habeat paratum esse: in firmam fore pacem si ob-  
 iectionibus confirmare potest: obliquum ductum occupabit. Alius qui-  
 dem: qui commodis patriae salutem proponeret suam: tentari patienti-  
 am ciuitatis ab hostibus diceret: ut si hoc equiore animo ferat: maius in-  
 parent. ego si tradi nolle cauendum uobis dicere: ne spoliata pecuaria

canibus a lupis nullo defendente lacerentur: non esse audiendos ami-  
 cos meos si quis amore meo compulsus diceret non oportere imperanti ho-  
 sti parere. turpe enim esse: & mortem turpitudini potiore amicus im-  
 perantibus parendum non hosti: & quod patres nostri neque Dario unquam  
 neque Xerxi: neque cuiquam hosti paruerunt: neque uos ipsi unquam: quae omnia ideo  
 parum apud eos ualere debent: quod ipse uel morte pro patria petere pa-  
 ratus sit. haec & si non ita late ac commode dicta sint: & ut res postulat  
 tamen ut in exemplo satis. Nam quae tradendum eum probant: parum  
 ualent. quid enim infirmius ad hanc rem: quam quoniam ipse non recu-  
 set. idcirco dandum asserere: quod uero beniuolum se atheniensibus di-  
 cat: salutemque suam publico postposuisse semper commode: huiusmodi  
 est ut oppositum potius inferat. Obiectiones uero non eodem modo  
 semper asseremus: sed ut tempus causaque postulare uidentur commode  
 uariabimus: & modo quidem sic. alius quidem: qui non ut Pericles patriae  
 commodum suae salutis anteponeret: turpe diceret hosti parere: quum a  
 micis debeas. Modo sic ego autem si quis nolentem ire cogeret: sic &  
 sic dicerem. Nunc uero quum uel uitam amittere pro patria para-  
 tus sum mittendum me censeo. In obiectionibus eadem dicere debe-  
 mus: quae etiam si nolle aperte proponeremus occupare conueniret. ideo  
 enim figurata dicuntur: quoniam ad quod uolumus occultius deueni-  
 mus ea quae dicimus: ut uincamur: nam in figuratis uinci: id quidem ui-  
 cere est. In quibus omnibus ita tractare orationem: & his schematis uti  
 conuenit: ut auditores & si oratione nostra ad quod uolumus adducant  
 non tamen id nos uelle aperte percipiant. Verum in contrario semper  
 querendum si quid quod obliquum ductum faciat inueniri possit: quod  
 si firmiter quam contrarium est illi potius immorandum: & ductum inde  
 occupandum putamus: ad haec quod ex aliquo dicitur apertius dicen-  
 dum: si firmum est: tangendum si tenue. Verum haec de contrario &  
 obliquo breuiter sufficiant: quod autem κατ'εμφασιν dicimus quodque  
 placuit latine ex obiectione appellare: id est quum ex eo: quod dicitur  
 quod uolumus subapparet: & tamen eius causa dicere non uidemur. sub-  
 iectionis illud maxime proprium est: ut quod uolumus cum ui quadam  
 erumpat: & affectum omnem aperiat: & latere non possit: quum  
 tamen id nos uelle non pateat. Mirabilis huiusmodi oratio est. Quare  
 nisi exemplum subiecero: facile intelligi non potest. Virgilius in quar-  
 to gneidos Non licuit thalamo expertem sine crimine uitam Degere  
 more fere. Erumpit enim affectus: ut sine thalamo uitam non putet  
 hominum: sed haec propter indignationem clarior. illa apud Ouidium  
 Aptior dixit foelicem coniuge matrem: quum ergo aut parum tutum  
 est dicere: aut non licet: aut pudor impedit: danda est opera: ut uerbis  
 ambiguis uel compositione orationis: uel utroque modo non minus id

κατ'εμφασιν  
ex obiectione

Virgilius

Ouidius

Subiectio



Conformatio

quod uolumus: quod dicimus oratio significet: quod si huius rei facultas non accurrat: conformatione utendum putamus. Quae ut clarius pateat & si minus auditu honestis: at tamen explanationi huius loci fortassis aptioribus exemplis utamur: Infamis in nulum patris filius de nato sibi puerum apollinem consulit: deus infantem parricidam fore dixit. Non uult exponere filius: abdicatur: contradicit: hic quoniam crimen clare aperire dubitamus: aut quia patris pudet: aut quia quum turpe sit etiam doceri patrem potest ex conformatione: uel subiectione: adulterii quoque suspitionem faciemus. Conformatio atrocem suspitionem hoc modo faciet puta nunc ex te natum puerum esse pater: exponis quem genuisti: eicis infantem: cuius factus es pater. Ex compositione uerborum per subiectionem hoc pacto: cur me abdicas pater: aut quid aduersus te unquam commisi: nonne usque adeo tibi semper obtemperavi: ut uel in conducenda uxore: eam duxerim: quae tibi placuit: & sola uerborum potestate hoc modo. Nam quid tibi uis pater: non uenit in mentem solum me tibi filium: nepote exposito extinctumque iri genus nostrum? & quod indignius est in tanta rerum copia duos uiros una cum muliercula conuicturos. Nam conuiuere ut recte dici uidetur: ita suspitionis non nihil relinquit. Item nescio iudices quid sit: ut quum unusquisque in se magis quam in alium casus aduersos reformidet: ipse in quem oraculum tendere uideatur: pater pro me tamen extimescat: ut nisi exponatur nepos: filium abdicare non dubitet: quia ego de causa ferre abdicationem minime poteram iudices. Quare si conuincar aut abibo: in exilium aut exposito filio: ego quoque (neque enim uiuere poteram) simul uitam exponam: quae omnia quum recte pater sciat: atque intelligat: miror iudices cur eam mihi optionem dat: qua praeter ipsum nemo in tam ampla domo relinquitur: quod si filii ac nepotis eum non miseret: misereat nurus: quae orbata uiro: orbata filio: sola domi relinquetur. Misereat denique sui ipsius: tandemque sibi ueniat in mentem: quod durissima erit illa uita: quam una cum nuru a ceteris omnibus destitutus in lachrymis atque luctu ducet. quum non liceat: aut parum tutum est dicere: hoc modo. sub pacto abolitionis tyrannus dominationem deposuit: petit magistratum eius competitor: quum in comparatione personarum causa maxime uersetur: rogare poterit: ut apertius in se inuebatur: hoc pacto. mihi in te dicere non licet tu in me oro dicas: neque enim non potes nuper te uolui occidere. his figuratis praecisionibus etiam: quae interruptam silentio relinquunt orationem: aptissime sunt. Schemata quoque omnia congruere possunt: quae aut plus in suspitione relinquunt quam dicitur: aut aliud oratione: aliud intellectu complecti uidentur: ut occupationes: permutationes: significationes: & quae huiusmodi sunt. In omnibus uero summe cauendum arbitramur: ne densitate aperiatur figura. Nam ut auctoritatis patrem: ita offensa

Conformatio

non nihil habebit: & aperta figura hoc ipsum perdit: quo figura est. Praeterea in eo: quod ex subiectione fit: maxime iudex figuris credit: si nos putat nolle dicere. Aperta uero figura facit: ne timor aut pudor prohibere uideatur: ne palam obiciatur: sed quod probare diffidas. Ad hanc subiectionem utimur: ut iudex quaeratur illud nescio quid: quod ipse fortasse non credat: si audiret: ac eidem a se inuentum existimat credat. Quare non solum uel orationis. Verum quod ego in eiusmodi re non minimum iudico pronuntiatione: quae maxime affectus animi ostendit: periculum aut pudor subapparere debet: quod quis nonnunquam non ex eo quod uolumus sed ex eo quod dicimus affici non inutile dixerim: ut non a nobis recepisse: sed a seipso subtilius quid intellexisse iudex gaudeat. Illud uero acriter animaduertendum: ne figuris rem illam subaperiamus: quae nobis officit: tyrannidis affectatque damnatum torqueri: ut conscius dicat et accusatorem eius primum petere lex iubebat. Patrem filius accusat: eo damnato optat ne torqueatur. Pater contradicit. qui pro patre dicit figuram in filium quod conscius sit: quamuis id pater uelit: non didicit peruertit enim rem suam. Nam si iudices intellexerint eum idcirco torqueri uelle: ut filium conscius indicet: aut tortura liberabunt: aut torto non credent. Simpliciter ergo genere agat: se torqueri uelle: uel ut lex conseruetur: neque hic uehementer in filium inuehetur: quod id optet quod legem ipsam: quae optandi sibi potestatem dat: omnino peruertat: sed ita callide agat: ut & torturam obtineat: & quod uelit iudices uel orationis suae non intelligant: uel quod nolit accusatoris acceptare beneficium uel quod ego maxime sequerer: ut se tormentis innocentem protendat in quibus omnibus: ut nimius in filium irae affectus retinendus: ita moderatus non occultandus. Hinc patet simplicium causarum: alias recte agi: alias simulata. Simulatum est: quomodo quod petimus: non sui: sed alterius gratia uolumus: quod angustiis causae impediti occultamus: hoc a figuratis differt: quoniam ibi uel nolumus quod optare uidemur: & quod nolle ostendimus: id appetimus: uel causam occultius subiicimus: qua repellere aduersarius debeat. hic & quod clare agimus: id uolumus: & quod id uolumus omnino celamus. qua sola re a recto differre uidetur. Unde quae in illis est simulatio: plena figurarum est. hic quoniam figurae obsunt recte agimus: & figuram sicut scopulum cauemus. Verum in hac necessitate: quae figuras desideret raro uera negotia ueniunt: ad aliam huic similem ac difficiliorem plerumque incidunt: quum scilicet personae potentes ac clari homines obstant: a quorum reprehensione si abstineat causa fluctuat: aperte reprehendere: cum metus & pudor tum auditoris offensus deterret. Illud quoque optime tenendum saepius in ueris causis loci: quod causae figuram intercurrere solere: quibus in causis huiusmodi figurata locutione inter utramque uiam angustum iter tenebimus. Verborum

Simplicium casus Iustus  
Simulatus



quoque in leuius mutatio figura nonnullis uidetur: sed non est. mutantur autem tanquam locum unum continent: quaeque totam causam substant. Quoniam durum est propriis uocabulis rem appellare: pro quibus ea ponenda sunt: quae & rebus conuenire posse uidentur: & quod uolumus mitius ostendunt: ut quae cum uictorias aureas in usum conflare suadebat: uictoriis utendum esse dicebat. Themistocles etiam atheniensibus non urbem relinquere: quod durissimum erat: sed tanto terrore imminente apud deos eam deponere suasisse fertur. Figuris tripliciter respondemus: Nam si rariores: neque magne uolentiae sunt: nihil intelligere bene cognoscit uidebitur. Sin crebriores fuerint: quae ut dissimulari possunt: sicut latentia corporis uitia quum rescindantur: tum sanantur sic eas aperiendo deiciemus. Sin erunt uehementiores: quae ut tuto denudari posse uideantur: nescire simulabimus quid illud sit: quod aduersari obliquis sententiis significare uoluerint. Postulabimusque si fiducia sit: obiiciant palam: aut certe non exigant: ut iudices non solum intelligant: sed etiam credant: quod ipsi palam dicere non audeant. Quonia inuentio difficiliora rhetorica pars nobis absoluta est: De dispositione breuiter ac clare disseramus. Nam quemadmodum instructio exercitus in aciem necessaria est imperatori: sic haec pars oratori est commodissima. Etenim sicut illa in pugnando: sic in dicendo dispositio facile uictoriam parit. Quare ut imperator non ad eligendos milites solum: sed etiam ad ordinandos plurimum laborat: sic oratori non parum opere consumendum censemus: ut ea quae inuenit: elegerit: recto iudicio comprobant: in ordinem: personis: causis: loco: tempori conuenienter redigat. Quae obsequenda nobis est opera ut non minus breuiter quam clare dispositionis precepta referamus: quae in re plus etiam laboris nobis erit: quoniam haec quoque pars: ut elocutio cunctis fere neglecta est. Nam de dispositione quidem nec apud graecos: nec apud latinos praeter id quod ad herennium edidit Cicero: nunquam legimus. Verum quae nos de dispositione dicimus: quae uis nullibi legimus: non tamen nostro arbitrio ficta: sed usu oratorum & eius maxime: quem latina lingua principem consecuta est approbata sunt. Nam ut in ceteris rhetoricae partibus fecimus: multa diximus quae forte ab aliis precepta non inuenies. Attamen si Ciceronem diligenter legis: ab eo quod ille fecerit nos precepisse intelliges: sic in hac quoque parte Ciceronis nobis orationes horum preceptorum copiam praestitisse confitemur: sed de re scipiamus: ut quod diximus res ipsa doceat.

d. Dispositionis duo sunt genera: unum ab institutione artis profectum alterum ad casum temporis accommodatum. Primum ex uis & ex natura causae id est rei de qua agitur consideratur. Alterum personis: locis temporibus attributum: ordinem ipsius rei artificiose commutat. Verum ut dispositionem ex institutione artis profectam intelligere possimus

Cap. de Dispositione

simplex ne aut duplex causa proposita sit: considerandum arbitramur. Causam simplicem appellamus: quae unam non duplicatam ambit constitutionem: aut constitutionis partem ut uerbigratia coniecturalem solum aut legitimam ex scripto & sententia solum: aut iudicialiam absolutam solum: aut assumptiuam ex unica parte ut relationis criminis solum. Duplicem dicimus: quae duabus aut pluribus constitutionibus: aut constitutionum partibus: aut etiam unica duplicata consistit. huius duplicis tres ponimus partes. Nam aut quae stiones duae pluresue afferuntur: aut res quidem simplex ab accusatore offertur. multitudinis aut rationum defensionis constitutiones quoque multiplicantur: quas omnes principales nominamus hoc modo: lex de nouis tabulis legem ferre capitale sit: urbe offensa creditorum quidam tabulas: in quibus debite sibi pecuniae continebantur cremauit: eum ceteri imitantur. deinde in hostes impetu facto a debitoribus: urbs obsidione liberatur. Is qui primo tabulas combusserat: capitis accersitur. hic ab accusatore simplex offertur res: contra legem Alieni gratia tabulae ductu tuo arserunt. Ratio defensoris partim a scripto: at legem non tuli. hoc enim est: quod uetatur. partim a diffinitione. At aliud priuatum comburere: aliud lege rescindere partim a iudiciali absoluta: licet de re mea facere quod lubet: partim a concessione per imprudentiam: nesciebam ceteros me imitatores: partim a comparatione: at maiorem hac ex re utilitatem res. p. consecuta est. Prioris hoc erit exemplum. Mulier & eius uir eadem egritudine laborare uidebantur: quidam medicus utrisque eandem attulit potionem. Vir mortem obiit: mulier conualescit: eam medicus in uxorem ducit. reus sit: tam adulterii: quam caedis: aut quis ita sit quaestio unica: ut nec rationibus defensoris multiplicetur: tamen & aliae accidunt. Accidentes dicimus quae non ex prima depulsione defensionis: sed aut a rationis aut a loci cuiuspiam depulsione nascuntur: eas bipartito distribuimus in accessorias & incidentes. Accessorias nominamus: quae non a prima depulsione defensoris: sed a rationis cuiuspiam deprecatione proficiscuntur: ut si quum dicat orestes iure clytemnestram occidi. Illa enim patrem meum interfecerat: non a clytemnestra: sed ab egestho aduersarius agamemnonem occisum contendat. haec & si ab accusatore oriri uidentur: tamen a ratione constitutionis non est aliena: ut in primo latius dictum est. Incidens est: quae interdicens ex alicuius loci uel depulsione nascitur: ut si in diffinitiuam constitutionem: quum ad diffinitionem uentum sit neget aduersarius diffinitionem quam esse: aut quia legibus ciuitatis non conueniat: & sic ex aliqua legitimarum incidenter differitur: aut quia inhonesta: & incidet absoluta iudicialis: aut quia inutilis: & erit negocialis. At haec quidem de omnibus statibus intelligi uolumus. Nam simplices & duplices: ceterasque huiusmodi: quas in secundo explanauimus.

Causa simp.

ca Dup.

Accessorie  
Incidentes

Incidens



quis ad dispositionem non parum conferant: tamen quia singularum constitutionum natura quadam consistebant, idcirco quum de ipsis constitutionibus diceremus merito absoluiamus. In causa igitur simplici dispositio artificiosa dupliciter consideratur per partes orationis: per argumentationes. In duplici tribus modis. Non enim solum his duobus qui dicti sunt: sed multo etiam magis per constitutiones earumque partes conficitur. In simplici ergo causa ex arte per partes orationis distribues: si eum seruabis ordinem partium: quem in primo libro exposuimus ut. scilicet secundum Exordium: Narratio: Diuisio: Confirmatio: Confutatio ac postremo Conclusio consequatur. Verum quoniam nonnunquam duo uel tria exordia dicenda sunt: quomodo disponenda sint breuiter aperendum est. Intueri oportere putamus an aliquid eorum ideo fit: ut quod ob stare uideatur: id occupemus: an omnia recte ipsa ex causa proficiantur. si primum (semper enim ita inuenio Ciceronem factitasse) quod obstantia occupat primo locandum est: ut pro. Pom. proficiendo in uerrem: pro Sexto Roscio. Sin omnia ex causa ipsa qua deagitur proficiantur: id primo ponendum est: quo magis moueri auditores ad id suspicamur: quod per exordium acquirere desideramus. Habet autem si per se ceteris ut dicitur partibus exordiorum loci considerantur: maiorem uim primo res: & rei id per quod ostenditur factum iam esse ferme diuinitus: quod petimus: quod a confectione appellauimus. deinde id quod ab exuperatione in primo nominauimus. post rem: quod a causa inuenitur locum possidet. Tertio ea que a personis inueniuntur comodiore sunt: & eorum cuncta: que a persona nostra capiuntur procedunt: deinde que ab auditoribus: tertio que ab aduersariorum: postremo que ab his personis inueniuntur: quas extra iudicium esse diximus. In intelligendum tamen tum id quod a persona auditorum dicitur plurimum ualere: quum ostendimus non minorem nos hac ex re: quam ipsos et eos: qui sibi chari sunt contumeliam & calamitatem incurrisse. hęc consideratio ad electionem quoque: si unicum proponere uelis: plurimum ualet. Sępe etiam accidit: ut uno in exordio plura proponenda sint: & rationibus pluribus comprobanda: quod quum accidit: aut que preponenda sunt omnia simul proferuntur: deinde prout res postulare uideatur uel ordine rationes subiiciendę uel posterioris primo. Quod Cicero pro Marco Marcello facit: aut primam partem primo expediemus subiectis rationibus: deinde ad aliam serie ueniamus: quod pro. Cn. Planco complexus est: ubi etiam a ratione incepit ac propositione dicta: aliam quoque subiicit rationem: quod non in exordiis solum: Verum etiam in argumentationibus: & omnino ubique factitatur: quum uel que probant infirmiora uidentur: ideoque undique uallanda sunt: uel copia rerum orator abundat. Exordii finis huiusmodi esse debet: ut facilis ab eo ad

In causa simplici dispositio

cap. m. qndo plura exordia ponenda  
sunt.

pro. pro.  
Verrem  
Sexto Roscio

G. pro. M. Marcello  
pro. Cn. Planco

Exordii finis q̄lis  
esse debeat.

narrationem transitus esse uideatur: Nam in causa maxime simplici post exordium artis preceptio narrationem solet collocare: nisi diuisio eius locum preoccupet. & enim diuisio narrationem semper consequitur: nisi quando res exigit: ut alio diuidamus ordine: quam membra diuisio nis in agendo sumus disposituri. tunc. n. maxime si enumeratione diuidere necesse sit: aut pretermittenda diuisio est. si magis ex re nostra id futurum uidetur: aut ante narrationem commode collocanda: deinde quadam cum preparatione narrabimus. hoc enim pacto narratione interposita facile postea poterimus a quouis membro incipere. Nam quum enumeramus: si quidam aut nature aut temporis ordo subappareat eius perturbatio si subito fit: & facilius comprehenditur: & deceptionis ac cauillationis atrocem facit suspensionem. Qua re nihil magis oratori fidem abrogare solet. Cum uero post narrationem: modo unum: deinde alterum non obseruato diuisio nis ordine confirmamus: idcirco minus distributionis apparet confusio: quod unumquodque solum profertur: & ordinis illa comparatio atque respectus: quum unum post alterum pronuntiatur emanat interpositione narrationis omnino cecidit. Quare nobis placet si distributionis ordinem conseruando propter angustias cause obseruaturi non sumus: post exordium diuisio nis: tertio deinde loco narrationem ponere ut demosthenes in oratione malae legati onis confecit. Cicero uero pro proficiendo Pompeio: quum genus belli quadripartito exponeret: ultimam que delenda sibi esset illa macula ideo celauit: nec eam ordine ut caeteras proposuit: quoniam eam tanquam uehementiorem primo acturus erat: quam diuidendo primam non exposuit: quoniam a narratione ut ceterę non uidebatur effluere. Quasobres summum cum artificio clarissimus ille orator in expositione quidem: quam primo tractaturus erat: partem ratione proposita celauit imperitos. primam uero principalemque partem concludens ordine quo egit: is uerbis enumerat. Quare uidete num dubitandum uobis sit omni studio ad id bellum incumbere: in quo gloria nominis uestri: salus sociorum: uectigalia maxima: fortunę plurimorum ciuium cum re. p. defenduntur. Verum quum non expositionem sed artem scribamus: hęc latius: quam oporteret diximus: ne quis aut sine exemplo fingere nos precepta putaret: aut sine causa inscitiam nonnullorum secutos nos esse arbitraret & ignorantia plurimorum uel ex hoc loco perspecta atque despecta cetera diligentius que orationes Ciceronis legunt: uel inquirere. In diuidendo igitur: ut quod sentimus exponatur: aut nature hoc est consequentiam quadam rerum: aut temporis ordinem conseruabimus: si pars que dam occultius tangitur: id erit uel quod narrationem non ita consequitur: que etiam commutationis causa esse potest: uel ne orationis grauitas diuisio nis multitudine demittatur: & quoniam confirmatio ex

Demosthenes  
qndo post exordium narratio  
collocanda sit.

Cicero pro Pompeio

In diuidendo qd exponitur  
ex q ordine  
Diuisio

Confirmatio



Demosthenes

Confirmatio

C. p. Planco

anfata

Ciceronis Laus

utraq; parte uallanda est: firmiores partes primas & ultimas diuidendo quoq; ponemus: nisi aut ordo rerum & temporum aut naturę ipsi? causę aliter postularet: quę commutatio ne percipiatur: aliquid interponemus: ut in elchynem demosthenes: quis etiam possumus breui ratione allata commutationis rem ut placet agere. Quartam partem confirmationem ponimus. Quare post diuisionem sequetur: nisi necesse fuerit anteq; ad ipsius causę confirmationē descendamus: aliquid aut obiectū assoluere: aut quod ob stare uidetur occupare: aut si in compositis: quoniam non principalem sed accessoriam aliqua; primum absoluere animus induximus: ne fugere auditoribus aduersarii argumenta uideamur. Quare id nobis faciendum sit ostendimus: quam quidem confirmationem principalis confirmationis preparationem appellare licet. Ut pro Planco Cicero: quum coniectura principaliter causa sit: ipse uero (ita enim ex re sua erat) de iure populi primum disceptaturus esset post expositionem miro quodam ac pene diuino & ingenio & arte difficilem sibi ac lubricam in tanto usu: tantaq; amicitia defensionem contra laterensem consingit. Quare moleste sibi accidisse confirmat: quod in ea causa hominum ipsorum uidebatur facienda esse quędam contentio: deinde ait cęcum se & precipitem iam confiteri si iam in hanc tam molestant contentionem descenderit. Itaq; dicit discedam ab ea contentione ad quam tu me uocas: & ueniam ad illam ad quam me causa ipsa deducit. Quid tu inanem dignitatis iudicem putas esse populum. Ita quum ad iuridicalem diuertere uoluisset: huius sui diuersorii culpam in aduersarij; mirabiliter reicit. hoc ipse pacto diuinus orator & dispositionem ex causa miro quoda; modo distribuit: & difficile simul atq; molestant contentionem dignitatis anteq; solueret ita debilitauit: ut si bi iam facillima pro difficili: anfataque pro lubrica fieret: ita ille ubiq; omnia non disponit solum: sed exorditur: narrat: proponit: confirmat: obicit: soluit obiecta: reicit culpam in aduersarium: subit: & defendit ut eo quod culpę dat aduersarius gloriari uideatur: egreditur e causa: reuertitur: aliquo in loco commoratur: omnia: quę inuenerit: quę tot tantaq; sunt: ut quod eum lateat: eam ipsam orationis copiam: ipsam eloquentiam: eam quoq; ipsam facultatem dicendi atq; naturam lateat: omnia inq; quę inuenerit: quę uel preparat: uel subito quasi inexpectatus irrumpit: sic disponit: sic eloquitur: ut uel nullę rationes: quare ita dicta instituta: gubernata: preparata: erupta: contracta: producta: depressa ampliataq; sint: facile reddi possint: q; si uel unicum dictionem immutare uolueris: uel quicquam aliter q; ille conscripserit: non dico disponere aut omnino dicere: sed cogitare solum constitueris. iam uero totus orationis numerum concinitatem omnem dicendi totam grauitatem elegantiam: pulchritudinem ex oculis euolare uidebis: sed de laudibus

eius: nec tum quidem satis dicere possem: quum nihil aliud: nisi tam preclarum oratorem laudare mihi propositum esset. Quare nunc quide; eas uel inuitus pretereo: orationisq; filij ad infimum dicendi genus ipsumq; sermonem usitatissimum preceptis accommodatum mutabo. Hęc igitur preparatio confirmationis: de qua locuti sumus: & longior & breuior nobis erit: ut res nostra expete; uidebitur: quę siquidem non in eadem est constitutione: siue parte constitutionis: in qua ipsa uersatur causa: preparatio ut diximus erit. sin autem eiusdem sit constitutio nis: hoc est si ex loco uel locis eiusdem status confluat: non preparatio: sed ipsius causę confirmatio absq; dubio dicenda est. In ipsa uero confirmatione huiusmodi argumentationu; seriem seruare oportebit: firmissimas argumentationes in primis & in postremis partibus collocare. Nam statim re narrata expectat animus auditoris: ex qua re causa poterit confirmari. quapropter continuo firmam aliq; argumentationem inferemus: & quoniam quod nuperrime dictum est: facile memoria retinetur utile est: quum dicere desinas recentem aliquam relinquere in animis auditorum bene firmam argumentationem mediocres & neq; inutiles ad dicendum: & neq; necessarias ad probandum: quę cum cęteris conctę legas: probabiliores fiunt: interponi in medio & collocari oportet: Verum quoniam argumentatio quoq; multis partibus constat: & si manifestum est ex tertio qualisnam argumentationis partium dispositio sit: tamen nunc etiam lauis ac dilucidius & ratione certa exponatur. rationes omnes: earumq; confirmationes: & expositiones non eiusdem sunt roboris. Oportet igitur uidere: quę probant: & quę magis demonstratiua sunt. magis probare nunc ea dicimus: quibus res certius arguitur: ut uerbigratia sunt quę circumstantiis inueniuntur rationes. demonstratiua latine dici posse putauimus: quę nos *παρηγορικά* nominauimus cuiusmodi sunt omnia: quę magis amplificare: q; probare uidentur: ut sunt loci entymematum: & si quid a communibus locis interponatur. Confirmationum uero loci magis probant: q; amplificent: unde & priorem in argumentatione locum confirmationes q; entymemata consecutę sunt: quis etiā ideo propoantur: quoniam ex accommodatione ac collatione quadam circumstantiarum ad ipsas commentationes effluere soleant. Quare oportet id primum ponere ex quo tanq; e radice rami consequentia oriuntur. Ita fit: ut & naturę rei pareamus: & debitā ex arte dispositionem conseruemus: quod & in cęteris fere omnibus fieri solet. At hoc quidem scilicet ut quę probant demonstratiuis proponantur: non in partibus argumentationis solum: sed per totas ac integras argumentationes natura ipsa duce conseruatur. Nam omnes ubiq; ea quibus causa probatur prius dicunt: ea quę amplificant in postremis conseruant. Quare oportet in confirmationis quoque

Confirmationis preparatio

In confirmatione obferua

Argumentationu; dispositio

παρηγορικά

Loci confirmationu; loci oportuerunt priorem.



Amplificatiua in fine

deiciatur: ut suauitatem nullam habeat. Omnia quę de elocutione dicentur: ita intelligimus: ut non q̄ omnia: sed quia plura huiusmodi esse debeant: genus aliquod confici censeamus. Simile est illud. Tale tuuq; carmen nobis diuine poeta: Quale sopor fessis in gramine: quale pergestum Dulcis aque saliente sitim restinguere riuo. Hic restinguere & prolotione & translatione alienius est: cetera conueniunt. Item Talis amor daphnim: qualis quū fessa iuuenum Per nemora atq; altos quęrendo buccula lucos Propter aque riuum uiridi procumbit in ulna: Perdita nec serę meminit decedere nocti. Talis amor teneat: nec sit mihi cura mederi. Hic omnia mirifice composita sunt ad facilitatem: tenuitatem: suauitatemque huius generis. Et iam apparet compositionē magis q̄ uerba huiusmodi genus fecisse. Nam uocabula quidem singula huiusmodi sunt: ut uel heroico & grauisimo accipi possint: sed inter se sic locata sunt: ut & dictu iocunda sint: & orationem demittant: dimittentq; uel inferius q̄ uelit: nisi circūductione: membrorumque longitudine tanto eam susciperet: q̄to compositione depressit. Tale quid sententia est illud in septimo. Errabat syluis: rursusq; ad limina nota Ipse domum fera quā se nocte ferebat. Hoc multo grandius est. Non solū enim singula uerba his syllabis constituuntur: quę robustius quoddam sonant & maius: ut errare multiplicatione. r. litterę & syluis. Nam oēs syllabę: quę in consonantes exeunt: si ad eas præcedunt: quę a consonantibus incipiunt: plenum quid afferunt: ac multo plenius: si plures coniunguntur consonantes. Illae uero omnino robustissimae sunt: quae asperrimum unitę sonant: ut rursus. Non igitur per singula solum uerba: uerum etiam ipsa dictionum compositione: maxime quod uult efficit. Huiusmodi enim ubiq; transitus est: ut non sicut in superioribus currat oratio: sed cum mora quadam: quę dignitatem ingenerat: proferratur. Nam nihil floride quicq; præter ad limina nota compositum est. Illud uero in bucolicis. Dum iuga montis aper: fluuios dū piscis amabit: Dumq; thymo pascentur apes: dum rore cicadę. Re fere est idem: quod in primo. In freta dum fluuii current: dum montibus umbrę Lustrabunt: cōuexa polus dum sidera pascet. Sed hoc ultimū ratione quā diximus grauisimum est: ac compositione: ut Homerus hic quoq; poeta res ipso uocis exprimit sonitu. Nam quum furentem ignem: aut irumpentem aquam describit: ea uerba ita eligit: ita singula collocat: ut quod uelit: prout latinitas patitur: consequatur: uelut est illud in secūdo In segetem ueluti quū flāma furētibus austris Incidit: aut rapidus mōtano flumine torrens Sternit agros: sternit sata lęta: boumque laborem: Pręcipitesq; trahit syluas: stupet inscius alto Accipiens sonitum de saxi uertice pastor. Nam hic quę admodum eas dictiones condēset: quę magnum quoddam intonant: perspicuum est. Flāma enim & furere &

*prince sylle*

*Spondei modulatio*

*Jactyl*

*regula*

*Virgilij cetera uerba at figura  
diuersa.*



austros: & torrétes: & sternere: & stupere: & uertices: & passores: & quæ  
cunq; fere inueniuntur. Alia multitudine consonantium: Alia biatu lic  
terarum: conduplicatione: alia omnia uero compositione uicissim ita  
iuncta sunt: ut ex hoc uno ostendatur accipiens sonitum saxi de uerti  
ce. Nam & postens. so. inferre durissimum est: tum uocalium diuersa  
prolatione. Vna enim diffundit: altera in circulum labia extollit & col  
ligit: tum consonantiū cumulo: tum. s. litteræ: quæ ferū quid & syluestre  
sonat: conduplicatione: & post tum. sa. inducere non iocundum est. Cō  
tracta enim labia subito distrahere cogit. Ita ergo cūcta cōstructa sūt:  
ut in sr uox furibunda furorem rerum imitetur: proferri satis cōmode  
non possit: quid illud in tertio. Dirigit uisu in medio: calor ossa reli  
quit. Nōne duritie primi uerbi nouam aspectus faciem: ac horridam  
Andromachæ significauit: & biatu q in tertio pede sit: sedatione quoq;  
uocis: quam facere oportet. In quarto quasi singultu prius facto defici  
entem notauit. Illud quoq; mirabile: q non nisi uno spondeo usus est.  
Tanto enim uelocior dactylus spondeo: quanto plura sunt tria duob?  
Quare cursus carminis decurrentem ac languentem in terram expres  
sit. Ita durities uerbi: uocis hiatus: sedatio spiritus: carminis cursus rem  
ipsam mediussidius oculis subiiciunt. Casu fortassis facta hæc aliquis  
arbitretur: ac nos stolidos magis q̄ idultriosos huius rei examinatores  
opinatur. Sed casus rarissimum est. Hæc autem ubiq; ratione factitata  
sūt. Quale. n. est quod sequitur: q̄ diuinitus tarditatem rei dura uerborū  
collocatione: insigni mora spondei: & dissolutione carminis post terti  
um pedem exposuit: Neq; enim septenaria: quæ frequentior: nec tertiū  
trochaicum: quæ rarior illigatio est exhibetur. Vbi etiam illud nō absq;  
cura prætermiserim: q̄ primum pedem dactylum esse uoluit: quoniam  
ex priore sententia est. Labitur inquit: & longo uix tandē tempore fat  
Simile est illud in quarto: dixit: uaginaq; eripit ensem Fulmineum: stri  
ctoq; ferit retinacula ferro. Idem omnes simul ardor habet: rapiuntque  
ruuntque Littora deseruere: latet sub classibus q̄ quor. Nam & signifi  
cantibus uerbis usus est: quæ ex sonantibus magnum litteris constant:  
& dactylis festinationem ostendit. Ad hæc membrorum breuitas: quæ  
multitudinem rerum paucis expositam imitatur: trepidantium quasi  
fugam expressit. Quod sequitur ut rei tardioçris: ita compositionis  
spondaicæ. Adnixi torquent spumas & cęrula uerunt. Multa hic dicere  
possem: sed doctis hæc fastidiosa fortassis: indoctis etiam plura molesti  
ora futura sunt. Quare ut in singulis immorari negligam: sic multis  
corroborare hunc locum in animo est. Est enim pene omnibus: qui do  
cent ita ignotus: ut uel eis: qui immortalem sibi gloriam in docendo  
peperisse arbitrantur: non magis constet: q̄ huius facultatis omnino i  
pitis. Postera phoebea lustrabat lampade terras: Humētē que aurora

regule

Virgily obseruatio

dactyli uelocitas  
spondei grauitas

ad re oculis subiicienda  
uocis apertissima.

Loci difficultas attentione  
exposit.

polo dimouerat umbram. Hic quoniam pauciora sunt duriora: & ipsa  
quæ sunt ceterorum appositione non omnino molliuntur: ac utriusque  
pedis cum diligenti ratione locatio grauis & iocunda simul: rotundaq;  
oratio est. At illud non huiusmodi. Inde ubi clara dedit sonitum tuba  
finibus omnes (haud mora) Profiliere suis: ferit q̄thera clamor Nauti  
cus: adductis spumāt freta uersa lacertis: Infindūt pariter sulcos: totūq;  
dehiscit Conuulsum remis rostrisq; stridentibus q̄ quor. Ad ea enī quæ  
a superioribus intelligi possunt: quasi comatibus etiam quibusdā & in  
cisionibus: quæ moras quasdam ac impetus faciunt salientes imitatus ē.  
Nam ut in uestigio primo stantes se contrahunt: deinde repente pro  
filiunt: sic qd̄ ait finibus omnes non q̄ qualiter: sed cum incisione quadā  
uocis: & asperitate conueniente ad superiora consequitur: & parēthesis  
haud mora in medio locata distrahere sensum uidetur: cōtra cōtraq; uoce:  
tanq̄ corpore impetum infert profiliere suis: itaq; salientes describēdo:  
ter iam huiusmodi compositione saltauit oratio. Quod sequitur: ut rē  
ita orationem mirifice mutauit. Cetera populea uelatur fronde iuuēt?  
Nam hic amoenitatem rei continua: fluenti: leni: non incisa compositi  
one adauxit. Huic uero Non tam præcipites biuigo certamine campū  
Corripuere: ruuntq; effusi carcere currus: Nec sic immisissis aurigæ undā  
tia lora Concussere iugis: proniq; in uerbera pendent: & simile illud est  
in georgicis: & iisdem pene uerbis editum. Sola ergo compositiōe nec  
tam graue: nec tam excitatum: nec tam elatum: & plenum factum est:  
Ut quū carcerib; sese effudere quadrigæ: Addunt se in spatia: & frustra  
retinacula tendens Fertur equis auriga: nec audit currus habenas. Ve  
rum non ita excitata quædam & dura illa compositio in sexto est: nō fe  
stina: non tarda: sed matura. Nam & uerborum inter se collocatio: &  
syllabarum in dictionibus ea est: ut neq; lenis omnino sit: & asperitate  
careat. Quare fit ut totus ille locus: & grauitatis & dignitatis uerborū:  
compositionisq; ut res postulabit: plenissimus sit. Principio inquit cae  
lum ac terras camposq; liquentes: Lucentemq; globum lunę: titaniaque  
astra Spiritus intus alit: totamq; infusa per artus Mens agit at molem:  
& magno se corpore miscet. Illud uero quāti ardoris: q̄tique impet; q̄  
non uidet? Arma amens fremit arma toro tectisque requirit. Sequit  
amor ferri: & scelerata insania belli: & illud. Sed magnum stridens cō  
torta salarica uenit Fulminis acta modo: quam nec duo taurea terga:  
Nec duplici squama lorica fidelis & auro Sustinuit: collapsa ruunt ima  
nia membra. Dat tellus gemitum: & clypeus super intonat ingens. qd̄  
autem in septimo q̄ uelox. Arma uelit poscatque simul: rapiatque iu  
uentus: in quo spondeum in secundo positum arbitror (non enim uere  
bor quod nunc occurrit dicere: ut & ceteros ad plura minutiora que in  
quirenda incitem) ut instantiam (dicat enim sic) atque longā cōtētiōe;



poscentium arma ostenderet. At in primo. Nullam res moram efflagi-  
tabat. Ipsa iouis rapidum iaculata e nubibus ignem. Hiatum loco posu-  
it: ut apertione nubium emicuisse ignem significaret. Illum expirantē  
transfixo pectore flammis: ut hoc omni compositione tardissimum:  
quo longum expirantis spiritum laborem oculis subiiceret. Ita quod se-  
quitur raptim fertur: quoniam raptum significat. Turbine corripuit:  
scopuloq; infixit acuto. Quale uero illud in undecimo: Dii immortales  
qualem mollem tollere se ostendit secundi tertiiq; pedis cum tarditate  
tum feritate cōduplicatione. s. litterę & r. cum. g. copulatione: qualem  
deinde impetum: qualem terrorem cursu asperitateq; carminis signifi-  
cat: experto credite quantus in clypeum assurgat: quo turbine torque-  
at hastam. Nihil ergo est apud illum diuinum poetam: quod ratione  
compositum non sit. Aliter minatur: aliter rogat: alio dicēdi genere op-  
pugnat: alio sua firmat: aliam in lasciuis formam dicendi adhibet: aliā  
in iocosis: in seriis aliam: idem ubicunq; terreat: idem ubicunq; placat:  
idem ubicunq; indignatur genus obseruat: cuius rei si unum signum  
dicam finem faciam. Indignari iunonem facit in primo: quattuorq; car-  
minibus eadem compositione utitur nō solum uerborum: sed pedum  
quoq;. Nam primos dactylos posuit & ultimos: quod ubiq; fere facti-  
tat: medio spondeos: quod obseruatione factum certo scio. Nec enim  
casu: sed arte fiunt: quę in pluribus eodem modo fiunt. Videmus etiam  
mutata sententia tam in antecedentibus: q̄ in sequentibus compositio-  
nem quoq; mutatam esse. Ratione igitur factum certior sum: sed qua  
coniicere licet: at qui ego puto: quoniam fortassis indignantis initia i-  
petum habent lentiora cętera: sed ne quis inueniendo loco laboret: ipsa  
carmina ponamus. Ast ego quę diuum incedo regina iouisq; Et soror  
& coniunx una cum gente tot annos Bella gero: & quisq; numen iuno-  
nis adoret. Pręterea aut supplex aris imponat honorem. His omnibus  
ueneres quoq; orationis occultius per schemata inserit. Vix e conspe-  
ctu siculę telluris in altum Vela dabant lęti: & spumas salis gre ruebāt:  
Quum iuno ęternum seruans sub pectore uulnus Hęc secum. me ne  
incepto desistere uictam: Nec posse italia teucrorum auertere regem.  
Quippe uetor fatis: pallas ne exurere classem Argiuum: atq; ipsos po-  
tuit submergere ponto. Per quattuor enim carmina eundem uersus  
locum simili orationis parte: ac similiter desinente complexus ē: & qđ  
ut mirabilius: ita suauis est: paribus & tempore & numero syllabis p-  
tulit. Hęc de diuini poetę uersibus dicta sufficiant. Haec & in soluta  
oratione nobis ratione factitanda sunt: ac tanto facilius: quāto latiores  
nobis campi patent. Nam carminis astricta conditio est latini maxi-  
me: & enī quum gręci ex uaria pedū locatione. xxxii. huius uersus sche-  
mata conficiant. Latinitas quoniam usu in quinto non tam licenter

*hactenus de uersibus  
uersibus.*

*De soluta  
orone.*

spondeum accipit: penultimi numeri duplicationem amittit. Verum  
profaicę orationis compositio: quoniam ita in uniuerso uix intelligi po-  
test: quum de singulis generibus dicemus: paulo post patebit. Etenim  
nunc de ipsis incipiam dicere: si prius respōdero his: qui aut arte posse  
tam multa & minuta intelligi negant: aut natura: non industria compa-  
rari affirmant: qui mihi parum considerare uidentur omnium: quę ar-  
tificio geruntur: exitus ita industria & arte acquiri: ut principia nobis  
innata sunt. Neq; enim quicq; inuenies: quod aut natura extremum p-  
duxerit: aut ars primum: quare & ad eloquentiam natura quidem inci-  
tamur: diligentia uero & usu perficimur. At difficile est inquirunt tam  
multis occupatum facile & expedite orationem efferre. Ego uero im-  
possibile id omnino puto: si quis tunc plane oratorie loqui uelit: quum  
discere incipiat: aut si quum dicit pręcepta artis consideret. Nam sicut  
in legendo si quis litteras omnes: ac syllabas: uerbaque singula: eorūque  
accidentia tunc secum examinet: quum legit: is ne syllabam quidē unā  
pronuntiare posset: qđ si prius dabit operam singulas cognoscere litte-  
ras: deinde ex cōiūctiōe litterarū syllabas efficere: primo quidē tardi⁹ ac  
tardius leget: deinde consuetudine ad miram usq; ac pene incredibilem  
uelocitatem legendi perueniet: quum non amplius in cognoscēdis sin-  
gulis elaboret: ita fit in hac re. Nam quę in principio dura atque ardua  
uidentur: exercitatione in eum habitum perueniunt: ut ad quoduis ge-  
nus: dum uolumus: orationem uertamus. Quis ignorat q̄ multa conly-  
deret grammaticus & q̄ uaria: Sed nihilominus exercitatione consequi-  
mur: ut non congrua solum: sed ornata etiam elocutione tanto facilius:  
quanto minore cura utamur. Nam qui quum loquitur ad uerba itēdit  
animum: illi similes mihi uidentur: qui in sagittando arcum sagittamq;  
intuētur. Infinita sunt dialecticorum uolumina subtiliora: & spinosio-  
ra pręcepta: sed tamen assidua disputatione adipiscuntur: ut & expedite  
& caute differant. Non enim ut ad Hęrenium criminatur Cicero in  
fantissimi: sed in re sua perspicacissimi mihi uidentur. Idem in aliis  
artibus usu euenire omnes intelligunt: hac in facultate aliter fieri cre-  
dunt: ac ideo quum Ciceronis: aut Demosthenis quicq; legitur: in quo  
aut uehementiæ: aut iocunditatis: aut alterius generis uis ostenditur:  
quid tu credis inquirunt oratores his minutissimis rebus: quum scribe-  
rent occupatos fuisse: immo quid tu omnium: sed tacere pręstat: quum  
grammaticus congrue: ac expedite loquatur: eum credis genera: casus:  
numeros: personas: tempora: cęteraq; huiusmodi: earūq; rationes mēte  
uersare: non inquires. Quid uero quum musicus manum moueat: ipsū  
tunc putas numerum & proportionem fidium: & uocum excogitare: aut  
ex habitu iam consuetudine confirmato: qui altera natura est omnes  
digitos moueri ita censes: ut nunq; quum uelit netem pulsare hypaten

*natura  
Ars  
exercitatio*

*Cicero*

*netus  
hypaten*



tangat: ex habitu scio dices. Nunquā enī tanta uelocitate: utriusque manus  
digiti fere omnes: uel alio uidente: atque loquente non uicquam musico: ita mo-  
uerentur: ut natura ipsa hanc ad rem solam facti uideantur. Cur igitur  
miraris oratores quoque clarissimos: quum in singulis exercitatione ha-  
bitum fecerit: facile ac compositē dicere potuisse? Verum falsa hęc opi-  
nio ideo multis accidit: quoniam nemo fere ab ineunte adolescentia re-  
cte aut litteraturę: aut huic facultati inuigilat. Quum uero ad maiorem  
ętatem peruenerit: atque ad honores magistratusque reipublicę gerendos ani-  
mum induxerint: tunc quum intelligant dicendi rationem sibi usui fu-  
turam ad hęc humanitatis studia: uel inuiti deferuntur. Quare fit quū  
subito summi oratores prodire uelint: ne facile nobis credant: si tam mul-  
ta sibi perdiscenda proposuerimus his p̄ceptis clarissimos oratores  
diuinum eloquentię flumen adeptos fuisse: sed iam ineptias eorum: que  
aut ignorantia: aut negligentia hęc contemnunt: relinquamus. Neque enī  
huiusmodi hominibus: quoniam laborem discendi abhorrent: rectius  
consulturum puto: quā ut uelint parnassum eliconaque petere: ubi si nocte  
unam dormierint: repente ad suos omnium eloquentissimi reuertentur.  
Nos his: qui diligentia ac labore nihil tam arduum: & difficile putant:  
quod exercitatione assidua: & industria teneri non possit reliqua: & qui  
dem curiosius exponamus. Ac quoniam de membris: clausulis: numeris:  
ceterisque compositionis partibus singulati diligentius dicere instituimus  
in uniuersum de his satis. Illud mihi omnes memoria teneant: quoniam  
naturam ars sequitur: primaque uerba optima litterarum compositione  
naturę instinctu edita credimus: singulorum uerborum immutabilem  
cōsiderandam compositionem: & que uerborum ex syllabis: atque litteris  
est: eam uniuscuiusque generis ex uerbis esse locationem non dubitent: il-  
lud caueant: ne nimium efferatur oratio: ne fluctuet: ne exanguis ac ari-  
da esse uideatur. Nam hęc tribus figuris: que loco habitę probantur: op-  
posita sunt: que si quis effugere uelit (omnes autem uelle debent) cura-  
bit: ne ualde a p̄ceptis nostris remota sibi contexatur oratio. Nam op-  
posita non his solum: uerum etiam in his que sequuntur generibus op-  
positis constituuntur. Quoniam breuiter elocutionis uim confuse tamquam  
aliquam syluam proposuimus. Nunc formas dicendi omnes: ac gene-  
ra: quātum in nobis situm est: clare ac distincte explanare conabimur:  
que res que ardua sit: que difficilis: quātamque diligentiam desideret: nō me  
fugit. Non enim solum quot & que sint intelligere: & quod intellexeris:  
perspicuum ac planum oratione reddere uehementer arduum est. Ve-  
rum etiam rem iam per multa secula ignorantię sordibus obrutam in  
medium protrahere multo difficilius. Nam & si Hermogenes & cla-  
rius & distinctius ceteris omnibus: qui ante eum fuerunt de dicendi for-  
mis: quas gręce εἰς ἄλλα uocamus differuit: a multis tamen ille potuit

Cap<sup>m</sup>

Cap<sup>m</sup> de formis dicendi

Hermogenes

tam p̄cepta: tam exempla delecta: sine quibus hęc res explicari nō po-  
test colligere. Nā & ueteres omnes rhetores usque ad Isocratē illā scholā  
multa de formis dixerunt: & Minutianus quis confuse nimis: multa ta-  
men & p̄cepta & exempla partim ab aliis designata: partim sua indu-  
stria sumpta a clarissimis oratoribus illi parata subiecit. Nobis in lati-  
no sermone nullus est: qui hac in re nobis opem p̄bere possit. Nam  
Cicero quidem quum multa de oratoria facultate nobis reliquerit: hęc  
tamen ita subiecit: ut nil aliud nisi plura esse dicendi genera: in quibus  
necesse sit oratorem insudare nos cōmonuerit. Idque quū multis in libris  
tangat: tum maxime in eo: quem de oratore composuit: plurimis in lo-  
cis horum dicendi generum mentionem facit. Que ut auctoritate eius  
plura esse pateant: non grauabimur uerba quedam de oratore sumpta  
huic sermoni inserere. Quāquam inquit id quod perspicuum est: nō omni-  
causę: nec auditori: nec personę: nec tempori congruere orationis unius  
genus. Nam & causę capitis alium quendam uerborum sonum requi-  
runt: alium rerum priuatarum: atque paruuarum. Aliud dicendi genus de  
liberationes: aliud laudationes: aliud iudicia: atque sermones: aliud cōsola-  
tio: aliud obiurgatio: aliud disputatio: aliud historia desiderat. Refert  
etiam qui audiant: senatus: an populus: an iudices frequentes: an pauci:  
an singuli: & quales ipsi quoque oratores: qua sint ętate: honore: auctori-  
tate. Debet etiam hoc uideri tēpus pacis: an belli: festinationis an ocii:  
Atque hoc in loco nihil sane p̄cipi posse uidetur: nisi ut figuram ple-  
nę orationis & tenuioris: & itidem illius mediocris ad id: quod agemus  
accomodatū eligamus: ornamentis iisdem fere uti licebit: alias intensius  
alias submissius: omni que in re posse quod deceat facere artis & naturę:  
sentire quid quando deceat prudentię. His illius eloquentissimi uiri  
ac p̄cipui oratoris uerbis nemo est: qui nō intelligat multa esse dicendi  
genera: que ut ipse utinā solū tangere: ita quoque p̄ceptis diligenter ex-  
plicare uoluisset. Quantam enim rem: que que uilem nobis reliquisset de-  
clarant libri sui: in quibus non uno atque simplici: sed multis multa que  
uarietate compositis generibus: ut res petebat: editas orationes inueni-  
es. Verum quod ille aut negociis & priuatis & publicis impeditus: quod  
magis credo: aut fortassis quia noluit: quod inquit ille reliquit: nos pro ui-  
rili parte ex eo ipso eliciamus: neque laborem pertimescamus: quoniam  
nihil ab ceteris: quod aut ad exempla pertineret: aut saltem ad hęc for-  
marum nomina accepimus. Valde enim huiusmodi p̄ceptionē ora-  
tori necessariam esse quis non intelligit? Nam qui sola natura nititur  
is quod deceat facere nunquam poterit: qui uero ad naturam artem adiun-  
git: is Ciceronis aliorumque maiorum quorumcunque uoluerit orationis si-  
lum certa ratione sequetur. Neque enim ingenia: sed industria hominibus  
iam diu deest. Aggredior igitur rem adeo difficilē: ut uix sane (ut etiā

Minutianus

Cicero

Cicero de oratore



De preceptione formaz

Forme diffinitio

7<sup>9</sup> forme

Claritas

Claritas

Compositio

Diffinitio

ipse dicit) quid præcipi possit intelligatur. Quod tamen artis esse confirmat: quum dicit omni in re posse quod deceat facere: artis esse & naturæ: sine qua neq; ars quidem erit. Erit igitur bipartita hæc nobis præceptio: ac primo simplices dicendi formas: ut fieri debeant exponemur: deinde qua compositione simplicium generum: hoc aut illud compositum fiat explanabimus. Nam quid quando deceat: quod ad grauitatē summam pertinet pro tempore ac causa ipse uidebit orator. Verum ne longiore oratione præcepta demorer: de re dicere incipiam: si lectores deprecabor: ne nos excusent: si duriora formarum nomina sibi uidebunt. Atque ut rem potius quam appellationes rerum considerent: quas etiam ipsa consuetudo suauiores faciet: aut res quum intellexerint aliis nominibus (nihil enim impedit) quibuscunque uelint denominent. Forma est genus orationis sententia: methodo: uerbis: compositione: reb; subiectis: & personis idoneum. Has Hermogenē secuti septem putamus: Claritatem: Magnitudinem: Venustatem: quam & pulchritudinē dicimus: Celeritatem: Affectionem: Veritatem: & Grauitatem. Claritas est quæ facit puram & perspicuam orationem. Magna & grandis oratio est: quæ puri sermonis contritam consuetudinem pondere suo excedit. Venustas & pulchritudo est omnium: quibus oratio conficitur conuenientia quædam & modus: quacum succus quidam & qualitas tanquam color orationis elucet. Velocitas est compositionis acceleratio: qua uia & mobilis oratio uidetur. Affectio est qua sic componitur oratio: ut qualitatem animi ostendere: & insitos ei mores aperire uideat. Hæc moratam etiam orationem appellare licet. Veritas est quæ facit: ut non ficte: nec dedita opera: sed ut sentimus dicere uideamur. Grauitas est congrua omnibus circumstantiis oratio: uel quædam orationis elatio. Quum hæc ita sint: de claritate primum dicendum uidetur: quam in elegantiam & purum sermonem diuidimus. Purus sermo est oratio clara nulla ambiguitate: aut confusione comixta: de quo ut ordine dicatur: ea primo exponamus: quibus omne dicendi genus conficitur. Tria igitur nobis uidentur sine quibus: ne constare quidem orationem intelligimus. Sententia: methodus: uel artificium. Compositio: quam his sex tanquam partibus constare putamus: dictione: hoc est uerbis: exornatione: membro: colloca-tione: clausula: & numero. Sententia est res inuenta uerbis expolienta: sine qua uerba in numerum ornate construere furiosum est. Artificium est uia & modus: quo sententia uerbis explicatur. Huic omnes exornationes: quas sententiarum multi appellant: subiiciendæ uidentur. Compositio est quæ elementorum: syllabarum: dictionum: dictionisque consequentium inter se positione conficitur: de qua superius dictum confusus est. Dictionem appellamus uerba & uocabula inuentioni accommodata. Exornationes sunt uerborum quædam expolitiones: & modi: quibus

tanquam colorato amictu rem & uestimus & decoramus. Membrum est uno spiritu prolata oratio: quæ totam sententiam: uel partem eius breuiter absque interuallo absoluit. Membrorum uero quæ breuiora sunt: ut puta quæ duodecim syllabarum numerum non excedunt: comata. i. incisiones græco uocabulo nominentur: quæ longiora sunt: membra nuncupentur. Collocatio est dictionum numerosa compositio. Clausula est uniuscuiusque orationis: aut etiam membri numerosa depositio. Numerus est quæ ex obseruatione collocationis: atque clausule pedum conficitur orationis sonoritas atque modulatio. His ita dictis: ut sciamus quum ad hoc: aut ad illud genus orationem flectere in animo est: quibus magis elaborandum sit: dicendum est: quæ horum potiora nobis uidentur: ut intelligas te si illis abundaueris: propositum consecutum esse. Non enim quæ omnia: sed quæ plura: uel potiora: clara: uel magna: uel graua: & huiusmodi: uel illiusmodi sint. Hanc aut illam dicendi formam continere orationem iudica. Primum igitur locum sententias possidere non dubitamus: secundum uerba: tertium exornationes: artificium quartum: quauis in grauitate non quartum: sed primum ei concesserim: numero in prosa quintum: in uersu primum. Collocationi & clausule ultimum locum attribuimus. qua ex re patet compositionem primam omnium post sententias esse: quippe quæ tantam uim habet: ut parua magna: aut magna parua uideri nulla re: nisi compositione consequamur. Non enim uideo qua ratione rem tenuem in immensum extollere possimus: nisi primo his uerbis contexamus orationem: quæ quoniam robustioribus elementis compositæ sunt: magnum quoddam & sonans pollicentur. Deinde inter se uerba & membra sic coniungemus: ut sicut per se sola: sic etiam simul posita magnitudinem afferant. E contra uero si quis magnam rem extenuare uoluerit: eum necesse est ea compositione uerborum uti: quæ humillima sit. Quare compositionem plurimum in oratione posse concedendum est: nec res est: qua doctus homo: dicendi peritus a rudi & agresti magis differat: quam quæ ignarus dicendi casu uerba componit. orator autem sic alligat sententiam uerbis: ut eam certa quadam compositione complectatur. Non dubium est si quis hæc uerba pronuntiet: atque unam rem ex omnibus intelligat: capere: rapere: raptare: quin compositione unum alio grauius atque uehemētius esse confiteatur. Quæ uis quum in singulis uerbis est: & litterarum syllabarumque naturali fere compositione conficitur: tum uel maxime horum: aut illorum uerborum contextu: atque congerie: multo maior consurgat necesse est. Nam uerba quidem compositioni preponere ineptissimum est. Consentanea enim generi compositio: idonea quoque uerba continebit: uerba congrua: uel absque conueniente compositione esse possunt. Deinde si quis maxime a compositione uerba seiungat: eadem tamen uerba aliter atque aliter distributa multo maiore

Membrum

Comata

Collocatio

Ordo.

Compositionis uis



uarietatem generibus afferunt: quod si in eadem dispositione commutata intelligantur. Quamobrem & compositioni nobis subiecta sunt: quis & delectus: qui compositionem antecedere uidetur: ex incommutabili quadam: & fere naturali: ut dictum est: compositione dependeat. Artificium uero non preposuerim: quod illud sententiarum quidem modus sit: compositio uero ipsae sententiae tam extolli quam deprimi soleant. Cetera quum aut accedant uerbis: aut uerbis conficiantur: aut uerba consequantur: compositioni anteponi non possunt. Sed iam res ipsa petit: ut de prima claritatis formula dicere incipiamus. Purus ergo sermo omnibus octo praedictis sententia: artificio: uerbis: exornationibus: membris: collocatione: clausula: & numero conficitur. Sententiae eius sunt: quae quum nihil habeant longa excogitatione dignum: communes fere omnium: & usitatissimae uideantur. Ut Cicero in uerrinis. Sofippus & Epicrates fratres sunt agienses: horum pater abhinc duos & uiginti annos est mortuus. Nam hoc huiusmodi est: ut quibus hominum non capere solum: sed etiam dicere tale possit quid. Puri ergo sermonis huiusmodi sententiae sunt: si per se considerantur. Nam si ubi aut quando: aut quapropter huius: aut illius generis aliquid dicitur: ex octo rebus: quibus omnia genera conficiuntur: consideres: eam grauitatem quaeris: quae non has formas dicendi solum: sed totam hanc rhetoricam artem complectitur. Item in eodem uerrinarum. iii. Heracleus ille & Epicrates longe mihi obuiam cum suis omnibus processerunt: uenienti Syracusas egerunt gratias. Flentes Romam decedere mecum cupuerunt. Sed de sententiis haecenus. Longum enim est plura colligere: & unum uel alterum locum tangere satis putamus: ad id intelligendum: quod uolumus. Nunc de artificio dicemus: si prius breuiter commonebimus nos hoc in negotio: non qualis purus Ciceronis sermo: uel elegantia: uel circūductio: uel alia quaedam dicendi forma exponere: Verum ipsa genera per se qualia nam esse debeant explicare. Quam rem si quis bene teneat: non Ciceronis solum: sed aliorum genera & intelliget: & imitari recta ratione poterit. Nam si quis simplices formas recte habeat: eum quidquid ex eis componitur non fugiet. Quare ut ipsa simplicia formarum genera pateant: exemplis uti necesse est. Ea si Ciceronem tollas: unde commode capias: non habebis. Nam si nostra quidem sola proponerem: nec tantum auctoritatis haberet oratio: & in arrogantiam incideremus. Propterea nunc Ciceronis auctoritate unum quodque confirmabimus: alias quoniam ipse summus orator caeteris sedulo commiscebat: ut ad rem suam quicquid commode conuenire arbitrabatur: quod desolatam a caeteris poterimus unquamque dicendi formam exemplo nostro: si ocium dabitur: declarabimus. Nunc de methodo puri sermonis dicendum est. Arte purum sermonem conficiemus: si ipsam rem solam ita enarrabimus: ut nihil in eodem orationis contextu contrahamus.

De puro sermone

Smie

in Verrem

in Verrem

Artificium

Methodus

Contrahitur autem uel genus ad speciem: uel totum ad partem: uel indefinitum definito: uel qualitas & dispositio rei: uel auditorum iudicium uel unius ad alterum: uel plura differentia. Item fugienda est eorum expositio: quae rem consequuntur. Nam qui quum rem aliquam dicit: consequentia eius quoque simul exponit: non purum sermonem: sed eius operam positam circūductionem facit: de qua post dicetur. Consequi autem rem dicimus: locum: tempus: personam: modum: causam: ut apud Ciceronem post id: quod superius diximus. Huiusmodi quid consequitur: quod erant mihi oppida: complura etiam reliqua: constitui cum hominibus: quo die mihi mesang praesto essent. Nam & si ex adiecta causa breuis circūductio non omnino puritatem conturbet: tamen si quid purum sit: per se uelis examinare huiusmodi orationem puram non dices. Si uero purus non re ipsa: sed solum uideri cupis: methodus est: ut omnibus modis: quibus pura oratio fit: orationem incipias: circūducentia in mediis intermiscuas: quod quanto breuiora sunt: tanto minus puri sermonis suauitatem conturbant. Praeterea expositionem non exornationem: & schemata: ut nonnulli existimant: Sed methodum puri sermonis esse putamus. Multis enim schematis exponimus: & recto: & obliquo: & partitione: & collectione. Schemata uero aliis schematis fieri non credendum ducimus: Verum siue schema & exornatio uerborum sit expositio: siue methodus: eam clari ac puri sermonis propriam existimamus. Est autem expositio seiuncta a circūducentibus orationis explicatio. Puri sermonis dictio communis quaedam & usitatissima esse debet: non trāsata: non aspera: non ampla. Translatio enim omnis & si usitata est: tamen affert aliquid magni: quod purum sermonem excedere uideatur. Asperis etiam obdurefcit quodammodo sermo: & obscurus potius: aut magnus quam purus efficitur. Ampla similiter nimis tollunt orationem: & rapiunt ad grandiloquum dicendi genus. Quare quum puri esse uolumus: his omnibus minus utemur. Schema puri sermonis orationis rectitudo. Nam sicut puritas orationis circūductioni opposita est: sic quoniam obliquo maxime circūducit: rectitudo quoque ei opposita est: puritatem maxime conficit. Rectitudo in oratione appellatur: quae per rectos tam casus: quam uerba ita procedit: ut una res aliam contrahere non uideatur. Cuiusmodi fere sunt omnes narrationes Ciceronis: quas & si rerum natura coactus: quod accusatorem sepius pati necesse est circūducentibus consistat: tamen recte incipit: tanta enim in puritate rectitudo uim habet: ut dum recte incipias & desinas: purus uidearis: ac tanto magis: quanto intertextata circūducentia breuiora sunt. Qua ex re manifestum est purum sermonem esse eum schematis: qui omnino rectus sit: purum uideri: cui circūducentia interposita sunt. Quale illud Ciceronis in Verrem. Sopater quidam fuit aliciensis homo domi suae imprimis locuples: atque

Methodus proprie

Schema

Rectitudo

purus sermo

in Verrem



honestus:is ab inimicis suis apud.C.Sacerdotem prętorę rei capitalis quum accusatus esset:facile eo iudicio est liberatus. Nam hic Cicero si ita dixisset.quum Sopater quidam aliciensis homo domi suę ĩprimis locuples atq; honestus ab inimicis suis apud.C.Sacerdotem prętorem accusatus esset:facile eo iudicio est liberatus: Maior quidem dignitas inesset orationi.Nam tam persona:q̄ personę qualitas simulcum antecedente in circũductione contraherętur. uerum puritas quę narrationi uehementer conuenit:sublata esset:quā ut integriorę seruaret:secũdum membrum etiam recte edidit:ac minus q̄ dici potest circũduxit. Est ergo rectitudo puritatis schema pręcipuum:ut obliquatio circũductionis. Verum ut hęc puro sermone accedit:si circũducentibus careat:sic illa nō longe a circũductione abest:si circũducentia continet.Quod ex hoc ipso exęplo sic patere potest. Sopater quidā aliciensis homo domi suę ĩprimis locuples & honestus ab inimicis suis apud.C. Sacerdotem prętorem rei capitalis accusat⁹ facile eo iudicio est liberatus. Nam hoc q̄ circũductum sit:clarum ei est: qui eius generis uidet sententias: qua ex re illud etiam certissimum habetur:sententias in dicēdo plurimum ad cōmutandas formas ualere. Schemata quoq; q̄ quis non omnia:ea tamen:quę non exornant:sed tantum quędam collocādorū uerborum modum inducunt sui generis semper imaginem secum cōferre. In hoc loco ita cōmorati sumus:quoniam uolumus hęc:quū dicēdi genera nō omnino te fugiant imitatiois gratia:& facilitatis Ciceronis multa nūc methodo:mōdo schematis: nunc membrīs: nunc dictione: locatione: clausulis:numero:& nunc omnibus simul: nunc pluribus ad diuersa genera cōmutare. Nam hac re nihil magis dicendi formas aperit:nihil maiorem in dicendo facilitatem pręstare potest.Nihil autem citi⁹: aut tertius filum orationis:quod uelis non solum recta ratione imitari: s; omnino consequi facit.Sed de schematis satis:nūc ad cętera pergam⁹. Membra puri sermonis breuia esse debēt:& cōmata magis q̄ membra quę tum maxime puram reddunt orationem: quū unūquodq; ita sententiam absoluit:ut nullis cōprehensioibus oratio composita sit: quod ut clarius pateat:quid comprehensio sit:altius aperiatur. Omnis oratio aut absolute:aut cōprehensione componitur. Absolutio est quū unūquodq; orationis membrum absolutam atq; perfectam sententiam continet:ut illud Ciceronis dicendū est de Cn.Pompeii singulari eximiaq; uirtute. Huius autem orationis.difficilius est exitum q̄ pricipiū inuenire.Ita mihi non tam copia:q̄ modus in dicendo querendus est. Comprehensio est duorum aut plurium membrorum ad absoluendā sententiam inter se cum dependentia cōpositio. Hanc in circuitū: productionem :spiritus:continuationem:& ambitum diuidimus.Verum de duobus extremis impresentiarum dicendum. Nam cętera quātum

Rectitudo

Membru

oro  
Absolutio  
Comphensione  
G. pom.

Comphensio  
Circuitus  
ductio  
spiritus  
Continuatio  
Ambitus

negocii huius interest ab ābitu nihil differunt:& in quo differunt:loco suo dicetur. Circuitus est totius orationis rotunda & coacta densa cu; frequentatione uerborum compositio:ut hoc postremo. Nisi eum dii immortales in eam mentem impulissent: ut homo effoeminatus fortissimum uirum conaretur occidere:hodie rempu.nullam haberemus. Hoc enim tribus inter se cōnexis membris:quorum nullum sententiā absoluit:ita continetur:ut totam rotunde ui qua dam colligat ratione. Circuitus uel duobus:uel quattuor:ubi unum uni: uel tribus membris effertur. Vbi duobus unum redditur:quale est quod nunc diximus. Et illud in laudem.C.Cęsarum dictum. Tantus enim est splendor in laude uera:tanta in magnitudine animi:& cōsiliū dignitas: ut hęc a uirtute donata:cętera a fortuna accōmodata esse uideantur. Quare mihi bene uidetur:q̄ quis breuissime more suo hanc rem circũscripsisse Aristoteles: quum dicat periodum(sic enim gręce circuitum appellamus)orationē esse(ut uerborum ex uerbo latina ex gręcis exprimam)quę principium habeat & finem. Nam quum circuitus membrīs cōstet: quod pręcedit iuniores propositionem:ipse principium:quod subsequitur hi redditionem:ille finem nominauit. Qua ex re non paruo ignorantię crimine hi reprehendendi uidentur:qui uel unico membro tum circuitum fieri rati sunt:quum longior sensus & simplex:quasi quibusdam amfractib⁹ inter se circũferuntur. Quale illud est. Sopater quidam aliciensis homo domi suę ĩprimis locuples atq; honestus:ab inimicis suis apud.C.Sacerdotem prętorem rei capitalis accusatus:facile eo iudicio liberatus ē. Decepit enim rudes homines quędam orationis incisio: quę mēbrorū imaginem affert:neq; illud intelligere potuerunt: circuitus simulacrū idcirco huiusmodi orationem gerere:quod ex incisione multoꝝ quoq; membrorum imaginem reddat.Nobis uero hęc oratio nec cōprehensio quidē uidetur: q̄ quis ĩq̄tum membrorum multitudinem ostendat:ambitus appareat. Est enim ambitus membrorum inter se ad absoluendū sensū sine ui & cōmoratioe cōphensio:ut pro.L.Murena.quę deprecatur a diis ĩmortalibus sum iudices more institutoq; maiorum illo die:quo auspicato cōmitiis centuriatis.L.M.consulem renuntiaui:ut ea res mihi fidei:magistratuiq; meo populo:plebiq; R.bene atq; foeliciter eueniret.Eadem precor a diis ĩmortalibus:& ob eiusdem hominis consulationem una cum salute.Reip.obtinendum:& ut nostrę mentes atq; sententię cum populi Romani uoluntatibus suffragiisq; cōsentiant:ea que res nobis P.R.pacem:tranquillitatem:ocium: atq; cōcordiam afferat. Hoc dicendi modo cuncta Ciceronis exordia circũducta sunt.Ab hoc circuitus differt: quoniam nulla ui ambitus cogit orationem. Quare & pluribus q̄ quattuor membris:& multo lōgioribus:& quę uni alterū breuiter nō reddantur cōstare potest. Hęc enim omnia quoniā sūsam

Circuitus

Περίοδο  
circuitus

Ambitus

Cicero p. L. Murena



Ambitus exordio  
Circuitus Contentioni

orationem reddunt: coactę & rotundę orationi opposita sunt. Vnde fit ut ambitus exordio: circuitus contentioni accommodatior sit: & tum cōmentationi cum contrario similitudini sententię: cōclusioni: & omni rationi confirmationi: argumentationis perutilis. Quare palam tenetur non ita cōmode ubiq; nec nisi natura rei patitur circuitu: quę admodum ambitu uti quęq; posse. Illud etiam obseruauimus ubi uehementia opus sit: ultimum circuitus membrum breuius caeteris confici solere. Vi enim quadam oratoris fit sic orationē colligere: ut quum ad finem tendat: tam spiritu & uoce: quę rebus festinare: ac quodammodo ruere uideatur. Longius uero in fine membrum quęto uim diminuit: tanto dignitatem orationis exauget: Ex quo fit: ut unum iudiciali: alterum demōstrationi magis conueniat. Quod nisi his exemplis quę posita sunt perspiceretur: quoniam haec quānotissima cūctis: & certa esse cupimus: alia quoq; cōgereremus. Nam hoc quem de generibus sumpsimus labore nō eos solum: quibus ad eloquentię integra res est instruere nobis propositum est: qui fortassis sine exemplo credent: Verum iueteratos usu orationis rustico magistros & rhetores ad accommodatum rebus stilum reuocare. Nemini ergo dubium esse uolo uehementiorem circuitum redditiones habere breuiiores: & eam inter se membrorum dependentiā ut non bene uniuscuiusq; membri exitu cessare spiritus possit: sed cogi ac precipitari ad integram pronuntiationem totius uideatur. Quę oia si diligenter obseruabimus aciores: sin remitemus ampliores futuri sumus: quorum utrūq; ad fatietatem facere: cum fastidiosum: tum dedita opera fieri uidebitur. Varietas enim ubiq; iocūdū. Quare ut ab acrioribus ad amplos circuitus est recurrendum: sic a circuitu ad ambitum aliasq; comprehensiones ueniendum: quibus omnibus tanq; laxamētū intersit absolutio. Ita tamen ut rerum natura: locorum: temporum: personarum habitum suum possideat. Neq; enim uerendum puto: ne quę simplicem quendam dicendi modum causa expectat: iueniatur. Quod si cui possibile uidebitur rem parce uiolandam: quę fatietatis fastidiū subeundum censeo. Nunc ut facilius hęc cōsequamur: exercitationem aperiam utilissimam: qua absolutas orationes ueterum in ambitus: ambitus in circuitus: ac hos in alios dicendi modos cōmutare poterimus. Quae sola res si omnibus in generibus adhibetur ad proborum oratorū uim & copiam ascendere facit. Membrorum quoq; cōmutatio in circuitibus non negligenda. Hoc enim pacto & ingenium acuitur: & quid melius dicatur facile uidemus: & habitus quidam bene dicendi animum sic illabitur: ut male dicere tibi difficile sit. Insequitur enim te atq; aggredit dignitas quędam orationis: & numerus: ut uel quod ex tēpore dicis: cōmode ac eleganter: si paululum animum erexeris componatur. Dicendum est enim de Cn. Pompeii singulari eximiaq; uirtute. Huius autē

Varietas iocūdū

exercitatio

Comutatio membrorum

p. G. pompeio

orationis difficilius est exitum quę principium inuenire: ita mihi non tam copia: quę modus in dicendo quęrendus est. Hęc oratio absolutis mēbris effertur. Hęc ambitus fiet hoc modo. Nam quum dicendū sit de Cn. Pompeii singulari eximiaq; uirtute: cuius orationis difficilius est exitū quę principium inuenire: non tam copia: quę modus in dicendo mihi quęrendus est. Circuitus & quidem amplior propter naturam rerum: hoc modo. Nam cui dicendum est de Cn. Pompeii singulari eximiaq; uirtute: cuius orationis difficilius est exitum quę principium inuenire: ei nō tam copia: quę modus in dicendo quęrendus est. Membra quoq; inuertere tentandum hoc modo. Nam ei non tam copia: quę modus in dicendo quęrendus est: cui dicendum est de Cn. Pompeii singulari eximiaq; uirtute: cuius orationis difficilius est exitum quę principium inuenire: & aliter. Nam quum eius orationis difficilius sit principium quę exitum inuenire: in qua de Cn. Pompeii singulari eximiaq; uirtute dicendum est: non tam mihi copia quę modus in dicendo quęrendus est. Sic igitur ex absolutis tribus membris trimembris circuitus compositus est. Ex bimembri uero circuitu dissoluta fiet oratio sic. An Luceius illa humilitate pręditus: illis studiis: artibus atq; doctrina illius ipsius periculum: quem propter hęc ipsa studia diligebat: negligere potuisset? Luceius magna hūilitate: studiis: artibus atq; doctrina pręditus ē. Quonā igitur pacto ipsi piculū: quę propter hęc ipsa studia diligebat negligere potuisset? Itē ex eodē loco p. M. Cēlio. Et quod facinus in alienum hoies illatum sequere acciperet: id omisisset curare in hospite? Nam id facinus in alienū hominem illatum sequere acciperet: quare id non omisisset curare in hospitem. Ex trimembri sic. Postremo nisi eum dii immortales in eam mentem impulissent: ut homo effoeminatus fortissimum uirum conaretur occidere: hodie rempu. nullam haberemus. Postremo eum dii immortales in malam mentem impulerunt. Homo enim effoeminatus fortissimum uirum occidere conatus est: quare hodie rempu. nōnullā habemus. Hac ex re solutione uehementior ille uidetur circuitus: quō spiritu quod proponit: & probat & concludit: quod quidem optimi circuitus proprium dixerim: sed alterutrum facere nōnunq; sufficit. Nam ex his tribus: quę argumentationem conficiunt: duo quęcunque circuitum constituere possunt: ut in illo. Tantus est enim splendor in laude uera: tanta in magnitudine animi & consilii dignitas: ut haec a uirtute donata: cętera a fortuna cōmodata esse uideantur. Magnus est enim splendor in laude uera: magna in magnitudine animi: & consilii dignitas: quare hęc a uirtute donata: cętera a fortuna cōmodata esse uidentur. Itaque nisi trium propositionis: rationis: conclusionis: aut saltē duorum uis ista orationi: circuitum nullum habebis. Quadrimestris i absolutam orationem sic immutabitur. Vtram ille qui postulat legatum ad

Ambit?

Circuit?

Membra Inuertere

p. M. Cēlio

Ex bimembri circuitu  
oro dissoluta

Ex trimembri

Cuero

Ex quadrimestri



P Gabino

tātū bellum idoneus non est: qui impetret: quum ceteri ad expilandos sotios: diripiendasque prouincias: quos uoluerunt legatos eduxerint! An ipse cuius lege salus atque dignitas populo Ro. atque omnibus gentibus constituta est: expers debet esse gloria eius imperatoris atque eius exercitus: qui consilio ipsius atque periculo est constitutus! Pompeius qui postulat legatum ad tantum bellum idoneus non est: qui impetret! At caeteri ad expilandos sotios: diripiendasque prouincias: quos uoluerunt legatos eduxerint! Gabinus expers esse debet gloria eius imperatoris: atque eius exercitus: qui consilio ipsius atque periculo est constitutus! At ipsius lege salus atque dignitas po. ro. atque omnibus gentibus constituta ē. Nunc si hanc quadrimembrem uarie cōmutabimus: ad singulorum uerborum cōmutationem pergemus. Vtrum ipse: cuius lege salus & dignitas po. ro. atque omnibus gentibus constituta ē: expers esse debet gloria eius imperatoris atque eius exercitus: qui consilio ipsius atque periculo est constitutus! an ille qui postulat legatum ad tantum bellum: quē uelit idoneus non est: qui impetret: quū caeteri ad expilandos sotios: diripiendasque prouincias: quos uoluerunt legatos eduxerint! & aliter. Verum quum ceteri ad expilandos sotios: diripiendasque prouincias: quos uoluerunt legatos eduxerint: Pompeius qui postulat legatum ad tantum bellum: quē uelit: idoneus non est: qui impetret! An is cuius lege salus atque dignitas po. ro. atque omnibus gentibus constituta est: expers esse debet gloria eius imperatoris: atque eius exercitus: qui consilio ipsius atque periculo est constitutus! & aliter. Vtrum is expers esse debet gloria Pompeii: atque eius exercitus: qui consilio ipsius atque periculo constitutus est: cuius lege salus atque dignitas populo ro. atque omnibus gentibus constituta est: an quum ceteri ad expilandos sotios diripiendasque prouincias: quos uoluerunt legatos eduxerint. Pompeius qui postulat legatum ad tantum bellum: quē uelit: idoneus non est: qui impetret! Verum huiusmodi circuitus multis quodē modis cōmutari possunt. Ille uero uel quater & uigesies cōmode uariatur: quem χιαζόμενον græce appellauimus: is fit: quum nullum inuenitur membrum: quod alii tam præponi: quā subsequi non possit. quod ut quale sit percipiatur: exemplum a Demosthene præponamus. Nam apud Ciceronem in talem incidisse circuitum nūquā memini. Plures uero qui non tam cōmode chiari possunt: uel potius infinitos inuenies: quale & expositum est. Chiasmus igitur dicitur a χ littera: quæ modo crucis ex interfecantibus se ipsas duabus obliquis lineis figuratur. Chiasmus uero in circuitu dicitur: quum in quadrimembri circuitu utrisque propositionibus ambæ redditiones conueniunt: & e conuerso: ut in hoc Demosthenico. ὁ μὲν γὰρ φίλιππος ὄσω πλείονα ὑπὲρ τὴν ἀξίαν πεποίηκε τὴν αὐτὴν τοσούτω θανμαστότερον παρά πᾶστίνομίζεται. ὑμεῖς δὲ ὡς ἀθηναῖοι ὄσω χειρὸν ἢ προσηκε

χιαζόμενον

κέχρησθε τοῖς πράγμασι τοσούτω πλείονα ἀιοχήνην ὡφλίκατε. Hunc ut diximus etiam si quater & uigesies commutaueris: nec dignitatem: ac elegantiam orationis: nec sensum legeris: adeo mirabili ac singulari arte: & incredibili oratoris uis composita est: sed non ut in aliis quocumque uis efficere hoc possis. Nam nisi natura rei talem inter se rerum conuersionem suscipere possit: frustra labores. Neque mirum si tantam orationis elegantiam: atque rotunditatem: tantam uim: tantam dignitatem natura passim fieri passa non est. dignitatis etiam gratiam: & breuitatis ille circuitus habet: in quo ex communitate: quod in uno membro dicitur: in altero suppletur: ut in illo. Quid igitur ait Hortensius: si uni omnia tribuenda sunt: unum dignissimum esse Pompeium: sed ad unum tamen omnia deferri non oportere: & pro Cn. Pl. Vt igitur me conturbare oportet: an ceteris: quum cuiusque dies uenerit: hoc nomen quo urget nunc cōpetitor dissoluere. Nam hic & breuitas mirabilis est: & rotunditas orationis. Multa. n. ex secundo in primo & oportet in secundo supplenda sunt: immutare etiam non uicium: ac maxime in cōparandis rebus uerbum licet: dum res ipsa hoc facere hortatur. Quia in re danda est opera: ut & orationis concinnitas: & sententiæ grauitas conseruetur: quod erit si non nimis recedatur: ut pro Cn. Plancio. Quamquam dissimilis est pecuniæ debitiō & gratiæ. Nam qui pecuniā dissoluit: statim non habet id quod reddidit: qui autem debet: res retinet alienum. Gratiā autem & qui refert habet: & qui habet: in eo ipso quod habet refert. Neque ego nunc Plancio definam debere: si hoc soluero: nec minus ei soluerem uoluntate ipsa: si hoc molestiæ non accidisset. Dissimilis inquit est pecuniæ debitiō & gratiæ: quam dissimilitudinem quum probare uoluisset debitionis uerbum utrobique non seruat. Nam quum debitionem pecuniæ cum gratiæ debitiōe cōpararet: ut appareat in quo differant: uerbum quidem debet pecuniæ reddidit: gratiæ autem non id quod ex collatione oportebat: sed uerbum habet subiecit. Absurdum enim & nimis coactum foret: si nudum redditam gratiam eo ipso redditam diceret: quia deberetur. Debitionis ergo uerbum quum quis ex collatione id petebat: oratio declinauit: atque ut fides salua esset debitionis loco habitiois intulit uerbum: quod ut liquidius uideatur: totum circuitum repetamus & debitionis uerbo: ut collatio requirit: solo utamur. Nam qui pecuniam dissoluit: statim non habet id quod reddidit: qui autem debet res retinet & alienum. Id alterum membrum est: in quo uerbum debitionis inest. Gratiā autem & qui refert debet: & qui debet in eo ipso quod debet refert. Ita postrema circuitus membra efferrī petebant. Non enim habitio gratiæ cum debitione pecuniæ: sed debitiō cum debitione confertur. Quam iocunde autem immutauit: & cōmode. quæ apte atque subtiliter: mirum dicerem: nisi & oīa mirifice ab eo cōposita cernerem: & dicēdi omnes uirtutes cui libet fere

P Pompeio. pro  
P. Gn. Pla



insertę loco efficerent: ne quid prę cęteris admiraret. Longa hęc atque  
superuacanea multis uisum iri non ignoro. Ego uero non hic solum: s;  
etiam aliis quoq; in locis huiusmodi cōmutationes tangere non graua  
bor. Nam quum & ueteres hac re non parum in eloquentia profecisse  
intelligam: & nōnullos doctos & probatos nostris diebus superesse ui  
deam: qui compositione membrorum id agant: ne labores sui diuturni  
ores sint: non cōmouere tantum: quod fortasse pręcipiētis esset: sed uia  
omnem huius exercitationis: & modum ante oculos ponere constitui.  
nec detractorę quos multos futuros scio: rēphēsiones mibi tāti sunt: q̄ ti  
utilitas omnium. Nā aduersus eos id mibi solum sufficere arbitror: qđ  
Platonis rei. p. uarie cōmutatis membris atq; clausulis cōscriptū initiū  
equidem manu ipsius Platonis inuentum esse creditur. Quam cōmu  
tationem eius Dionysius alicarnaseus referre non dubitauit. Neq; lōgi  
ora hęc sunt: q̄ opus sit. Nam si doctissimi atq; acutissimi uiri: qui totā  
uitam in eloquētię pręceptis consumpserunt: nihil dignum laude com  
ponere possunt: quoniam huic rei adiecta ratione nō insudarunt. Me  
rito hęc nobis: ne quis amplius quam sequatur uiam ignoret: latius ex  
plicantur. Quare non uerear Guarini quoq; Veronensis eruditissimi  
uiri nōnullos locos cōmutare: non mediūfidius: ut quicq; de gloria sua  
detrahā. Nam & ipse maiorem meretur: & ego ampliorem ei defer  
re uellem: qđ bonarum litterarum studia in lucem e profundis tenebris  
eduxerit: sed quoniā ipsa res aliter patere non potest: nisi docti cuiusdā  
absurde composita ad meliorem formam mutatione sola reduci posse  
ostendamus. Nam Ciceronis quidem nihil inuenies: quod mutatū me  
lius fieri possit. Ad hęc si nōnulli opusculum hoc nostrum etiam ante  
q̄ uideant: uilipendere non dubitant. Nescio cur mibi ueritatem: & qui  
dem in utilitatem ipsorum exponere dubitandum est. Orationis ergo  
suę: quam in laudem magnifici ducis edidit: hoc exordium est. Pleriq;  
sunt Comes insignis: ductorq; magnifice: qui res & facta ueterū sin  
gulari admiratione consequant: & pręcipuis laudibus in cęlū efferant:  
& recte sane. dignissimum enim est eos suis nō fraudare pręconiis: qui  
aut uitam per inuentas artes excoluere: aut pręclara edidere facinora.  
Verū enim uero iidem adeo asperi uel fastidiosi potius rerum gēstima  
tores sunt: ut etatem nostram aspernent ac damnent: quae tamen per  
multos diuino ingenio: excellenti doctrina: & imperatoriis artibus no  
bis instructos: ornatosq; produxerit. Hoc ad pręstantius sic cōmutabit  
Pleriq; sunt comes insignis: ductorq; magnifice: qui quoniam dignissi  
mum est eos suis nō fraudare pręconiis: qui aut pręclara edidere facino  
ra: aut uitam per artes excoluere: ut res atq; facta ueterum praecipuis  
laudibus efferant: singulariq; admiratione prosequunt: sic etatem no  
stram aspernant ac dānāt: quos ego ideo asperos uel fastidiosos poti;

plato

Dionysius

Guarimus.

rerum gēstimateores iudico: qđ hanc etatem per multos diuino ingenio:  
excellenti doctrina: atq; imperatoriis artibus instructos atque ornatos  
nobis uideo produxisse. Sed ne totam permutemus: totam sane huius  
modi esse per alium locum ostendamus. Ingens inquit & incredibile il  
lud occurrit: qđ urbs ipsa non semel: sed totiens uincēda fuit: quot arces  
habuit castellaq; & loco & arte munitissima: quum ne minimus quidē  
angul⁹ in potestatem redigi: nisi ferro: machinamentis: & obsidionis  
uiribus impugnatus expugnatusq; potuerit: geminas tam longe lateq;  
fossas sub hostiū oculis: inter infesta illoꝝ tela: sub ardētissimo sole cir  
cūducens omnem subsidiorum spem: & occasionem ademisti. Tantū  
effecit & tua & senatus Veneti sapientia pariter ac potentia: ubi illud  
imprimis accurate ac sedulo prouidisti: ut per ualida munimēta ab ho  
stili tutus & securus esses impetu: priusq; de militum salute: qđ de aduer  
sariorum detrimento abs te curatum est. Immutetur sic. Ingēs & illud  
& incredibile nobis occurrit: qđ urbs ipsa & loco & arte munitissima:  
quę non semel: sed totiens uincēda fuit: quot arces habuit: atq; castella:  
cuius ne minimus quidem angulus in potestatem redigi possit: nisi ob  
sidionis uiribus: ferro: machinamentis impugnatus: expugnatus esset:  
geminis tam longe lateq; fossis sub hostiū oculis: sub ardentissimo sole  
inter infesta tela breui tempore fossis circūducta omnem subsidiorum  
& occasionum spem amisit. Tantum & tua & senatus Veneti sapiētia  
pariter ac potētia efficere ualuit: ubi illud imprimis accurate ac sedulo  
prouidisti: ne quum per ualida munimenta ab hostili tutus & securus  
impetu esses: prius de militum salute: qđ de aduersariorum detrimento  
abs te curatum esse uideatur. Quid qđ extremum posuit qđ absurdum:  
deiectumq; sit quis non uiderit? Nulla enim inquit tam ingens: tam  
clara: tam admirabilis res gesta est: quam uetustas non obscuret & obli  
uio: nisi litterarum splendor: & scribentium lumen accenderit. Qđ cō  
modius hoc ipsum: & robustius: atq; expeditius ita diceretur? Nulla. n.  
tam ingens: tam clara: tam admirabilis res gesta est: quam uetustas &  
obliuio: nisi litterarum splendor: & scribentium lumen accenderit: non  
obscuret. Hęc quāto meliora uenustioraq; sunt: nemo qui harum rerū  
uel minimum uidet dubitabit. Nam quum prima compositione nihil  
fere uiriliter colligatur: ac ideo supina quędam: & futilis oratio sit: secū  
da expeditius omnia dicuntur: & coacta atq; cōprehensa ita efferunt:  
ut quasi uiua oratio & mobilis esse uidetur: quod si ad dignitatē demō  
stratiui generis non accedit: id est causę: quod non eisdem uerbis soluz:  
sed eisdem fere membris uti maluimus: ut quod ad propositū pertinet  
quanto sit utilis haec immutatio ostenderemus. Artis autem est non  
optimum: atque supremum ex omnibus. hoc enim impossibile est: sed  
quod fieri possit efficere. Idem igitur tam in uerbis: qđ in mēbris facere

Commutationes me  
broz in meho



eos oportet: qui aliquid laude dignū componere uolunt: ne ei: quis per-  
rito uiro similes in dicendo sint: qui & si a iuuentute secunda usus for-  
tuna his semper studiis inuigilauerit: tamen nihil unq̄ nō dico magna  
laude dignum: sed quod nemo nisi agrestis omnino: atq; hispida aurās  
haberet: audire pateretur edere potuit. Omitto cetera sermonis eius ui-  
tia: quę tot tantaq; sunt: ut uix capi possint. Cur enim cum non historiā  
scribat: sed in demonstratione uerse tur. Verū enī uero & statim in prici-  
piis occupauerit: quod non solum hic: sed in aliis quoq; factitauit: non  
uideo: maxime quum nusq̄ fere apud Ciceronem hoc legerit: quae res  
eum quīs multa legerit: ita tamen pauca intellexisse ostēdit: ut cū quid  
quietum sit: quid forense: quid historicum: quid demonstratiuum: aut  
alius generis uerbum minime sentiat: temeritate potius omnia cōfun-  
dere: q̄ iudicio componere uideatur. Cur etiā scribentiū non scriptorū di-  
xerit non intelligo: nisi q̄ timidum in dicendo hominem: ne a scripto  
scriptorum dicere uideretur: inscitia deterruit. Sed hęc ifinita sunt: atq;  
idcirco pręmittenda. Illud uero dii boni quū ne minimus quidem  
angulus: nōne quum ad pręcedentia reddi uideatur: ad inferiora inepte  
detorsit. Quū autem dicit: priusque de militum salute superiori mem-  
bro non absque duritie sensus: & horrore auditus copulatum detraxit.  
Qua ex re quis uel hac luce clarius non uiderit sine arte nullum ingeni-  
um: nullam ad dicendum prodesse industriam? Nam cum sūmo labo-  
re: summis uigiliis: longisque temporibus absq; arte his studiis alioquī  
doctus homo incubuerit: tamen nihil unq̄ cōposuit: cuius ipsum: si bene  
consyderet: non poeniteat. Hęc ut & ipse in posterum se corrigat: & cę-  
teri eum imitandum nō putent: sūmis ut gręce dicitur tetigisse digitis  
sufficiat. Cōpositionem uero nō ego ideo plurimum probo: q̄ delectū  
uerborum despiciam: sed quoniam cōpositio difficilior sit: atq; altior: to-  
taque oratoris: plura de hac pręcipiendum duxi. Nam ut q̄dium stru-  
ctores: & si paratos semper habent lapides: perpolita ligna: confectum  
cementum: nō tamen magnifica sibi q̄des subito cōstructa est: nisi & cō-  
ponant: Ita quū oratori uerba tum a grammaticis: tum ex assidua bo-  
norum auctorum lectione parata iaceant: nihil tamen magnum atque  
laude dignum sibi cōficietur: nisi pro dignitate rei cuncta disponentur  
Quare si dicere uolumus: nostrum est recto iudicio loco suo paratis uti  
hoc est cōpositioni magis incubere: quod & si utrūq; pariter ad oratorē  
tantūmodo pertineret: tamen iusta causa esset. Quare difficilioribus  
& melioribus insistere malimus. Nunc prima delectus pars: quae pro  
potestate uerborum quid dicendum: quid abiiciēdum sit ostendit: tota  
grammaticorum est. Altera quę pro rerum pondere: causarūque dignita-  
te singula uerba examinat: & si nostra est: tamen quum grauitatis sit:  
pręceptionem omnem effugit: ac oratoris prudentiae: ut etiam altera

hætenus ad usus Quæritur

De compositionis uerbi-  
tate & difficultate

De delectu uerborū

compositionis pars tota relinquitur. Verum de circuitu ac ambitu cō-  
mutationeq; sua: membratim satis dictum: quibus purum sermonem  
sicut & omni cōprehensione carere uolumus. Nunc de collocatione bre-  
uiter dicamus. Collocatio in puro sermone simplex quędam debet esse  
nō accurata. Dico autem nō accuratā & simplicem: quę nō coniunctiōe  
uocaliū hiatū faciat: & de concursu aliarū litterarū minus curat: ut Cicero  
in epistola ad Lentulum. Ego omni officio ac potius pietate erga te cę-  
teris satisfacio omnibus: mihi ipse nunq̄ satisfacio. Nā hic & si sentētia  
magnum qd polliceatur: tamen q̄ demissa cōcursu uocalium sit oratio:  
uel surdus sentiet. Pedibus uero collocatio pura debet abundare iambo  
& trocheo: ut ab superiore Ciceronis epistola manifestum est. Nā pau-  
cis admodum: ne pura iambica & trochaica sit impeditur oratio. Clau-  
sula similiter iambica & trochaica debet esse. Hęc differt a collocatiōe:  
quoniā ibi non pedum solum congruitas: sed litterarum quoq; concur-  
sus asper an lenis: facilis an durus sit consyderatur. Hic pedum tantum  
curam adhibemus: & ibi in ipsa compositione uerborum. Hic in exitu  
membri pedes examinamus: ad hęc collocatio in soluta oratione nō tā  
scrupulosa cura ad numerū semper redigenda est. Clausula uero in uno  
quoq; genere maiorem uim habet: & acrius consyderanda est. Quare  
sepius collocationem q̄ clausulam alienos & remotos ab genere pedes  
quāq; semper pauciores habere reperies. Clausulam alienam rarius q̄  
collocationem inuenies: quod ideo cōsulto fit: quoniam magis sola sine  
collocatione clausula: q̄ sine hac idonea collocatio. Ad quod uolumus  
genus facit orationem accedere: maxime si principia quoque mem-  
brorum ab eisdem pedibus orientur. Clausulam enim prius deīde mē-  
brorum principia: quę siue collocationi: siue clausulae quis accōmodet:  
parui refert. Postremo reliquam collocationem obseruauerim: quoniam  
numerus sonoritas est: quę collocatiōe ac clausula nascitur. Iam clarum  
est quisnam esse debeat in hoc genere numerus. Membra enī & cōma-  
ta fere omnia ad iambici aut trochaici modulationem declinare debēt.  
Ita tamen ut neq; uersus omnino sint. Vitiū enim hoc datur: neq; a mo-  
dulatione uersus aliena: quod tam in superiore Ciceronis textu: q̄ in eo:  
quod sequitur perspicitur potest. Tanta enim inquit est magnitudo tuorū  
erga me meritorum: ut quū tu nisi perfecta re de me nō cōquiesci. Ego  
quia idem in tua causa nō efficio: uitam mihi esse acerbam putē. Quā  
crebro iambo & trocheo in collocatiōe principis: ac clausulis adhi-  
buerit uides. Quare ad huiusmodi uersuum cōmunem sonum oratio  
sibi accessit: quod quoniam clausula magis fieri docuimus: nō neglecta  
collocatiōe: ut numerum cuiusuis formę cōtineas: clausulas acrius exa-  
minabis. Verum quoniam numerus a modulatione huius aut illius uersus  
inclinare debet: nulla mihi ē dubitatio: clausulam remotam non uideri:

Cap. de Collocatione in pu-  
sermone.

Cicero. eph. p. ad lentulum

Iambus  
Trocheus

Clausulae consideratio

numerus & sonoritas



que & si in pedem generis proprium non exeat: in eum tamen definit: quod in ultimo uersus loco a proprio pede denominati adhiberi soleat: Quod & in collocatione fieri haud inconueniens est. sed ne hec magno labore faciamus: diuersis in generibus uersuum primo: deinde in soluta oratione exerceri diligentius conuenit. Quod qui faciet: uel absque premeditatione dicere comodissime poterit. Nam si qui carminibus operam ab adolescentia dederunt: magnum numerum optimorum carminum: uel ex tempore edere soleant: quod non solum legimus: sed etiam uidimus: quanto facilius sponte sua dedita opera liberior oratio fluat. Quare si uolumus ad maiorem copiam aspirare: non commitemus: ut tenera etas huius rei expertus dilabatur. Quod faciunt hi qui subito uolunt in sumos oratores euadere: neque uidet nihil unquam hominem in quo se diu non exercuit: bene ac facile facere posse: nec prisca rerum memoria ipsos iuuat: in quibus plane habetur: quod semper exercitatis: qui iam habitum longo usu fecerunt: idem fere fuit facere uoluisse & potuisse. Verum quoniam purum sermonem per octo partes suas inspeximus: nunc alteram claritatis partem consideremus. Elegancia est qua efficitur: ut caeteris quoque formis claritas insit. Quare a puro sermone hoc differt: quod illa per se clara est: Hec ne propter magnitudinem & pondus adeo efferat oratio: ut non longe ab obscuro sit: que claritatem continent intermiscet. Non enim unaqueque harum formarum in dicendo sepe a caeteris facile inueniri solet: sed considerantur quidem per se: conestuntur autem simul ad unum orationis corpus: ita tamen ut orationem puram: aut gratam: aut pulchram: & hanc aut illam dicere non dubitemus: quum aut plura aut pauciora ex his octo: quibus genera dicendi constant: in unum concurrere inuenimus. Hec dicendi formula sententias proprias non possidet. Nam quum nullus fere debeat esse locus orationis non clarus: & pure sententia per se clare sint: omnesque pure non possunt esse: nisi eleganter tractentur: que huiusmodi non sunt a clara oratione procul dubio excidunt. Quod uitium maxime omnium fugiendum est. Quare sententias: que quidem ipsae per se conficiant eleganciam non inuenimus: Verum cunctas que pure non sunt: neque pure dicuntur sibi attribuimus. Quamobrem mihi bene uidetur orator precipuus: cuius opera nobis hec omnia suppeditarunt: eleganciam his uerbis descripsisse. Elegancia est que facit: ut unum quodque pure & aperte dici uideatur. Nos eleganciam non tam ample hic: ut purum sermonem amplectatur: sed ut clarior preceptio fiat: angustius puro sermone seiuncto intelligimus. Arte consequemur eleganciam & methodo: si quid dicturi sumus premonitione ostendemus: ut pro Deiotaro. Sed ante quam de accusatione ipsa dicam: de accusatorum spe pauca dicam: & in Verrem. atque adeo antequam de incommodis siciliis dicam: pauca mihi uidentur esse de prouincie dignitate uenustateque

habemus de puro sermone  
q claritatis una pars est

ap. De elegancia

Elegancia diffinitio

Si. p. Deiotaro  
In Verrem

dicenda. Si enumeratione utemur: ut pro Pom. Ego enim sic existimo in summo imperatore quattuor has res inesse oportere: Scientiam rei militaris: uirtutem: auctoritatem: foelicitatem. Omnis enim diuisio & distributio rei clariorem reddit orationem: quoniam que dicere uolumus summatim auditoribus aperit: si non subito de re ad rem transgrediemur. Sed transitionibus quum opus erit utemur: ut pro Pom. Quoniam de genere belli dixi: nunc de magnitudine belli pauca dicam. Si ordine utamur: ut quod primum gestum sit: aut geri potuisset: aut primo polliciti sumus: primum quoque explicemus: ut in Verrem. Verum ut totum genus amplectamini iudiciorum: prius iura siculorum: deinde istius instituta cognoscite. siculi hec iura sunt. Si argumentationum propositiões uel solutiones prius quam rationes collocemus: & propositiones assumptionibus anteponamus: ac ut uno prece dam omnia uerbo: si nulla in ordine superfedeamus. Dicitio elegancie eadem est: que puri sermonis esse dicebatur. Schemata elegancie sunt: que faciunt: ut ante quam res dicatur: expectari uideatur: qualia sunt ordinatio & partitio. Ordinatio est quum ex eo: quod dicitur: alterum quoque sequi ostendimus: siue totius per certum numerum collectione: ut in Verrem. prius iura Siculorum: deinde istius instituta cognoscite: & pro P. Scylla. Ille ambitus iudiciorum tollere ac disturbare primum: cum Flacco uoluit gladiatorum: ac fugitiuorum tumultu: deinde id quod uidimus omnes lapidatione atque concursu. Quum enim primum dixerit: ilico animus auditoris alterum quoque dicendum intellexit. Quod quidem in quantum constituit: ac preparat ad id quod sequitur eleganciam. In quantum uero plura contrahit: ac ad longius sustentat orationem: circūductionem conficit: de qua paulo post dicemus. Partitio est: quum duas aut plures res oratione disiungimus: ut pro Cornelio. Bal. Si studia ab amicissimis: & cum beneficiis cum L. Cornelio tum maxima familiaritate coniunctis. Item pro reditu suo ad populū. Partim que mihi inuiderent: partim que sibi timerent: aut perditores: aut desertores esse salutis mee. Hec (ut ordinatio) quum paruis interuallis concluditur: elegancior: quam longis spatiis effertur: circūductam magis reddit orationem. Resumptio etiam siue quis eam in schematum numero ponat: siue methodum putet (nihil enim impedit) eleganciam non paruam: & claritatem addit orationi. Ea est uerbi uel rei ne eius obliuio propter orationis longitudinem auditoris capiat: breuis repetitio uerbi ut pro Pom. Que ciuitas ante unquam fuit: non dico Atheniensium: que satis late quodam mare tenuisse dicitur. Non Carthaginensium: qui permultum classe maritimisque rebus ualuerunt: non rhodiorum: quorum usque ad nostram memoriam disciplina naualis remansit: quae ciuitas antea unquam tam tenuis: Rei: ut pro Archia. Si quid est in me ingenii iudices: quod sentio quam sit exiguum: aut si qua exercitatio dicendi: in qua non infior

p. G. pompeio

In Verrem.

Dictio  
Schemata  
ordinatio

In Verrem  
p. Scylla

partitio

p. Cornelio  
Bal. Si studia ab amicissimis  
p. reditu suo ad populū

uerbi elegancia

p. pompeio

rei elegancia

p. Archia



me mediocriter esse uersatum: aut si huius rei ratio aliqua ab optimarum artium studio: ac disciplina profecta: a qua ego nullum confiteor gratis me tempus abhorruisse: earum rerum omnium uel imprimis hic Aulus Licinius fructum a me repetere prope suo iure debet. Ut enim in superiori: quae ciuitas ante unquam uerba claritatis gratia repetit: sic in hoc posteriore omnia una retulit: ut & clarior & uehementior sibi esset oratio. Non enim oium temere posuit. Nec enim suum est quicquam otiosum dicere: sed multitudinem officiorum ostendere uoluit: nec eorum omnium dixit: quoniam multo tenuis est: sed haec quidem grauitatis sunt. Hic uero interposita non quidem multum ad rem pertinerent: sed ut ostenderemus quae scite atque subtiliter cum ratione certa omnia oratori: uel quae tenuissima uidentur: examinanda sint. Verum resumptio non claritatem solum: sed uim etiam quandam addit orationi: eamque tanto acriorem quanto breuior est: ad reduplicationis enim uim accedit. Nam hoc inter reduplicationem & resumptionem uerbi interesse uolumus: quod haec longior: illa breuior sit: & haec ut clarescat: illa ut cogat oratio accipi solet. Quare quae prolixitate modica sunt: utrumque mihi praestare uidentur: ut pro Deiotaro. per dextram illam te rogo: quam regi Deiotaro hospes hospiti porrexisti: istam inquam dextram non tam in bellis: & in praeliis: quam in promissis: & fide firmiorem. Ratiocinatio etiam siue quis schemata siue methodum eam magis putauerit. Nam alii sententia: Cicero uerbo eam exornare uult: quorum unum ad methodum: alterum ad schemata pertinere diximus. Haec inquam ratiocinatio quid sit: quam apertam & claram distinctione orationem efficiat: quis dubitat? Est igitur ratiocinatio quum crebro a nobis ipsis petimus uniuscuiusque propositionis rationem ut pro Milone. Quibus de seruis rogas? de P. Cl. quis eos postulauit? Appius. quis produxit? Appius. unde? ab Appio. Quae si plurimum uehementiae inest orationi & uelocitatis nihil mirari debemus. Sepe enim iam dictum est formas dicendi inter se: tamquam multi ad depigendam effigiem colores: sic ad constituendam orationem: concurrere: & considerari quaedam cuncta rationibus suis. Genus autem ab efficacioribus nominari: quae multa inueniri negandum non sit: ita ex quatuor partibus ponderata: ut non magis huius quam illius generis esse uideantur. Quare si dicta exempli causa ratiocinatio uelox: & uehemens cuiquam uidebitur: ut est: id non naturae schematis: sed breuitati membrorum: & crebris interrogationibus attribuat. Membra: collocationes: clausulas: & numeros: haec omnia in elegantia non alia quam in puro sermone esse putamus. Verum ut puritati circūductionem: quae laudanda est: opponi dicebamus: ita elegantiae: quoniam ut praecipis patuit: ordine maxime nititur: confusione contrariam dicimus: quae semper fugienda est: nisi quum uehementer commotum animum ostendere uolumus. Ipsa enim natura in nobis ipsis docet nonnullos esse impetum animi

Deiotaro

Ratiocinatio

Milone

Ratiocinatio

Confusio elegantiae contra  
Circūductio puro sermone

qui eleganter loqui non solum: quos quum imitamur: confusione opus est: ut Virgilius in secundo. Iuuenes fortissima frustra Pectora: si uobis audentem extrema cupido Certa sequi: quae sit rebus fortuna uideatis. Excessere omnes adytis arisque relictis Dii quibus imperium hoc steterat. succurritis urbi Incensae: moriamur & in media arma ruamus. In qua confusione primum cauendum est: ne ita confundamus: ut nullo modo intelligamur: deinde ne facile confusio in ordinem redigi possit. Nam qui ita confundit: ut quomodo hoc faciat: ab auditoribus comprehendi possit: is non impetu animi: sed impetus simulatione confundere uidebitur. Omnis igitur confusio uel transgressionibus legibus: quibus nihil elegantiae inest: uel coniunctionibus e medio sublatis: uel quoniam consequentia ad modum orationis: aut non redduntur: aut non recte redduntur: uel omnibus his fieri solet: quorum duo Virgilius hic occupauit. Ac elegantiae quidem confusio opposita est: puro sermone circūductio: toti claritati obscuritas: quam orator semper ut scopulum uitabit: nisi quum res cogat figurate aliquid dicere: quo de genere causarum in tertio diximus: aut quum enigmatice quicquam significare: uel solum tangere: non explicare opus sit. Sed de prima dicendi forma satis dictum est. Neque enim aliis quibusdam modis qui minime ad ea: quae nos accepimus: aut excogitauimus: reduci possunt claram orationem confici arbitramur. Nunc quoniam nimia claritas humilem ac contemnendam reddit orationem: qua ratione ei pondus atque magnitudinem adiungamus: aperiendum est. Non enim clara solum: sed clara simul & grandis: pulchra: mobili: morata: uera: ac ut omnia uno concipiam uerbo: graui: ac ut ita dicam animata: ac uiua oratione suis orationibus Cicero nobis utendum esse persuadet: quum non parari oratione ubique omnibus: sed maius minusque: ut rerum natura efflagitat. Grandem orationem: quae puri sermonis consuetudinem contritam excedit: sex formulis contineri putamus: dignitate: asperitate: acrimonia: illustri oratione ac splendida uehementia: circūductione. Dignitas est: quum de rebus magnis magna & ornata constructione habetur oratio. Eius sententiae sunt primum quae de deo ac diuinis rebus non fabulose: neque ut hominibus: sed uere: & ut diis quadam cum religione attribuuntur: has apud oratores & poetas raro inuenies. Nam quas ut hominibus diis poetae accommodant: ut amores: complexus: conubia: eoque longe absunt a dignitate. Fornicationes uero stupra: & adulteria etiam dignitati opposita sunt: de quibus in iocunditate differetur. Dignitatis igitur has sententias rari ter: ut diximus: in oratoribus & poetis inuenies. Nostrorum uero: hoc est Christianorum libri referti sunt: huiusmodi tamen illud est apud Virgilium in sexto. Principio caelum terras: camposque liquentes: Lucentemque globum lunae: titaniaque astra Spiritus intus alit: totamque infusa per artus Mens agit molem: & magno se corpore miscet. Inde hominum pecudumque

Virgilius In confusio

Confusio

Toti claritati obscuritas  
hactenus de prima dicendi forma

Cap. de Magnitudine orationis

Grandis oratio  
Dignitas  
Asperitas  
Acrimonia  
Illustri oratione  
Uehementia  
Circūductio

Virgilius. 6. h



C. p. Milone.

genus: uideq; uolantū: Et quę marmoreo fert. Cuius simile Cicero pro Milone. & est profecto illa uis & in his corporibus: atq; in hac imbecillitate nostra inest quoddam: quod uigeat ac sentiat: & nō inest in hoc tāto nature: tam p̄claro motu: nisi forte idcirco nō putant: quia nō apparet: nec cernitur: proinde quasi nostram ipsam mentem: qua sapimus: qua prouidemus: qua hęc ipsa agimus & dicimus uidere: aut plane qualis: aut ubi sit sentire possumus. Ea uis est igitur: quę semper incredibiles huius urbis foelicitates atq; opes attulit. De diuinis ergo in Catone maiore: tusculanis quęstionib; aliisq; huiusmodi illius uiri libellis multa differuntur: ueluti sunt: quibus immortalem animā in cęlis collocatā: ęterna gloria frui cōtinetur: ęternas poenas apud inferos peccatoribus paratas. Has igitur quę in diuinis tractantur sententias: quibus uel de ipso deo: uel de religione ac pietate in eum: uel de sanctorum uirorum futura gloria differimus dignitatem iprimis cōficere arbitramur: deinde eas quę de rerum natura solent adhiberi: ut si quis plures ne sint mūdi quęrat: quę sit solis magnitudo: qua ratione crescat decrescatq; luna: qd tonitrua: quid fulmina faciat: quid uentos inducat: quid procellas: nimbos: tempestatesq; iferat: quorum omnium philosophorū libri plenissimi sunt. Oratoris nihil interest has rationes occupare: nimborum tamē & fulminum uim: impetum: irruptionēq; omnem cęli oculis subiicere oratorum est. Nam si quis ad cōmeatus diem idcirco dicit nō uenisse: qd nimbi & procellę: tempestas: atq; aquarum uis eum intercludisset: earū rerum omnium agmen quale quantūq; acciderit: curiosius atq; ample explicabit: quod sententiarum genus in hoc loco dignitatis collocam;.

**T**ertio loco ea ponimus: quibus uitam hominum instituimus: beneuolendi p̄cepta damus: a uitis depellimus: qualia omnia sunt: quę ad mores pertinent. Item ea: quę a scriptoribus exornationum sententię appellantur: hęc sententia oratio est: qua ea cōtinētur: quę quum generaliter ita efferuntur ut ad omnes pertineant: aut quid sit: aut quid fieri debeat in uita ostendunt. Quid sit ut pro L. Cornelio Balbo. Sed cōtentio tā diu sapiens est: qd diu aut proficit aliquid: & si nō pficit: nō obest ciuitati. Item p̄ eodem. Est enim hęc sęculi labes quędam: & macula uirtuti iuidere: uelle ipsum florem dignitatis infringere. quod fieri debeat: ut p̄ M. Cęlio. Detur aliquid ętati: sit adolescētia liberior: nō omnia uoluptatibus denegent: non semper superet uera illa & directa ratio: Vincat aliquando cupiditas uoluptasq; rationem: dūmodo illa in hoc genere p̄scriptio: moderatioq; teneat. Pareat iuuentus pudicitię suę: ne spoliēt alienam: ne effundat patrimonium: ne foenore trucidet: ne currat i alterius domū atq; famā: ne obprobriū castis: labē ite grīs: ifamiā bonis inferat: neq; interimat: ne iter sit ifidiis: scelere careat. Nā totus iste loc; summa cum auctoritate quid fieri debeat docet. Sententiarum alię sūt

3. dignitatis no

C. p. L. Cornelio Balbo

p. M. Cęlio

Sententiarum p̄tuo.

simplices & absq; ratione: ut illa superior: & hęc. Nam qui in omni certamine opulentior est: etiam si accipit iniuriam: tamen quia plus pōt: facere uidetur. Nam hęc non est subiecta ratione: ut imperiti dicerent: sed tota simplex. Si rationem enim tollas: nec sententiā quidē erit: aut subiecta ratione: ut de responsis augurum: parentibus: & diis imortibus & patrię nos primum natura cōciliat. Eodem enim tēpore & fuscipimur in lucem: & hoc cęlesti spiritu augemur: & certam in sedē ciuitatis: ac libertatis ascribimur. Alię duplices & sine ratiōe: ut illa terētiana Obsequium amicos: ueritas odium parit. Et hęc pro P. Sextio. Neque enim rerum gerēdarum dignitate efferri homines ita cōuenit: ut ocio nō prospiciant: neq; nullum amplexari ocium: quod abhorreat a dignitate: uel subiectis rationibus: ut ad Hęrenium. Qui adolescentium peccatis putāt ignosci oportere falluntur: propterea qd ętas illa nō est impedimento bonis studiis. At hi sapienter faciunt: qui adolescentes q̄maxime castigant: ut quibus uirtutibus omnem uitam tueri possint: eas i ętate maturissima uelint comparare. Sententię ab uniuersis ad singula nōnunq; trahunt: neq; tantum dignitatis amittūt: quantum acquirunt suauitatis: ut illud Ciceronis. Nihil habet Cęsar: nec fortuna tua maius qd ut possis: nec tua natura melius qd ut uelis cōseruare qd plurimos. Huic modo & uis quędam inest: sicut in his quę ex cōtrariis cōnectunt: qualis terentiana est: & illa Ciceronis. Pareat iuuentus pudicitię suę: nō spoliēt alienam. Sententias has nec crebro: nec lōgiore in oratione collocabimus. Breuiore enim ac rariore magis interlucent: nisi & locus comorationem quandam petat: & qui dicit non paruę auctoritatis est. nō enim omnia ęqualiter omnibus p̄cipiūtur. P̄terea uerę sint: & hui; modi: ut auditor eis assentiat: rebus quoque: quibus de dicimus accomodatę: qua sola ex re & acrimonię sibi non parum affertur: ut si nihil diceret homine seditioso ciuitati perniciosus. Quarto loco ea ponimus: quę res gestas & p̄clara facinora cōtinent. Methodus dignitatis est absq; dubitatiōe aliqua sic asserere: aut negare: ut nihil ambigere uidearis. Nam qui dubitat etiam si sententiā dignitatis sit: nō id tamen: sed moratam conficit orationem. Prioris exemplo hic locus sit ex oratione pro P. Sex. sumptus. Nunq; officio coniunctior dolor unus esse potest: qd hic meus susceptus ex hominis de me optime meriti periculo Posterioris ex eadem siue illa uestis mutatio ad luctus ipsorum: siue ad deprecandum ualebat. In quibus quid method; ualeat perspici potest. Res enim huius & moratę formę cōmutata methodo immutantur. Alegorice etiā dicere res magnas dignitatis est: quod fere omnes theologię principes nō solum uerę: sed fictę quoq; ac falsę intellexerunt. Itę per subiectiōem id est gręce per emphasim sententias afferre huic formę conuenit: quod dignitatem auget non facit: cuius signum est: qd in

Simplices sine

Duplices sine

Cicero

p. p. sex. R

q. Iugario  
p. M. Marcell

2. locus dignitatis.

p. p. Sexto

Alegoria

Emphases  
Subiectio



aliena sententia aliud quid faciat. Vt demissum lapsi per funē. Et pars ingentem formidine turpi Scandunt rursus equū. Item tua sententia affirmare dignitatis est: ut pro Plan. Nam qui pro repu. uitā dederūt: licet me desipere dicatis: nunq̄ me hercule mortē eos q̄ immortalitatem assecutos putauit. Nam hoc q̄ elatum sit hoc methodo: quis nō uiderit? quāuis interiectio illa licet me desipere dicatis: tātum dignitatis detrahit quam ex ueritate adiiciat. Item rarius uti uerbis: ita ut pluribus mēbris unicum uerbum inseruiat dignitati: attribuendum mihi uidetur: ut officiorum primo. Deserunt enim uitę sotiētate: quia nihil cōferunt in ea studii: nihil facultatū: nihil operę. Item in secundo in Catilinam. Res eos iam pridem: fides nuper deficere coepit. Hęc methodus & si celeritatis plurimum habeat: tamen ab hac forma omnino aliena non ē. **Dignitatis dictio** q̄ amplissima esse debet: quod tum aurium acri iudicio consequi possumus si exercitati sumus (nemo enī erit qui quātū la tius atq; plenius quāq̄ sonet non uideat q̄ & si eiusdem significationis pericula) tum ratione. Implet enim magis os spiritu: & rotūdā emit tit: q̄ uocē. Ille igitur in dignitate nobis deligentur dictiones: quę sonā tibus atq; robustioribus cōsonantibus componuntur: quę amplis uoca libus efferuntur: quales sunt longę fere omnes: o & a maxime. Plenissi mo enim spiritu & apertis labiis proferuntur. Quare omnes quę i eas exeunt dictiones clausulis a Cicerone: cui maxime curę dignitas est: sepius obseruantur. O uero etiam in penultima magnum quid pollicet: unde ortus q̄ orānatus sonantius est. Isola etiam quum producta sit: exilis est. Demittit .n. & deprimat uocem: unde & Cicero quum huius generis clausulā in nōnullis orationibus maxime sequatur: huiusmodi membrorum exitus cōsilio uitat. Omnis enim quę ultimam producit dictio: longe amplior est: etiam si quę antecedunt in ea syllabę cōtrahāt q̄ si cęterę longę breui ultima spiritu proferatur. Pręterea translatiōes frequentiores hic erunt. Dignitatem enim efficiunt: si propinque ac cōmodę sunt. Remotiores asperitatem: si crebrę collocantur: si longius repetantur: tragicam dignitatem: nō oratoriam efficiunt. Nam inter alia dura atq; abrupta longę repetita trāslatio tragoedię idonea ē. Schemata sunt omnia: quę puri sermonis: & pręterea epicrisis: quam latine adiudicationem appellare possumus. Ea est: quum id quod dictum est: breui quadā subiectione asserimus: ut illa Guarini: & recte sane: & ad iudicatio quidem clara huiusmodi est: quę ab exordio ideo alienissima: q̄ circūductioni opposita est. Verum quum conditioni aut dubitatiōi inseritur: quāuis moratam potius orationem efficiat: tamen uis sua etiā subapparet: ut Cicero pro M. Cęlio. Etenim si diligenter existimare uere uolueritis: sic cōstituetis iudices: neq; dissensurum quęq̄ zē. Iniectiones & cōuersiones sicuti clarę orationi: ita dignitati oppositę sunt. Quare

p. planco

de officiis

Cicero in Catilinā. 2.

Dictio dignitatis

- q.
- o.
- a.
- o.
- i.
- n.

Translatiōes

epicrisis adiudicatio

Guarini

Cicero p. Cęlio

Iniectiones cōuersiones. Cōuersiones dignitatis

in huiusmodi dignitatibus rarius collocandę aut nunq̄ sunt: si quis hęc prosequi ita cōstituerit: ut maximam huius: paruam aliorum curā habeat. Membra quanto breuiora: tanto magis dignitatis propria sunt: cuius rei si quis exemplum cupit: de officiis librum legat. Etenim in eo libro quū dignitatem maxime rerum natura expeteret: cum cęteris: tuz membris sumis harum omnium magister Cicero eam consequitur. **Dignitatis collocatio** ea sit: ut non magnam curam habere uidearis: ne cōsonantium concursus: uocaliumq; hiatus sepius fiant: deinde dactylica omnis compositio: & antipastica: & maxime spondaica: & epitritica dignitati dignam sonoritatem afferre solent. Iambū etiam nonnūq̄ adhibere nō alienum est: a trocheo uero & ionico: & maxime anapesto: tāq̄ ab hoste declinandum est. Nihil enim magis deponit dignitatem ac deprimat: q̄ trochei & ionici crebra locatio. Clausula ubiq; ferme eodē pedes & habebit & uitabit. Est autem epitritus pręter tertium clausulis conuenientior. Pęone uero tertio antipasto ac ditrocheo: nescio si quicq̄ amplius in clausula inueniri potest. Verum quoniam nōnulli uix quod pręcipitur credunt: nisi exemplis approbetur: & in cunctis generibus id facere ideo non inducam animum: quoniam uno in genere lati⁹ hęc rē tāgere sufficere putauit: hoc i loco potissimū: nōnullas Ciceronis cōgeram clausulas: Pro M. ergo Marcello. Hodiernus dies attulit inquit: & totum inq; & tuum: & ad cōparatiōem noui cōtulit. Alibi nec exitū membrorum solum: sed initia etiam duobus uel tribus dactylis cōposita in carminibus numerum inuenies: ut i eodem loco. At uero hęc tua iustitia: & in officiis. Principio generi animantium: quod & in spōdeo facit. Si patres inquit cōscripti pro uestris immortalibus in me: Quod quoniam exitum heroici uersus habet: nemo nō uiderit: q̄ tum orationem extollat: quod & T. L. iuius imitatus est. Facturus ne sim operę p̄cium. Quas obres uehementer ab his dissentio: qui heroici uersus exitum in soluta oratione uitandum arbitrantur. Nam quum grauis & suauis simul sit raro quidem: quoniam pręmeditationis affert suspitionem collocandus. Vitandus autem omnino cur sit: nullam unq̄ rationem inuenient: pręsertim quum Cicero pro Pom. his uerbis adhibeat. Ab ineunte etate susceptę prohibuerunt. Quod si quę pro ante uocales posita perturbet illa cōsideret. Ad eas inquit gentes: quibuscum tum bellum gerebamus: & rex soti⁹ populi Ro. atq; amicus: & uestris soti⁹ atq; amicis. Trocheus uero ut simplex ab hoc genere alienus ita duplicatus clausulis: maxime idoneus. Fructum sum inquit amplissimū cōsecutus: & pręscriberetis: & esse arbitratur: & alibi retinendum in ciuitate. Cui si choriambus penthimemeris quasi modo pręcedat: grauius fit. si pęon primos: & grauius simul & multo suauis. Cunctis inquit quū gratias populo ageret suffragiis iudicauit: & ei⁹ orationis difficili⁹

Membra breuiora

Cicero. officiis

Collocatio dignitatis.

Epitritus clausulis

Cicero. p. M. Marcello

T. L. iuius

C. p. pom.

Trocheus



est exitum quod principium inuenire. Verum in exitu his praeponitur: ut iocundior: ita minus grauis interclusum ante quod iret in exilium. Ad fortios inquit praesidium: & id extitit excidium: & non ueni ad supplicium: secundus remissior multo quam tertius: nam is ad epitriti grauitatem accedit: quartus ex clausulis ita hinc abiiciendus: ut epitritus. Tertius nunquam adhibendus. Nam quod demittat & deprimat orationem: immo uero exasperet: quis non uiderit? Cn. Pompei diuino inquit consilio: ac singulari uirtute depulsum est. Ionicus etiam a minore haud minime grauis esse uoluerunt. Ad senatum inquit & alibi nil facere potuerunt. Molosus etiam inutilis: ut de responsis augurum: discordique placide. Epitrito autem: & alibi saepe & ad senatum his uerbis utitur. Saepe numero refertur: sed quos ei commodum fuit compellauit: & saepe dixerunt: alibi in epistola ad Curionem fidelissimus atque amantissimus consiliis paruisses. Neque enim non inueniuntur Ciceronis epistolae: quae quonia ita res postulabat: sermonis genus non parum excedunt. Sed de his haecenus: de quibus longius progressi sumus: quoniam huius generis clausulis: uel quae ad hoc magis accedunt: crebrius Cicero uti uidetur: quam quae & ceterorum semper locoutatur: & quod si quis uidere cupit: primo quod unicuique rei genus ille attribuat: deinde & clausulas & compositionem generis eius examinet: neque grauetur: qui se in dicendo exercet haec minuta inquirere. Nam nisi ab initio exercitationum nostrarum harum rerum copiam nobis parauerimus: nescio quomodo sustinendi oratores esse poterimus. Praeterea ut turpe idoneum orationi numerum non accommodare: ita ridiculum dixerim: tunc eum quaerere: quum dicere opus sit. Quare huic rei in aetate tenera insudemus: ut postea nec petitus quidem: sed sponte sua nobis affluat numerus. Ad haec illud acriter in dignitate perspiciamus: ne numerus pendeat: sed constans ac firmus sit. Nam quum clausula totum fere numerum ad naturam sui rapiat: si quidem haeret ac firma est: quam constat & impendulam nominamus. Firmum quoque atque absolutum quale dignitati conuenire putamus: numerum conficit. Sin uero decliuus est & infirma: quam pendulam uocare libet: eam numero iocunditatem affert: quae dignitatem de gradu suo facile deturbat. Impendula clausula est: quae quum sententiam absoluat polysyllabam dictionem etiam in longam exeuntem continet: ex quo patet epitritum quartum in clausulis fugiendum: & amplas uocales finali syllaba congruas. Pendula est quum e contrario nec sententia concludit: & uerbum breue est. Ea uero membra quae sententiam quidem absoluunt: sed breuiora habent exitus: quibus quaedam medium numerum conficere uideantur: tamen quoniam clausula maxime numeri orationem habet: pendula clausula adiudicamus. Verum quoniam nonnullorum pedum facta est mentio: ne cui pedum ignorantia impedimento sit: de his mihi dicendum esse uideo: sed breuiter. Nam si hoc nobis propositum

pendula clausula quae dicitur.

Capitulum de pedum ratione.

esset: ut rationes quoque diligenter explicaremus: quare hi quidem pedes in hoc genere: illi in alio adhibeantur: & hi hoc genus deprimant: atque dissoluant: illi illud: latius nobis de pedibus differendum esset. Fundamenta enim solutionum & rationes: quae proportionibus musicis nituntur: asperire necesse esset: quae res non omnino ab hoc negotio abhorret: nisi res solas exequi maluissimus. Quarum notitia multos forsitan ad inquirendas rationes impellet: quas & nos ipsi alias: si otium dabitur: diligentius rimabimur. Pedes omnes octo & uiginti sunt: horum omnium quot quaeque productae contractaeque syllabae sint: exponemus: quod ut breuius fiat: loco productae syllabae rectam lineam: loco breuis incuruam ponemus. Octo igitur & uiginti pedum quattuor dissyllabi sunt: octo trissyllabi. xvi. quadrisyllabi. Nam qui pluribus syllabis pedes constare putat: is inutilem omnino rem atque superuacaneam fingit.

Pirrichius. vv.	Pegon secundus. v. vv.
Iambus. v. —.	Pegon tertius. vv. v.
Trocheus. —. v.	Pegon quartus. vvv.
Spondeus. . . . .	Ionicus a minore. vv.
Tribrachus. vvv.	Ionicus a maiore. vv.
Dactylus. vv.	Dicambus. v. v.
Anapestus. vv. . . . .	Ditrocheus. v. v.
Amphibrachus. v. v.	Antipastus. v. v.
Amphimacrus. v. . . . .	Choriambus. vv.
Bacchus. v. . . . .	Epitritus primus. v.
Palimbachus. . . . .	Epitritus secundus. v.
Molosus qui & creticus. . . . .	Epitritus tertius. v.
Proceleumaticus vvvv.	Epitritus quartus. v.
Pegon primus. vvv.	Dispondeus. . . . .

Hi. xxviii. pedes sunt: neque alii: qui ex his non componantur inueniri possunt sed de pedibus haecenus. Nunc ad rem nostram redeamus. Ac quoniam de dignitate dictum est: de asperitate dicamus: cui pulchritudo & iocunda oratio simul cum acrimonia opponi uidetur. Asperitas est oratio: qua sine correctione superiores increpamus: uel orationis compositio increpationi huiusmodi consentanea. Eius sententiae sunt omnes: quibus uel genere: uel fortuna: uel uirtute: uel omnino aliquid existimatione hominum excellentes ab inferioribus increpantur: quas quidem sine correctione: quum & puram asperitatem faciunt difficile inuenies. Leniunt enim semper & mitigant oratores correctione quadam: & quasi licentia ab ipsis auditoribus aut aptius postulata: aut cauti capta. Id fit quum statim post asperitatem aliquid huiusmodi affertur. Hic ego uestram prudentiam requiro: priscam consuetudinem exoptulo: patrum uestrorum uestigia imitanda censeo: uel ante quam asperere aliquid dicamus: dubitatione

xxviii. pedes

Capitulum de Asperitate.

Asperitas.



Luentia

Methodus asperitatis

In Antoniu.

Dictio aspera

Schema aspera

C. p. Celso

In Anto. phil. 7.

Collatio ex clausula

Littere expansantes

In Verrem.

p. Ligario

p. Milone

utimur: nescire nos quomodo rem accepturi sint: sed tamen amore ac emolumento eorum ipsorum cogi: ut aperte dicamus: unde patet licetiam correctioni subiectam esse: & asperitatis sententias precedere non subsequi posse. Sine correctione autem tunc commode adhiberi potest asperitas: quum ita obiurgamus: ut ipsi se obiurgandos putant: cui rei maxime locus est: quum in incommodum quoddam ceciderunt: aut quod nostris consiliis non obtulerunt: aut omnino culpa sua: & ea non parua: qua euenit: ut ipsi se dignos increpatione existiment. Methodus asperitatis est aperte ac clare absque his quae leniunt & mitigant asperas efferre sententias. Nam tanto ab asperitate discedere necesse est: quanto leuius increpationem dixerimus: ut hoc est in Philippicis. Placet eodem tempore premia constituere his: qui contra Antonium arma ceperunt: & legatos ad Antonium mittere: ut iam pudendum sit honestiora esse legionum decreta quam senatus. Item legatos uero ad eum mittere: de quo grauissimum iudicium nudius tertius decimus fecistis. Non iam leuitatis est: sed ut quod sententiam dicam clementiam. Neque enim lenit quod interiacet: sed quum ueritatis sit: maxime exasperat. Dictio aspera duriusculeue translata: quam usus translationis communiter patitur: & quae per seipsam aspera est: uidelicet quae his litteris composita est: ut prolatione auditum feriat: ut discerpisse: extorsisse expers: excors. Schemata aspera sunt: quae imperant: ut illud pro Celio. Detur aliquid etati: sit adolescentia liberior: non omnia uoluptatibus denegentur. Item quae cum interrogatione arguunt: ut in quibusdam Philippicis. An potest cognatio ulla prior esse quam patri? Membra breuia & incisiones: hoc est comata esse debent: quo enim breuiora: tanto asperiora sunt. Collocatio & clausula huiusmodi debet esse: ut nullus certus numerus conficiatur: quod erit: si non crebro eos pedes collocamus: qui uersum simul conficere possint: Verum eos qui una positi dura magis quam iocundam reddunt compositionem. Nam qui dactylos anapestis: anapestos palibachis: spondeum pirrichio: proceleumaticos dispondeis coniungit: ac huiusmodi compositione abundat: is asper erit. Praeterea earum uocalium & consonantium concursus: & omnino earum litterarum compositio: quas una uoce efferre non facile queas: hoc est quarum compositio difficilem pronuntiationem facit: asperam reddit orationem: ut in philippicis. Hoc qui non uidet excors: qui quum uidet decernit impius: Verum ut hic litteris exasperauit (Nam numerus praeter spondei cum iambo locationem dignitatis est) Ita in Verrem ad exprimendam sententiam: quum post spondeum bachium inferat numero: durior est: cuius inquit ego causa laboro: & ubi populo gratias agit: carento magis intellexi quam fruendo. Et pro Ligario. Non tu eum patria priuare: qua caret: sed uita uis. Epitritus etiam tertius tunc adhibendus: quum asperam rem duram: indignam: difficilem exprimere uolumus: ut pro M. insidiatori

uero & latroni quae potest inferri indigna nex? **A**crimonia est oratio: qua aequales uel inferiores aperte carpinus: aut his rebus conueniens oratio: cuius sententiae sunt omnes: quibus aut quos diximus redarguuntur: reprehenduntur: increpantur: uel denique uituperantur: aut hi quos ita excogitari auditoribus non ingratum est: ut in Verrem tertio. Haec est istius praecleara tutela. En cui tuos liberos committas: en memoria mortui sodalis: en metus uiuorum: existimationis: quum tibi se tota asia spoliandam ac uexandam tradidisset: quum tibi exposita esset: ad praedandum omnis pamphylia contentus his tam opimis rebus eius non fuisti. Manus a tutela: manus a pupilo: manus a sodalis filio abstinere non potuisti. Iam non te siculi: non oratores: ut dicitur circoueniant: non hi qui decretis edictisque tuis in te concitati infestique sunt: quid expectas: an dum ab iseris ille Maleolus existat: atque abs te officia tutelae: fidelitatis: familiaritatisque efflagitet: ipsum putato adesse homo auarissime & spurcissime: redde bona sodalis filio: siue quae abstulisti atque confessus es. Haec igitur sententiae si sic aperte dicuntur: puram acrimoniam faciunt: sed leniuntur non uicquam ut pro Cn. Planco. O uocem duram atque indignam tua probitate laterensis pater: ut in iudicio capitis: pater ut in dimicatione fortunarum: pater ut apud tales uiros obesse filio debeat. Methodus ut in asperitate clare atque aperte sine his: quae leniunt omnia proferre: raro tamen non lenitam asperitatem inuenies: acrimoniam saepius & iure. Nam quod lenitius dicitur tam apertius: quam saepius adhiberi potest. Dictio acris: quae & aspera: & quae durior quam aspera est. Quare & fingere uerba hic & pronominare licet: uel a uitis uituperando: uel a probitate deridendo: uel a fortuna: uel quouis pacto. Acrimoniae schemata conuersio: interrogatio: demonstratio. Conuersio est quae alicuius rei aut hominis interpellatione dolorem uel indignationem conficit: ut pro Milone. Vos enim iam ego albani: tumuli atque luci. Et prima in Catilinam. O dii immortales ubinam gentium sumus. Haec non semper acris est: idque mihi sic hoc in loco dictum esse uelim: ut ubique intelligatur: quum schema aliquod generis alicuius esse dicitur: non ita dici ut id solum: ac semper conficiat: multa enim & multis conueniunt: quod accidit: uel quia multis modis schemata fieri solent: uel quia uaria uis eis inest. Verum multo acrior ea conuersio est: quae in aduersarium uertitur: quam placet aduersionem appellare: ut pro Plan. Audi atque attende laterensis. Interrogationem hic non dicimus: quae spiritu quodam interrogantis profertur: quauis & ipsa non longe ab acrimonia remota sit: sed ea quae quum enumerata sint: quae obfunt causae aduersariorum: id infert: quod a superioribus improbat. Haec in acrimonia aduersioni coniungi debet: ut in Verre Cicero. Haec tu omnium mortalium profligatissime ac perditissime: quum scires: quum audires: quotidie quum uideret: si sine tuo maximo questu fierent cum

Acrimonia

In Verrem

p. G. planco

Dictio acris

Schemata acrimoniae

Conuersio

p. Milone  
In Catilinam

Aduersio

p. planco

Interrogatio

In Verre



tanto periculo tuo fieri paterere atque concederes? Huius ad aduersariū conuersio tum etiam plurimum uehementiæ possidet: quum uel dilem-  
 mato. i. complexioni uel repetitioni continua interrogantis spiritu pro-  
 lata coniungitur. Demonstratio est quæ hominem uel re quasi præsentē  
 ostendit. Hæc est istius præclara tutela: en cui liberos tuos committas? quod  
 acius propter derisionem uidetur. Neque enim absque acrimonia derisio  
 est. Huiusmodi est illud pro Plan. Communiter in omnes dictum: & in  
 Laterensem intellectum. Ergo hi ferendi sunt: qui queruntur libertatē  
 equitis romani se ferre non posse. Sed iam de membris dicamus: non enim  
 omnia dicere instituiimus: uerum hæc ita aperire: ut facile omnes his ha-  
 bitis: si formarum eloquentiæ curam habebunt: cetera uidere possint.  
 Membra breuia hoc est comata: quæ etiam asperitati conuenire diceban-  
 tur acrimoniæ accommodanda sunt. Maxime autem membris hanc for-  
 mæ efficias: si singula uerba iteruallis distigues: cæsa oratione: quod genus  
 multi inter exornationes enumerant: & articulū appellant: ut pro Plā.  
 De eorum desiderio: luctu: querelis: quotidie aliquid tecum simul au-  
 diebam. Item pro Cor. Balbo. Talis in rempublicam nostrā labor: assiduitas:  
 dimicatio: uirtus digna sumo imperatore. Collocatio: clausula:  
 & numerus similiter fieri hic debent: atque in asperitate dicebatur. Nunc  
 quoniam orationi quæ uere grandis sit: splendor quidam debetur: de il-  
 lustris oratione dicamus: Cui quidem formæ illud dicendi genus oppo-  
 nitur: quod incisum dialecticum uelox: & uere forense appellari potest.  
 Illustris oratio dicitur: quæ magna atque clara compositione his rebus conue-  
 nit: quibus plurimum gloriamur. Sententias igitur splendidas & lucu-  
 lentas arbitramur: quibus qui dicit non parum gaudet: uel quoniam glo-  
 riæ sibi sunt: uel quoniam bene sibi gesta sunt quæ dicuntur: uel quoniam  
 iis rebus auditores exultant: ut pro. P. Sylla. Ego consul quum exerci-  
 tus perditorum ciuium clandestino scelere conflatus crudelissimum: &  
 luctuosissimum exitium patriæ comparasset: quum ad occasum iteritūque  
 rei. P. Catilina in castris: in his autem repletis atque tectis Lætulus esset constitutus  
 meis consiliis: meis laboribus: mei capitis periculis: sine tumultu: sine  
 delectu: sine armis: sine exercitu: quinque hominibus apprehensis atque con-  
 fossis: incensione urbem: interemptione ciues: uastitate Italiam: iteritu  
 Rempu. liberaui. Ego uitam omnium ciuium: statum orbis terræ: urbem  
 hanc denique sedem: omnium nostrum arcem: regnum: ac nationum exte-  
 rarum: lumen gentium: domicilium imperii: quinque hominum demen-  
 tium ac perditorum poena redemi. Methodus est absque aliqua dubita-  
 tione rem efferre: quod artificium ante quod in superiorem sententiā inci-  
 deret: Cicero his uerbis declararat. Maxima inquit uoce ut omnes au-  
 dire possint dico: semperque dicā. Itē si nulla iteriectione sententiæ incidit  
 Itē si aliena ab omni conuersione oratio sit. Diminuit. n. ut iteriectione

Oratio

Demonstratio

plano

De membris

Comata

Articulus

plano

Cor. Balbo

Collocatio

clausula

numerus

illustris oratione

Sylla

Methodus illustris orationis

ita conuersione orationis splendor: ut pro. P. Sylla. O dii immortales: uo-  
 bis enim tribuam quæ nostra sunt: nec enim possum tanto ingenio dare:  
 ut tot res: tantas: tam uarias: tam repentinas in illa turbulentissima te-  
 pestate reip. mea sponte dispensauerim: uos profecto animum meum  
 tum conseruandæ patriæ cupiditate incendistis: uos me ab omnibus exte-  
 ris cogitationibus ad unam salutem reip. contulistis: uos denique in tan-  
 tis tenebris & erroris & inscitiae clarissimum lumen prætulistis menti  
 meæ. Dicitio splendide orationis est omnis: quæ dignitatem efficere pos-  
 sit. Schemata uero quæcunque pulchra sunt: & ampla: ut ablationes: se-  
 perationes: & omnino quæcunque per dissolutionem inducuntur: si longis  
 membris composita sunt: ita splendidam orationem reddunt: ut etiam  
 uigoris multum facile possideant. Nam oratio tunc uigere maxime dici-  
 tur: quum splendoris schemata & membra continent: sed de uigere post.  
 Splendide uero orationi rectitudo obliq. comixta uehementer  
 conuenit: ita ut a rectitudine eaque breui incipiamus: obliq. cetera  
 comittamus. A puro enim sermone: qui rectitudine conficitur eodē sche-  
 mate prolata: splendida oratio in hoc maxime differt: quod illa rectitudie  
 membra perficit: hæc statim obliquat: quod ideo accidit: quod ibi res nuda  
 narrat: hic qualitas quoque rei cum amplificatione accipit. Neque est  
 quicquam ex his rebus: quas splendoris esse diximus: quod hoc genus com-  
 mode conficeret: nisi qualitas simul comprehenderetur. Membra quanto  
 longiora: tanto splendidiora esse solent. Clausulam eam accipiemus: quæ  
 dignitati conuenire dicebatur. Collocatio similiter quæ & dignitatis &  
 trochaica. Nam trocheus ab orationis splendide collocatione alienus  
 non est: dummodo clausula dignitatis sit. Ex his qualisnam splendoris  
 numerus attribui debeat: manifestum est. Vehementia est acris uel aspe-  
 ra oratio sine splendore: huic ex parte sententiarum & methodi: quæ  
 acrimoniæ uel asperitati in ceteris fere omnibus: quæ splendori opposi-  
 ta sunt: huic inquam etiam opponuntur. Sententiæ igitur & methodus: ui-  
 goris & uehementiæ sunt omnes: quæ aut acres: aut asperæ sunt. Dicitio  
 earūdem formarum & splendoris simul: Schemata splendoris & acri-  
 moniæ: cetera omnia splendoris sunt. Quibus ex rebus constat: formam  
 hanc ex acrimonia: uel ex asperitate & splendore compositam esse. Nam  
 si sententiis asperis: aut etiam schematis acrioribus membra & numerus  
 splendoris adicias: hanc quam uehementiam: ac orationis uigorem appellamus:  
 conficies: quam quidem hic quis simplices formas exequamur: ideo po-  
 suimus: quoniam non eo pacto: quo cetera genera: quæ comixta sunt:  
 composita est. Cetera enim ut iam supradictum est: sepe quum concur-  
 rant: non tamen ita excedunt naturam simplicium: ut aliud quid reddere  
 uideantur: sed quod abundat: id elucescit: & seipsum ostentat: ceterisque  
 ita facile dominatur: ut orationis genus ab eo nuncupetur. Hic modo recte

Sylla

Dicitio illustris orationis  
Schemata

Splendide orationis Schema  
puri sermonis dicitur.

Clausula  
collocatio

Vehementia

Sine  
Methodus Vehementie



mixtura facta sit: quibus simplicium natura peritum non lateat: tamen illud quod compositione redditur: nec minus harum rerum expertus alii cui simplicium attribuere auderet: & doctus ut simplicia inesse sentit: sic commixtione ipsorum aliam emeruisse formam: quae & naturam eorum sapiat: & nihil eorum sic plane intelligat. Unde fit quum in ceteris ex simplicibus nominemus: huic diuersum a componentibus nomen accommodatum sit. Ad haec uehementia quasi una simplexque forma caeteris plerumque commisceri solet. Verum ut quae diximus pateant: liberaliter ex oratore exempla mutuemur. Primo in Verrem. putas ne te posse de maximis acerbissimisque rebus quum causas fortiorum fortunisque prouicius populi & grauitatem iudicii: legumque susceperis: tot res: tam graues: tam uarias uoce: memoria: consilio ingenio sustinere? Putas ne te posse quae C. Verres in quaestura: quae in legatione: quae in praetura: quae Romae: quae in Italia: quae in aetolia: Asia: Pamphyliaque peccauerit: ea quae admodum locis temporibusque diuisa sunt: sic criminibus: & oratione distinguere? Putas ne te posse id quod in eiusmodi reo maxime necessarium est facere: ut quae ille libidinosae: quae nefariae: quae crudeliter fecerit: ea quae acerbata uideantur esse: his qui audient: atque illis uisa sunt: qui senserunt. Nam hic omnis compositio illustris est: conuersio acris: repetitioque illustrissima est: exornatio per longiora membra composita illustrior facta est: cui ipsa inest acrimonia propter conuersionis interrogatioem: & quod mirum est perfectis membris: quae totam sententiam absoluunt: incisiones quasdam: & eas per repetitiones & articulos inseruit: quae acrimoniae sunt. Sensus uero uniuersus splendoris est. Valde enim his confidit orator. Quare & immoratus est: & productionem spiritus ter effecit: quae res cum plenissimam orationem reddit: tum auditores uehementer exuscitare solet. Verum quoniam & productio spiritus a uehementia aliena non est: maxime si acrimoniae schematis fit: de ea iam dicamus. Productio spiritus est membris & compositis ad habitum spiritus oratoris immoratione schematis composita comprehensio. Haec quum omni orationis schemate fieri & possit & soleat: duobus solum modis explicatur. Aut enim unam eandemque rem membris & compositis expoliendo dicimus. aut diuersae res diuersis membris & schematis effertur: aut utrunque. Quare primo postremoque modo expolitio semper inerit: quae est quum eandem rem saepe dicimus: & tamen aliud atque aliud dicere uidemur. Prioris modi hoc sit exemplum ex primo in Verrem sumptum. Quae si hanc causam tam idoneam: tam illustrem: tam grauem non haberem: si aut hoc a me seculi non petissent: aut mihi cum siculis causae tantae necessitudinis non intercederent: & hoc: quod facio: reipsum causa facere profiterer: ut homo singulari cupiditate: audacia: scelere praeditus: cuius furta atque flagitia non in Sicilia solum: sed in Aetolia: Asia: Cilicia: Pamphylia

In Verrem. p.

Compositio huius exempli

productio spiritus

Expolitio

In Verrem

Romae: denique ante oculos omnium maxima turpissimaque nossemus me agente in iudicium uocaretur. Quis tandem esset qui meum factum aut consilium posset reprehendere? In quocumque ergo schemate orationis ita immoraris: ut quum redditis longior sit: tum uel maxime composita: incisionesque quaedam & longiora membra connectuntur: quoniam non coquiescit spiritus: sed multitudine rerum: & membrorum uarietate properare ad exitum uidetur. Productionem spiritus: quam graece πρῶτα uocamus dicimus compositis. In qua prout res exposcuntur: cetera quoque schemata: quae illi quod producit subiiciantur: assumere solet Cicero: estque fere hoc productionis proprium: quippe quae plane orationi ualde conueniat: ut in superiore exemplo: quoniam & uehementia & uelocitate opus erat: bis articulum posuit. In eo uero ego consul quum exercitus: septem compositis duas res expoliendo bis repetiit: demum dissoluto per incisionem usus: & illustrem non solum propter productionem: quae non nihil splendoris semper habet: sed tota compositione: & prolixitate primorum membrorum & pulcherrimam repetitione quieta: crebra: & uaria: & demum uelocem breuitate: & dissolutione membrum reddidit. Illud uero non praetermiserim animaduertisse nos Ciceronem ubique fere in productionibus splendidis in ipso ingressu schematis: uel membris acris uti solere: quod ita factitatum ab eo putamus: ut cogi spiritus: & deferris oratio uideatur. Sed haec sufficiant. Non enim omnia compositi: sed radices: quibus cuncta excogitari possint: tradere institimus. Nunc ad reliqua transseamus: quoniam de ceteris partibus: quas magnitudinem orationi conferre dicebamus breuiter dictum est: nunc tempus esse uidetur: ut de circūductione: quae reliqua est: dilucide dicamus. Haec enim unica sola forma est: quae orationem erigit: ac supinam: id est ut graece dicam ὑπέρβια non patitur. Haec etiam omnes: qui oratoris nomine digni sunt: plurimum utuntur: quod quare ita fiat latius dicemus: si prius quid sit: & quomodo fiat cognouerimus. Circūductio est orationis cogeries: quae multitudine rerum in longius compositionem protrahit. Haec forma ut superius dictum est: puro sermone opposita est. Sententiae uero eius maxime sunt: quae de foris aliquid assumunt: ut genus ad speciem: aut infinitum finito: ut pro L. Flacco. Quod si esset aliquando futurum: ut aliquis de L. pernicie cogitaret: nunquam tamen existimaui iudices Decium Laelium optimi uiri filium optima ipsum spe praeditum summae dignitatis eam suscepturum accusationem: quae sceleratorum potius ciuium odio & furori: quam ipsius uirtuti atque institutae adolescentiae conueniret. Infinitum igitur ad finitum assumere: ut hic in persona fit: circūductionis est: quod per omnes circūstantias commodissime fit: ut pro eodem in tempore. Si unquam respu. consilium: grauitatem: & prudentiam: sapientiam: iudicium implorauit: hoc tempore: hoc in tempore implorat. Aut communi quod

πρῶτα

Cicero

Cap. De circūductione

ὑπέρβια

Circūductio

Cap. 2. A.



& maius hoc est totum assumitur ad eam: quæ sub eo continetur partē: cui modo etiam attribuendum: si dignius ad ea: quæ sub eo sunt: contra-berentur hoc pacto. Nulla dubitatio & si patriæ omnia debemus: nos quoque ipsos ei debere: qui autem seipsum debet: eum sua non debere non uerisimile est. Deinde circūductionis est: non nudā & simplicez rē sicut i puro sermone exponere. Sed cū his quæ eā cōsequūt: cōsequūt aut rem gestam: locus: tempus: causa: modus: persona. Personam hi lo-ci: quos demonstratiuos appellamus: in quos hęc ipsa circūstantia no-bis in tertio diuisa est: & ut uno uerbo id totum exprimam: ea qualitas: quæ unicuique circūstantiæ appositā est: consequens atque annexum hic ap-pellamus: quam etiam qualitatem: si pleniorē orationem efficere uo-lumus: non nudam: sed cum amplificatione proferemus: ad hęc si quis non solum ea: quæ facta: uel non facta sunt dicit: sed simul cum his ostē-dat: quid consecuturum oportuit: uel non oportuit: quid consecutū sit: uel utrunque: ut pro L. Flacco. Etenim quibus auctoribus & defensori-bus omnium: tum salus esset non solum ciuium: uerum etiam gentiūz defēsa ac retenta: neminem unquē putauī per eos ipsos periculum huius fortunis: atque insidias creaturum. In eodem. Quum in maximis peri-culis huius urbis atque imperii grauissimo atque acerbissimo reipu. casu sotiō ac adiutore consiliorum periculorumque meorum. L. Flacco eodem a uobis coniugibus liberis uestris: uastitatem a templis: delubris: urbe: Italia depellebam. Sperabam iudices honoris potius. L. Flacci me adiu-torem futurum: quā miseriarum deprecatorē. Huic enim orationi non utrunque solum: quod nouissime diximus: inest: sed persona: res: loca: tē-pora: inserta neque tenuiter uidemus. Postremo si quod aduersatur: cui aduersatur inehēret: ut pro M. Et si uereor iudices ne turpe sit: pro for-tissimo uiro dicere incipientem timere: minimeque deceat: quum C. T. Annii ipse magis de reipu. salute: quā de sua perturbetur: me ad eius causam parem animi magnitudinem afferre non posse: tamē hęc noui iudicii noua forma terret oculos. Circūductionis methodus postpositio rerum: quæ fit: quum ea: quæ natura rerum præcedunt: postea inferuntur quæ rerum ordinē cōsequi uidentur: prius occupantur. Huius methodi est ratioēs ppositiōibus antepone: aut alio quodam mō partium argu-mentiōis ordinem artificiose cōturbare. Item ea quæ fidem faciunt rebz cōfirmandis implicare. Mirum enim i modum ei cōcrefcit oratio: qui quæ pbant rebus exponendis inserit. Dictiōem circūductionis ppriam esse nō cenleo. Nam quum eius uis tota in sentētiis methodos: & sche-matis cōsideretur: nō magis hęc quā illa dictio eam efficit. Quare nullū inueniri uerbum putamus: quod aut alienum: aut pprium circūductionis sit. Quod quum ita sit: illa magis sumemus: quæ eius formæ sunt: quaz cū circūductione pmere uolumus. Schemata circūductionis esse putamz:

p. L. Flacco

p. Milone

Methodus circūductionis

Disco

Schemata

quæcunq; huiusmodi sunt: ut nō simplici quodam cōtextu oratiōis ani-mum auditoris quietum reddant: sed suspendant: atque de uno aliud ex-pectare cogant: cuiusmodi sunt enumeratio: ordinatio: electio: cōsecu-tio: subcōtinuatio: redditio: partitio: cōditio cū partitiōe: ablatio inferēs copulatio dirimens: cōuolutio: iniectio. Enumeratio est oratio: in qua quæ breuiter explicaturi sumus: certo prius numero colligimus. Cicero in Philippicis. Duo modo hęc opto: unum: ut moriens Populū Ro. liberum relinquam: alterum: ut ita unicuique eueniat: ut de re quisque me-reatur. Verum hęc elegantiz magis est. Nam & si omnis enumeratio utrūque faciat: quæ & animum auditoris dociliorem reddat: & rerum expe-ctatione suspendat: breuior tamen ad unum: longior ad alterum genus Propensior est illa pro P. Q. circūductionis. Ego hęc duo quero: primū qua ratione Neuius susceptum negocium non transegerit: hoc est cur bona: quæ ex edicto possidebat: nō uendiderit. deinde cur ex tot credito-ribus aliis ad istam rationem nemo accesserit. Hęc cum ordinatiōe nisi redditio lōgius remoueat: elegantiam faciunt: per incisōes absoluta tenue genus cōficiunt. Lōgiora si sunt: etiam si resumam circūducunt. Neque enim ut circūductionis uim auferat: sed ne i obscurum circūductio decidat: quod ab omni oratiōe alienum esse debet: resumptio inferi so-let: sed ordinatiōe multo magis enumeratio circūducit. Nam hic sim-pliciter: dupliciter ibi circūducimus: quorum primum a sententiis huius generis nō abhorret. Electio est quā & si alicuius gratia maxime quicquid faciendum arbitramur: tamen & propter aliud suscipiendum ostēdimz ut p. L. Cor. Balbo. Atque ego sic statuo iudices in hac causa atque exercita-tiōe dicendi a me locum pietatis potius quā defensiōis: querelam potius quā eloquentiam: doloris potius quā ingenii partes esse susceptas. Cōsecu-tiōez esse dicimz quū ab eo incipit oratio casu: qui ad uerbū nō reddit hoc pacto. Iudiciis corruptis nihil amplius relinquatur in repu. Iudices quod iniquitatis cōsilia cōprimere possit. Subcōtinuatiōem appellamz quum particula quadam oratiōis pposita lōgior uerborum series cō-textitur. Redditiōem nominamus: quum oratio his dictiōibus circū-ducitur: quarum una ad alteram refertur: ut tantum quantum: adeo ut: is qui. Partitio si breuior uelocitatis ē: lōgior circūducit: & si duplicatur decoram quoque facit oratiōem: plenam etiam: quū uel sibi ipsi: uel aliis inseritur: uel cōsequitur. Verum quoniam plene oratiōis mentiōem fecimus: de ea paulo latius disseramus. Plena oratio est quum circūdu-ctio in oratiōe multiplicatur. Hoc fit quū schemata: quæ circūductionem faciunt: aut per insertiōem: aut per subsecutiōem sibi ipsis: uel aliis: aut immiscentur: aut cōiunguntur. Nam huiusmodi schematum multipli-catio adeo plenam: & quodammodo foecundam facit oratiōem: ut oratio circūductione circūducta esse uideatur. Qua in re non parum curare

Enumeratio

Ordinatio

Electio

Cōsecutio

Subcōtinuatio

redditio

partitio

Schemata  
 Enumeratio  
 ordinatio  
 electio  
 cōsecutio  
 subcōtinuatio  
 redditio  
 partitio  
 cōditio cū partitio  
 ablatio  
 Compulatio  
 iniectio.

G. m. p. h. i.  
 p. r. s.

p. p. q.

p. L. Cor. Balbo

plena oratio



Cicero . p . Cluentio

Comixtio triū schematū  
p. rōnis  
p. cōmunitō  
p. rōnis

p . A . Cecina

Ablatio inferens

debet orator: ne quid perturbate: ne quid obscure dicat. Mibi quidem haud paruum orationis copiam is adeptus uidetur: qui quum uelit (uollet autem quum res postulat) ita plena oratione utatur: ut dilucide simul ac clare omnia disserat. Subcontinuationi partitio in hoc exemplo inferitur. Cicero pro Cluentio. Sed quum consydero quomodo mibi in utraq; re sit elaborandum: altera pars est ea: quę propria ē iudicii nostri ut ultimę ueneficii quęstionis: quę mibi breuis & non magnę in dicendo contentionis fore uidetur: altera autem quę procul a iudiciis remota est: quę concionibus sediciose concitatis accommodatior est: quę tranquillis moderatisq; iudiciis. Perspicio quātum in agendo hęc oratio etiam insertionem redditionis in utroq; partitionis membro plenior uidetur. Nam & si redditio huiusmodi propter breuitatem non circūducitur: tamen aliis inserta quoniam ea longiora reddit: plenam facit orationem. Quare breuiora schemata: quę sola non circūducerentur: idcirco inferi putandum est: ut ea quibus inferuntur circūducant: quod in superiore exemplo perspicere licet. Redditio subcontinuationi pro. A. Cecina. Si quantum in agro locisq; desertis audacia potest: tantum in foro atq; in iudiciis impudentia ualeret: non minus in causa cederet Aulus Ce. Sexti ob. impudentię: quantum in ui facienda cessit audacię. Rationes quoq; si inferuntur: plenam faciunt orationem: minus si subsequuntur: ut pro eodem. Qua in re si mibi esset unus A. Ce. causa agēda profiterer satis idoneum esse me defensorem: propterea qđ fidem meam diligentiaq; prestarem: quę quum sint in auctore: causę nihil est in re presertim aperta ac simplici: qđ excedēs ingenium requiratur: sed quū de eo iure mihi dicendum sit: quod pertineat ad omnes: quod constitutum sit a maioribus: conseruatum usq; ad hoc tempus: quo sublato non solum pars aliqua iuris diminuta: sed etiam uis ea: quę maxime iuri est aduersaria iudicio confirmata esse uideatur. Video summi ingenii causam esse: nō uti demonstraretur quod ante oculos est: sed ne si quis uobis error ī tāta re sit subiectus: omnes me potius arbitrarentur causę: quę uos religiōi uestre defuisse. Huiusmodi orationi nescio si quid plenius inueniri possit. Tria enim hęc maxime amplitudini aptissima sunt. Ablatio inferens: dirimens copulatio: & opposita oratio: quę si non oppositum ad quod fugit: inferre uidetur: solam oppositionis compositionē: non uim possidet. Nam quum in omnibus his diuersi uideantur sensus ad unā orationem concurrere: ac in utroq; multa inferi ac subsequi possint: fugere neminem potest quę in amplum crescat oratio: presertim quum redditionem: & quidem cum immoratione: dirimentemq; copulationem inferi: inferentem ablationem subsequi in exemplo superiore perspiciat: quę si quis hęc ipsa inter se aliisq; compluribus iungere uoluerit: is si obscuritatem: & satietatem euitare potuerit: grauissimum dicendi genus & hi

storię maxime idoneum solus inueniet. Vex omnia ostendere sibiipsis & aliis inferi: uel subiungi cum longum: tum non necessarium uidetur. Nam si quis circūductionem: ac schemata eius cognoscit tam simpliciter quę in se ipsam inuolutam comprehendet: neque labor erit exēpla uniuscuiusq; modi reperire. Nam quum nulla sit forma: qua magis oratores abundant: si ubiuis Ciceronē legeris: circūductionis & simplicis & plenę succurrent exempla: cuius rei orationem breuiter reddamus. Nihil unq; oratoris magis proprium inueniri poterit: quod ad elocutionem pertineat: quę magna & ornata uti ratione: quę res facit ut ea dicendi forma utatur: quę & amplissimam orationem reddat: & omnibus rebus facile conueniat. At cętera dicendi genera: quę grandem orationem efficiunt: quibusdam sibi subiectis rebus attribui docuim. Circūductio sola tam diuinis: quę humanis: ita si in minores inueheris: quę admodū si maiores exagites: tā si de te: quę si de aliis loquaris: & ut cuncta paucis complectamur: quibuscunq; rebus: personis: locis: causis non minus accommodari potest: quę singulę formarum suis sententiis. Quare fit ut quum grandem orationem ubiq; fere consequi uelit orator: cęteris raro rarius enim id accidit: quod angustis includitur finibus sepius circūductione: quę late pateat: orationem augeat. Pręterea cęteris grandiloqui modis una semper orationi redditur amplitudo. Hac sola uel ad astra: si ita uelis: plenitudine tibi concrefcit oratio. Neque enim solum aliae huic insertę mirum in modum exaugent. Nam hoc quidem omnibus usu contingere solet: sed ipsa etiam ita sibiipsi cōuoluitur: ut quum nō minus commode cęteris: quę sibiipsi coniungatur: singularem: ac pene diuinam orationem efficiat. Quę si non extollere: sed mediocriter eleuare uelis orationem: aut si tantum ne supina sit efficere coneris: multo facilius hac quę cęteris id acquires. Quare quū cęterę nō ita late pateāt: ut ista latissime: & illis quidem plerūq; hac autem ubiq; nisi quum puro sermone opus est: ferme utendum est. Nam & ad infinitum extenuatur contractione: & nihil adeo magnum est: quod amplitudine non exuperet. Nullus pene orationis locus aut breuissimus hoc uario uehemēter: & latissimo dicendi genere omnino priuatus apud bonos quidem oratores inuenitur: nec iniuria: quum pro amplitudine sua rebus quibuscūq; subiectis facile accommodetur. Sed unde egressi sumus regrediamur. Ablatio inferens est oratio: qua quum unum tollitur: aliud inferitur: & non circūductionem solum: sed multo magis pulchritudinem facit: uerum illud complicatione orationis: hoc duplici repetitiōe fieri putam. Cicero in Catilinam. Non est ista mea quiritis: sed temporū. Dirimens copulatio est quum duobus quibusdam propositis: quorum alterum altero magis uideatur: non hoc solum: sed illud quoq; magis consequi ostendimus: ut Cicero ea in oratione: qua populo. ro. reditu suo gratias

Amplitudo

Ablatio inferens

Cicero . in Catilina

Copulatio diuines

Cicero . p . reddunt



Conuolutio

Cicero ad Curionem. h. 2.  
ep. 14

Iniectio  
parentesis

In p. Clodium

Continuatio

C. p. Milone

Circuitus  
Ambitus  
productio  
Continuatio

agit. Non solum inquit mihi calamitatem detraxeritis: sed etiam dignitatem auxisse uideamini. **C**onuolutio est oratio ita uerbis composita: ut tota in se contineri uideatur: neque eius pars aliqua comprehendi possit: nisi si totam absolueris: hec & rotunda & pulchra facit orationem. **C**ircuductio uero quatinus omnia inter se membra adeo complicantur: ut nullum sine aliis intelligi possit: & in unius membri corpus conuenire uideantur. Cicero in epistola ad Curionem. Te rogo ut memineris quatenus tibi accessiones fient: & fortunae & dignitatis: eas te non potuisse consequi: nisi meis puer olim fidelissimus atque amantissimus consiliis paruis. Item si hoc statueris quarum laudum gloriam adamaris: quibus artibus hae laudes comparantur: in his esse elaborandum. **I**niectio est quum orationis contextus alterius orationis interpositione inciditur. Hec quanto breuior: tanto uelocior est: quanto longior: tanto circuductior: quum uis neutro utrobique careat: nisi quum in duriciem propter prolixitatem cadit: ut in P. Clodium. O quinte Catule (patrem ne appellem: an filium? Recentior enim memoria est: & cum rebus meis gestis conuoluit) tantum ne sefellit: quum mihi summa & quotidie maiora praemia in re publica fore putabas. Item quid si quis similis istius (neque enim iam deerit: qui imitari uelint aliquem mei dissimilem) cui respublica non tantum debeat per uim afflixerit. **N**unc si de continuatione dixeris: quae sola ex comprehensione reliqua sunt: ad sequentes formas transeam. Neque enim omnia inquirimus: sed multa: quum rei naturam intelligi posse his quae dicta sunt putauerimus: sponte praetermittimus. **C**ontinuatio est orationis membrorum innexione absque uia aliqua longior compositio: ut pro Milone. Etsi uereor iudices: ne turpe sit pro fortissimo uiro dicere incipientem timere: minimeque deceat: quum M. T. A. ipse magis de re publica salute: quam de sua conturbetur: me ad eius causam parem animi magnitudinem afferre non posse: tamen haec noui iudicii noua forma terret oculos: qui quocumque inciderint ueterem consuetudinem fori: & pristinum morem iudiciorum minime uident. **H**ec ergo quattuor circuitus: ambitus: productio spiritus: continuatio in comprehensione conueniunt & a circuductione aliena non sunt. **V**erum circuitus uia quadam tam re: quam membra colligit: rotundaeque explicat. Neque quattuor membrorum numerum: quae inter se referantur excedere potest. **D**issoluitur enim orationis uis exaggeratione membrorum: neque breuiter se expedire potest: quod circuitus proprium est. **R**eliqua tria tam ipsorum membrorum confusione: ordine ac longitudine: quam totius compositionis prolixitate in immensum crescere possunt: sed ambitus magis & uerba & sensum colligit: sitque nonnunquam: ut ita inter se inuicem aliis alia membra reddatur: ut sola multitudine ac inaequalitate membrorum a uia circuitus decidat: in quo non solum pene paria esse membra debent: sed nec nimis longa: si

quis uelit uia rotunde ac proprie circuitum componere. **C**ontinuatio sensum quidem continet: sed nulla compositionis uia. **Q**uare & in membris licentior est: quae res me facit: ut ambitum inter circuitum & continuationem ponere non dubitem. **P**roductio nobilem membrorum uarietatem desiderat: & immorationem in schemate. **Q**uasobres quum omnis comprehensio continuationem habeat: quae aut in rebus: aut in membris: aut in utrisque: aut in commoratione schematis consideretur: primum circuitum: alterum continuationem: tertium ambitum: quartum productionem spiritus nuncupamus: neque haec ad unguem redigimus. **N**am & rerum relatio uerba quoque coniungit: & uerborum connexio sensum colligit. **V**erum id perspicendum putamus: quod alterum inducat. **C**onnexionem igitur quadam: & immorationem in rebus: uel in membris differunt. **P**raeterea multitudine: uel paucitate: prolixitate: uel contractione: uarietate atque relatione. **Q**uare fit: ut quum omnia semper circuducant: productio uehementis maxime accommodata sit. **C**ontinuatio circuductioni: ambitus & circuitus splendori: quae tamen mutari mutatione schematum consueuerunt. **N**am siue modos quosdam: siue figuras & schemata haec dicere oporteat: tamen quum schemata & membra: eorumque consequentia suscipiant: diuersitatem eorum in diuersa genera transire necesse est. **S**ed de circuductione nunc satis. **N**am membra quoque membris coniuncta sunt: propria ei non inuenies. **N**eque enim hic magis quam ille numerus: aut collocatio: aut clausula: aut membra circuductioni congruunt. **I**taque non ut ceterae formae certum aliquid in his amplectitur: sed suum est quae cuncta posse suscipere. **O**rationi clarae & grandi pulchritudinem quandam inesse necesse est: sine qua magnitudo nobis & exaiguus: & arida prorumpet: haec & in unaquaque forma & in compositione omnium considerari potest. **N**am quum sit omnis rei pulchritudo conuenientia decens omnium membrorum inter se: hoc tam in singulis formis inter sententiarum: uerborum: schematum: numerorum: ceterorumque huiusmodi comparisonem inuenitur: quam in compositis: quibus boni auctores utuntur. **E**tenim qui claram: magnificam: uelocemque simul orationem sibi optant fieri: haec omnia sibiipsis ita congruant necesse est: ut compositione ipsorum: quasi corpus unum: & quidem pulchrum: non siccum: sed sanguinis plenum: coloreque perfusum constituatur. **Q**uare fit ut & si clara: uel magna: uel uelox dicatur oratio: tamen quum & aliarum tantum contineat: quantum oportet: & ut oportet: harum compositione decenti: pulchra etiam & uenusta sit: qualitateque quandam compositionis transfundat: quam pulchritudinem: &  $\chi\rho\omega\mu\alpha$  quidam  $\lambda\omicron\gamma\omicron\upsilon\upsilon$ : hoc est colorem orationis uocant: quam quidem pulchritudinem & ad grauitatem pertinere: & praecipis contineri non arbitramur. **A**lia est pulchritudo: quae uerbis & his: quae ad uerba consequuntur constat. **E**a est

Circuitus in rebus  
Continuatio in membris  
Ambitus in uarietate  
productio in commoratione

productio uehementis  
Continuatio circuductioni  
Ambitus Splendori  
Circuitus

pulchritudo  
pulchritudinis forma

$\chi\rho\omega\mu\alpha$   $\lambda\omicron\gamma\omicron\upsilon\upsilon$



Dictio pulchritudinis

Schemata pulchra

Repetitio

p. pom. pro

p. M. Marcello

p. pom.

orationis ornatus atq; uenustas a magnitudine minime aliena: cuius sententia atq; methodus nulla est. Dicitio omnis quae puritati conuenit: & translata: non aspera neque dura: sed suauis & iocunda: & paucis syllabis constat. Nam polysyllabae dictiones: si frequenter constipantur: pulchritudinem orationis pondere suffocant. Schemata pulchra sunt: repetitiones conuersiones: reuersiones: gradationes: traductiones: membra: disiunctiones: transgressiones: circuitiones: coniugatae partitiones: inuouationes: per negationem: affirmatio: conuolutio. Repetitio est quam continenter ab uno eodemque uerbo plurimum membrorum principia sumuntur: ut pro Pom. proficiendo. Non avaritia ab instituto cursu ad praedam aliquam deuocauit: non libido ad uoluptatem: non amoenitas ad delectationem: non nobilitas urbis ad cognitionem: non denique labor ipse ad quietem. Repetitione nescio si quid pulchrius unquam ac ornatum possit inueniri. Schemata poterit: quippe quae ita pulchra est: ut & roboris plurimum habeat. Quare nullam orationis exornationem inuenies: quam crebrius liceat uti: aut quae tam uariis dicendi generibus congruat: nam si uno uerbo demum concluditur: uelocitatem facit: ut si dicas. Non ad praedam aliquam avaritia: non ad uoluptatem libido: non ad delectationem amoenitas: non denique urbis nobilitas ad cognitionem deuocauit. Huic si interrogati onem addideris: & acer eris ut pro M. Marcello. Quis enim est illo aut nobilitate: aut probitate: aut optimarum artium studio: aut innocentia: aut ullo laudis genere praestantior: Si & conuersionem acrior. Si multa iter se confundas: & plenissima & pulcherrima erit oratio: ita fit: ut quam per se pulchra sit: ad eorum etiam schematum uim accedat: quibus coniungitur: quod & aliis usu euenire scio: sed neque tam multis: neque his tam commode inferi solent. Venustas uero sua tum maxime apparet: quam membris uenustis atque absolutis effertur: quod fit si aut antecedit: aut in singulis uerbum est: ut pro Pom. Testis est Italia: quam ille ipse uictor. L. Sylla huius uirtute atque subsidio confessus est liberatam. Testis est Sicilia: quam multis undique circumtactam periculis non terrore belli: sed celeritate consilii explicauit. Testis est Africa quae magnis obsessa hostium copiis: eorum ipsorum sanguine redundauit. Hac nihil pulchrius aut maiore dignitate plenius: si dupliciter effertur: ut illud Ciceronis. Maiores nostri sepius mercatoribus: atque nauicatoribus iniuriosius tractatis bella gesserunt. Vos ciuium Romanorum tot millibus uno nuntio atque uno tempore necatis: quo tandem animo esse debetis? Legati erant: qui appellati superbius Corinthum patres nostri totius graeciae lumen extinctum esse noluerunt. Vos eum regem inultum esse patiemi ni: qui legatum populi Rom. consularem uirum uinculis: ac uerberibus: atque omni supplicio excruciatum necauit: illi libertatem ciuium Rom. imminutam non tulerunt: uos uitam ereptam negligitis: ius legatiouis

uerbo uiolatum illi persecuti sunt: uos legatum omni supplicio interfectum relinquetis? Nam & si aliquantulum celauerit: tamen duplicis repetitionis uis inest: & nimia suauitas: quae grauitatem opprimeret: & praemeditationem ostenderet: sublata est. Ad haec pulchritudo eius seruatur: & uehementia secundi membri uerbo ubique seruato non parua ex collatione conficitur. Conuersio est quum continenter ad unum atque idem uerbum plura membra exeunt. Haec si in longius efferatur: iocunda potius est: ut pro M. Marcello. De uobis: quos in re publica saluos esse uoluisti quotiens cogitabis: totiens de tuis maximis beneficiis: totiens de incredibili liberalitate: totiens de singulari sapientia cogitabis. Nam hic quae puerili quadam festiuitate iocunda esset oratio: si omnibus membris uerbum redderetur: neminem latere arbitror. Reuersio est quum antecedentis membri exitum consequentis initium facimus: ut illud in iudicio confirmata esse uideatur. Video summi ingenii. hoc & in uno membro fit: ut totiens de incredibili liberalitate cogitabis: & pro Pom. Non mea me uoluntas: & P. Clodii impudicam impudicitiam: uerum hoc uerum rerum etiam uehementer amplum est. Quare minime negauerim omnium quae in elocutione dicuntur duplicem esse uim: unam quam natura sui possident: alteram quam alia aliis imponunt. Gradatio est: quam consequentia membra ab eisdem uerbis casu mutatis oriuntur: quibus antecedentia clauduntur: hoc pacto. Africano uirtus gloria: gloria emulos: emuli mortem preparauerunt. Et pro Archia. Sic eius aduentus celebratur: ut famam ingenii expectatio hominis: expectationem ipsius aduentus admiratio quoque superaret. Traductio est quum idem uerbum sepius positum non modo non ostendit animum: sed concinienter orationem reddit: hoc modo. Eum tu hominem appellas: qui si fuisset homo non tam inique humanitatis studiosos persequeretur? Membrum est schema: quum duo uel plura membra inter se copulata proferuntur: sic. Scipionis uirtus & reipublicae profuit: & hostibus terrori fuit: & sibi eternum cognomen peperit. Hoc si longius est: circūducit magis: si in uno membro per adiunctionem fit: neque gratia caret: & ampliorem reddit orationem: ut illud in oratione de prouinciis discernendis. Quum me & uestra dignitas: & frequentia equitum romanorum. Disiunctio est quam eorum quae dicuntur unum quodque certo concluditur uerbo: ut pro Archia. Erat temporibus illis iocundus Metello illi numidico: & eius pio filio. Audiebat a. M. Aemilio: uiuebat cum. Q. Catulo & patre & filio: a L. Crasso colebatur. Transgressio est quae uerborum perturbat ordinem peruersione: aut traiectione: uerum peruersio non huius: sed fucatae magis atque simulate pulchritudinis est. Festiuitatem enim ac iocunditatem orationis concitat non minima: quare rarius adhibenda. Traiectio est quae ut uerba in numerum extruat: ea ita disiungit: ut obscuritatem fugiat: pulchritudinem

Conuersio

Ci. p. M. Marcello

Reuersio

Gradatio

Ci. p. Archia

Traductio

Membrum

Ci. de prouincijs discernendis

Disiunctio

p. Archia

Transgressio

Traiectio



In p. Clodium

Circuitio

partitio

stia

Innotatio

Virgilius

hactenus de figuris

Membra pulchra

Collocatio

Litterarum concursus

Varietas in pulchritudine

oratio consequatur: ut in P. Clodium. Id sperasti rempublicam non diutius quam quoad mecum simul expulsa careret his moenibus esse latu- ram. Hec ut si commoda est in numerum perpolitissime uerba struere uidetur: sic quum sit incommoda duriores orationem. Circuitio est quum simplicem rem: & si unico uerbo potest dici: multis tamen uerbis circumscribimus: ut Scipionis prouidentia: Aeneae pietas: pro Scipione & Aeneae. Partitio coniugata est: quum in unoquoque uel saltem in altero partitionis membro integra adhibetur partitio: festiuor illa superior: haec posterior non inuocanda: ut pro Archia. Nactus est primum consules eos quorum alter res ad scribendum maximas: alter quum res gestas: tum etiam studium atque aures adhibere posset. Innotatio est ut non communis & celebrata ita decora: & figurata constructio uerborum: ut pars calidos latices: & aena undantia flammis Expediunt: diuellimur inde Iphitus & pelias mecum. Horum apud poetas licentior usus: apud quos nonnulla etiam ita frequentata sunt: ut noue dici non uideantur. Illud pulcherrimum innotiationis genus: in quo diuersa sermonis forma coniungitur: ut Virgilius in tertio. Sotii tunc arma capessant Edico: & dira bellum cum gente gerendum. Innotiatione nisi rarius utaris: nec innotatio schema: nec tu in dicendo pulcher magis quam fastidiosus uideberis. Ex negationibus affirmatio: ut nonnulli hominum: ne parum multas pecunias consequantur uirtutem negligunt. Verum de schematis satis. Omnia enim rimari & dicere non magis laboriosum nobis: quam legentibus fastidiosum putamus: praesertim quum ex his: quae dicta sunt: haec forma nobis perpolitata reddatur: deinceps de ceteris agendum. Membra pulchra sunt quaecumque longiora sunt: breuiora uero ab hoc genere aliena ducimus: nisi sic se habeant: ut unum ab altero dependeat. Hoc enim modo si multis & breuioribus membris continetur oratio: haud pulchra esse non potest. Collocatio concursu uocalium abhorret: stipari undique consonantibus desiderat: neque crebro in eadem oratione una eademque consonans adhibenda est. Nam ut satietate nihil fastidiosius aurium sensui maxime: qui delicatissimus est: sic uarietate nihil iocundius. Quare qui ita dixit: O tite tute tati tibi tanta tyrane tulisti: non squallidam solum: uerum etiam obscuram orationem reddit. Eiusdem etiam uerbi in eadem oratione crebra iteratio: nisi res postulat euitanda est. Ad haec animaduertendum: ne de uerbo ad uerbum durus & asper sit transitus: quod ratione potius litterarum: quam aurium iudicio in initio exercitationis consequi debemus. Nam omnino auribus confidere nisi te recte exerceueris: stultum esse illi ostendunt: qui quum in dicendo etatem consumpserint suam: nihil tamen dicunt: quod pulchre locatum sit: quis in ea re plurimum elaborent. Ad summum in pulchritudine: si cui ea res maxime curae est: uarietas summa habeatur: quam & si in numero: clausula: & metodo consequatur.

licet: membris tamen ac schematis maxime uariis esse poteris: in rebus etiam summa erit uarietas. Non enim diuersa solum ex tam infinita uerborum copia licet accipere: sed eadem quoque imutare. Variam ergo reddunt orationem uerba: si uariis casibus: generibus: specie: figura: tempore: coniugationibus: modis: personis: numeris: Item numero syllabarum: productione: exitu: aspiratione: accentu: & quae huiusmodi sunt. Proferuntur: ut si polysyllabae dictiones eas quae paucioribus syllabis constant: excipiant: & si quae breuiores sunt: uel tempore: uel syllabarum numero longioribus interponantur: similiter si ab hoc casu ad illum: ab illo uerborum modo ad alium transuolet oratio: neque modos solum & tempora: sed coniugationes simul in diuersis quare fieri potest: commutet: clausula pendula sit. Ea enim pulchritudini conuenit: quae & in pendula uarietatis ratione nonnunquam adhiberi possit. Numerus his pedibus constare debet: qui dignitati conueniunt: quos quidem ita confluere atque abundare in pulchritudine debere arbitramur: ut aduersus numerum oratio rapi uideatur: non tamen uersum effici uolumus. Nam hoc uitio datum est: sed magis ad uersum accedat compositio: quam si in aliis dicendi generibus: praeterquam in iocundo uersaretur. Quare licebit si natura rerum patitur. Ea enim semper praeposenda uarie ad numerum eorum uersuum compositionem trahere: qui a pedibus dignitatis nomen accipiunt. Verum de pulchritudine satis: nunc ad celeritatem transeamus. Nam oratio grandis: pulchra & clara: nisi sic moueatur: ut se expediat: tarda quaedam & immobilis uidebitur: quare de celeritate dicendum: cui supinum genus: quod fugiendum est opponi putamus. Velocitas est dicendi uis: quae mobilem orationem reddit: ea ceteris omnibus sententia solum excepta confici potest: nisi quis acutas sententias: de quibus post dicitur huius esse generis dicat. Artificium totum fere incisione compositionis constat. Incisio in schematis ac membris maxime: praeterea in locatione & numero consideratur: sed de incisione paulo post. Nunc ea de artificio dicamus: quod & si ab incisione non absit: non tamen quia orationem cedit: ideo celeritatis proprium: sed quia celeritatis est: ideo cedit. Id est quum breui obiectioni breuiter respondetur: quod maxime naturam huius generis aperit: quum continenter occupatur: ut Cicero de prouin. Consularibus. An reditus in patriam habet aliquam offensionem: utrum apud populum: a quo missus est: an apud Senatum: a quo ornatus: an dies auget eius desiderium: an magis obliuionem: ac laurea illa magnis periculis parta amittit longo interuallo uiriditatem. Huius methodi est interrogantis spiritu plura breuiter efferre membra: quibus siue diuersa: siue eadem amplificando contineantur: una solutio adduci potest: quae & si quoniam res clara esset praetermitteretur: celeritati tamen impedimento non est. Cicero pro Clu. Num igitur hoc tempore causa mutata est: nunc

Numerus pulchritudinis

hactenus de pulchritudine

Celeritas

Velocitas

Cicero de prouinis con

Cicero pro Cluentio



Schemata celeritatis

Incisio

Immortatio

Interpretatio

In Catilinā  
In p. Clo.

Excitatio

Locatio

Clausula

alia res: alia ratio illius iudicii: alia natura illius negotii nunc est: ac tum fuit: Schematum quae in hoc genere accipiuntur: alia sponte sua uelocia sunt: alia huiusmodi sunt: ut per se quidem uelocia non sint: sed quum tarditatem illam ignauam orationis per fuscitationem: ac subcontinuationem tollant: uelocia dicuntur. Haec sunt aduersio: breuis iniectio: subcontinuatione: quae celeritati sic necessaria sunt: sicut puritati elegantia. Nam ibi obscuritas elegantia: hic supinatio his schematis expellitur. nunc de incisio: quae celeritati propria est: breuiter dicatur. Incisio est oratio crebris interuallis crebraque respiratio prolata. Incisio quae schemate fit uel pro multitudine rerum diuidit orationem: uel quum unum dicit: plura dicere uidetur. Prioris generis sunt partitio breuis: redditio breuis. Nam haec ut cetera fere omnia circūductionis schemata commatis edita uelocitatem magis quam circūductionem efficiunt: & enim ea est membrorum natura: ut diuersa eisdem schematis accommodata trahant potius schemata: quam trahantur: quod non ideo accidere rati sumus: quod maiorem uim membra in dicendo habeant: quam in celeritate plurimum omnium possint. Verum quoniam haec stabiliora atque duriora: quae facile naturam suam relinquere non possunt: Schemata quum sint teneriora: quasi contra huc atque illuc flectuntur. At haec quidem & incidunt & uidentur: incidunt uero quum non uideantur obliquatio & conuolutio. Velox genus uidetur: & non est: quum ita unum dicitur: ut aliud atque aliud incisio orationis dici uideatur. Hoc genere in augenda re commode utimur. Immortatio enim fit: quae ad efferendam rem semper necessaria est: & re quidem circūducti: specie autem ueloces uidemur: neque uerebor circūductioni uelocitatem in hoc opponi asserere: quod breui completi plura huius: in eodem immortalari illius proprium sit. Interpretatio etiam schema huius est: quae fit quum uerba dicta commatis commutamus aliis uerbis: quae idem ualeant: ut illud. Rempu. radicitus euertisti: ciuitatem funditus deiecasti. Dissolutio uero commatica: & repetitio & articulus: quumuis semper incidere uideatur: tamen hoc semper non faciunt: ut illud in Catilinam. Abiit: excessit: euasit: erupit. Interrogatio quoque & excitatio uelocitatem faciunt: & maxime si coniunguntur: ut in P. Clo. Tatum ne fefellit quum mihi summa & maiora praemia in repu. fore putabas. Est autem excitatio quum & nos commoti dicere uidemur: & auditoris animum uehementer commouemus. Membra quanto breuiora: tanto uelociora sunt. Locatio concursum uitet: asper enim & tardus hiatus est: eas etiam consonantes non coniungat: quae asperum de uerbo ad uerbum transitum faciunt: Pronuntiationis enim difficultas tarditatis speciem asserere solet. Clausula quum pendula sit in trocheum exeat. Numerus trochaico uersu accedat: quod tragici maxime ostendunt: qui quum nuntium afferunt celerem: trocheis abundant. Quonia de celeri oratione breuiter

dictum est: sequi nunc uidetur ut de morata dicamus. Non enim minus ceteris ne magis dicam oratori utilis est: quippe quae maxime faciat: ut non praemeditatione: sed ex tempore omnia nobis adhiberi uideantur. Nam quod ita dicitur: ut eius ipsius qui dicit: aut illius: de quo dicit moris ipso dicendi genere: atque affectionem animi denudet: simul neque excogitatum uidetur: & auditoris animum illabitur. Moratam igitur orationem duplicem esse arbitramur: una est quae subiectis personis idoneam dicendi formam accommodat: ut tyranno crudeli ostentatori pecuniarum auaro: & aliis quorum animi affectionem dicendo exprimendam putamus: qua ex re orationem moratam siue affectam appellamus: quod genus multi sermocinationem: notationem: conformationemque: quas sententiarum exornationes esse uolunt: appellare solent. Quae ita differre inter se arbitrantur: ut in notatione alicuius natura certis signis: quasi notis quibusdam describatur: in sermocinatione ac conformatione oratio ad dignitatem accommodata eloquenti: uel mutae rei attribuitur. Nos totum hoc genus conformationem appellamus: & grauitati attribuimus. Neque enim uno atque simplici genere constat: neque eisdem semper conficitur: sed pro natura rerum aliis atque aliis componi solet. Altera est: quae si eius qui dicit: qualisnam animus sit: fere perspicitur: simplicioribus tamen constat formis: quas quattuor esse putamus: Tenuitatem: iocunditatem: acuitatem: & modestum sermonem. Nam iracundae orationis: superbae timidae ac huiusmodi: compositionem considerare: quum multis id conficiatur formis ad grauitatem: ut diximus: pertinet. Tenuitas est infimus quidam ac ita minutus sermo: ut puerorum potius quam uiuorum esse uideatur: eius sententiae sunt purae communiore: & inferiores: & ipsae purae: non tamen omnes: sed humiliores. Nam tenues omnes puras dicere possumus: non e contra. Exceditur enim a puritate tenuitas: quare tenues sententias esse placet: quae quum ualde purae sint: puerorum esse uidentur & mulierum: item agricolarum: pastorum: & omnino indoctorum: & rusticorum hominum. Quales sunt omnes fere: quas in buccolicis Virgilius occupat. His probi oratores raro: poetae nonnunquam: & maxime comici utuntur. Nam quum puellis: adolescentibus: aliisque huiusmodi: qui procul ab omni malicia semoti sunt: sermonem attribuunt: Has effugere: si bene dicere uolunt sententias nequaquam possunt. Orator autem uitabit: nisi ei personae orationem attribuat: cui tenuitas conueniret. Sunt etiam sententiae: quibus tenuis res huiusmodi continetur: & in priuatis praesertim causis adhiberi possunt. Quare & si rarius quam ceterae: tamen adhibendae nonnunquam. Item quae quasi ad conformationem ex arboribus: uel brutis accipiuntur. Item si quis non ratione: sed iureiurando quicquam confirmet: maxime si in enumeratione deorum occupatus est: uel parua de re iurandum affert. Similiter si auditores per deos quippiam

De Morata oratione

Moratam sup

Morate. 2. forme. 7. or

Tenuitas

Virgilius

Sententiae Tenuitati



fulcipere: aut abiicere hortatur. Neminem autem hanc sententiam de nobis habere uolumus: ut nos putet omnem sententiam: qua iusiurandum comprehendatur tenuem arbitrari: sed eam quæ quum nihil aliud nisi iusiurandum contineat: simplicitatem quandam dicentis ostendit: quod huic rei potius quam rationi confidit. Quare huiusmodi sententiæ commiserati omnibus accommodari possunt: neque enim aptius ad commiserationem simplicitate facile inuenies. Id iusiurandum: quo non iuramus solum: sed probamus: contentioni etiam conuenit: ut illud Demosthenicum: non per eos maiores: qui in marathoniis campis pro tota græcia periculum subierunt. Nam quum exemplo confirmare uellet: quod non ignauia confici atheniensem ciuitas: sed libertatem totius græciæ tutari solita esset exemplo: iuramenti quoque uim methodo addidit: quare non tenuis: sed sublimis ac splendida sibi oratio effecta est. Sed de sententiis satis. Nam ex his si quæ aliæ sunt: facile intelliguntur. Methodus eadem quæ puri sermonis. Item si nemine cogente: neque interrogante: quum opus esse non uideatur: aliquid dicimus. Item si quis ad minutiora descendat: atque in his ipsis magis commoretur quam res desiderat. Nam qui hoc genus eligit: ei non tantum sufficit: quantum ad rem perspiciendam usus est: sed orationem deprimere quibuscumque modis potest: necesse est. Facit autem hoc maxime eorum expositio: quæ minutissima in re sunt. Item subita rerum explicatio: uel quasi ex improviso ad quicquam respondere: quod Comici facit. Quum simplicitatem dissimulet: tenuis methodus est: quibus rebus efficitur: ut grauires etiam sententiæ: quum non apparato sermone: sed demisso ualde ac simplici exprimunt. Ad tenuitatem transire uideantur uerba pura & acuta: de quibus paulopost dicitur. Schemata & membra puri sermonis similiter collocationes: quarum magis tenues: quæ magis dissolutæ sunt. Clausulam tenuem impudulam dicimus. Nam & si grandis est: tamen huic generi multo accommodatior est quam pendula. Nam quum pendula ornatior præparati sermonis: quæ procul a tenuitate abest: propria est. Nunc quoniam iocunda oratio leposque dicendi nihil aliud est: nisi tenuitatis intensio atque incrementum: primo de ipsa: deinde de acuti & acuto genere dicendum. Iocundæ sententiæ sunt fabulosæ omnes deinde historiarum omnes: quæ fabulis comitiores sunt: ut de bello troiano. Tertio quæ & si non fabulosæ uideantur: tamen non plane quis fidem eis attribuerit: ut multæ Herodoti. Ad hæc quæcumque sensui sunt iocunda: ut puta uisui: odorati: gustui: tactui: si minutim oratione explicat: suauitate etiam fabulas excedunt. Verum quoniam eorum quæ sensu percipiuntur nonnulla honesta: multa turpia sunt. Turpia si aperte dicantur offendunt magis: nisi quis apud scuriles homines quibus eiusmodi res non modo dicere aperte: sed facere pudori non est: sermonem haberet. Quare quæcumque turpia sunt si turpitudinem tegunt: non modo non amittunt

Demosthenicum

Methodus Tenuitate

De iocunda oratione

Iocunde fingere

iocunditatem: dum facile intelligantur: sed aliquid etiam insuper delitiarum quoniam honestius dicuntur: sibi addicitur. Res autem turpis quattuor modis maxime honestius efferi potest: aut permutatione: quæ est oratio aliud uerbis: aliud sententia demonstrans. Vt Virgilius. Et sumo uulgarunt uertice nymphæ. Et in georgicis. Hoc faciunt nimio ne luxu obtusior usus Sit genitili aruo. & sulcos obliuim inertes: Sed rapiat sitiens uenerem: interiusque recondat. Aut si pro nomine proprio eius rei: quam exponere uolumus: aliud quod uel similitudine: uel cognatione aliqua clare transferri possit accipimus: quod genus ut iam uulgo dicitur coire coitio & coitus. Nam & si huiusmodi uerba longa iam consuetudine ab honestate prope recedere uideantur: non afferunt tamen aliquam huiusmodi turpitudinem: qualem uerbum illud: pro quo ponuntur. Huic modo motus omnes: quibus quasi de proprio uerba trahuntur conueniunt. Nam & liberi patris plenum: & res ueneras dicimus: & uenerem ipsam pro re uenera ponimus: quæ intellectionis sunt: quod & translationibus abusionibusque fieri posse nemo dubitat. Aut ambiguo. Vt Cicero de responsis aurispicum. Quis minus unquam peperit hostium castris: quam ille omnibus suis corporis partibus: quis unquam nepos tam libere est cum scortis: quam hic cum sororibus uolutatus: quæ nauis in publico flumine tam uulgata omnibus: quam istius ætas fuit. Quartus modus est: quum neque alegorice: neque translatione uerbi: nec ambiguo res exprimitur: sed aut ab antecedentibus aut a consequentibus: aut ab utrisque: aut a re: quæ agere aut pati natura soleat: uel quæ pacto aliquo ad gestionem negotii pertineat: colligitur. Qualia sunt dare operam liberis: celebrare nuptias. Speliucam dido & dux troianus eandem Deueniunt. Et Cicero Clodium mulierem sepius inter uiros fuisse dicit: & an ex suorum cubiculo egressus pudorem pudicitiamque defendat. Sed de his satis. Non enim ad propositum nostrum omnino nunc pertinet honesti sermonis methodum prosequi: sed iocundi sententias aperire: quem quoniam ab honestate non separamus: hæc interponere non alienum fuit. quæ ergo sensibus iocunda sunt: ea relatu quoque suauia: sed rerum turpitudine ubique oratione tegenda ita ut res intelligatur: obscenitas uerborum uitetur: apertissimis etiam & propriis uerbis illæ explicentur: quæ obscenitate carent: ut fere omnes sunt: quæ uisu auditu: odoratuque percipiuntur: ut si quis rosarii pulchritudinem: ortorum complantationem: sonorum harmoniam describat his omnibus illas adiciamus: quibus amores continentur: quas si ut poetæ faciunt clare cōstringimus: iocunditas duplex acquiretur. Item eas quas & tenues uehementer putamus: quæ aut quum ad homines pertineant: ad expertia rationis animalia: uel inanimas res traducuntur: aut quum brutorum sint insensatis attribuntur. Vt & potem indignatus araxes. Et in georgicis. Et ipsa suas mirantur gargara melle. Et in Aen. Quæstusque cruetus

Res Turpis. 2. modis honestius  
efferi potest  
permutatione

Cicero de responsis aurispicum

Virgilius. 2. enee  
In Clodium

Virgilius



atq; imploranti similis tectum omne repleuit. Postremo omnes quib; unusquisq; afficitur: ut turpissimę lenonibus: quib; luxuriosi offendunt temperatis & alię aliis iocundę sunt. Quo in genere in maiores quoq; nostros laudes ponimus: quas & in ciuili oratione sepius adhibemus. In nos quoq; ipsos nisi adulatoria oratio uideatur: iocunda est: quo ex genere illud mihi iocundius uideri solet: quod tenerę etatis honestam habet cōmemorationem. Ne preclarissimarū quidem & secundarū rerū expositio non magis delectat: q̄ aduersarum: presertim si magno animo pertulimus recordatio. Quod poeta his uerbis ostendit. forsan & hęc olim meminisse iuuabit. Quę omnia non sua sponte: sed affectiōe quadam hominum iocunda putamus. Method; pura & tenuis: uerba similiter puri sermonis & tenuis. Maxime autē si quę poetis cōueniūt magis nisi pondus afferant: & comica. cedo. dic sodes. iubet. iocundus: & quę huiusmodi sunt. Qua ratione non ab re facere mihi uidentur: quum iocunde dicere uelint: uersus nōnunq̄ ex aliquo poeta sumptos interponunt: quibus liceat etiam cōpositionis nostrę uersum iniicere: hoc tamen & raro faciendum censeo: & quum sit ita locandum: ut in unam compositionem orationis simul cum soluta accipiantur. Nam quę seorsum & quasi per se dicuntur: non iocunditatem hęc: sed aliud quoddam genus efficiunt: propter qd' asciscuntur. Item epitheta plurima: & bene accommodata: ut in rebus magnis grauitatem ita in iocunditatis sententiis: haud paruas dicendi ueneres accumulunt. Huius signum: quod poetę: qui delectare maxime cupiunt illis abundant. Nam aliud genus uerborum non facile inueniri contenderim: quod grauitate simul & suauitate iocundius epithetis sit: & quum neutra re careat uarietate rerū sit: ut alteram magis efficiat. Schemata pura: tenuia & pulchra omnia si tenuiore compositione sunt. Ad hęc comparia similiter cadentia: similiter desinentia: agnominatiōes: circuli: disiuñtiones: uarietas casuum: peruersio. Compar est quę habet in se membra orationis: quę constant ex pari fere numero syllabarum: ut de prouinciis cōsularib; discernēdis. A sententia dicenda amonebo ad ulciscendi tempora referuabo. Similiter cadens dicitur quum in eadem cōstructione uerborum duo aut plura sunt uerba: quę similiter iisdem casibus efferuntur: ut in eodē. amoenitas eū credo locorum: urbium pulchritudo: hominum nationumque illarum humanitas & lepos uictoriae cupiditas: finium imperii nostri propagatio retinet. Similiter cadens si in exitu primo: deinde in initio cōtinēter fit orationem nimia iocunditate demittit. Quare Cicero hoc quoq; ut cętera uel grauioribus immiscet: uel aliquantulum perturbat. Quę res facit ut quum occultius exornatiōes auditoris animum illabatur & gratiam & uim suam retineant: & nullo artificio dici uideantur. Hic uero preter perturbationem idem sibi ipsi implicitū mirā attulit

Methodus iocunditate

Epitheta

Schemata iocunditate

Compar

C. de prouincijs consularib;

Similiter cadens

pulchritudinem. Similiter desinens dicitur: quum tãetsi casus non in sūt uerbis tamen exitus similes sunt: ut in secundo in Catilinam: sed quis multos fuisse putatis: qui quae ego defenderem: non crederent: q̄ multos etiam qui defenderent: q̄ multos & qui propter improbitatē fauerent. Peruersio est quę festiuitatis gratia uerborum ordinem perturbat: ut hac in re: qua de dicitur. Agnominatio est quū duo uel plura uerba eadem uel simillima uoce dissimillima potestate in eadem ratiōe proferuntur. Amari iocundum est si curet ne quid insit amari. Veniā ad uos: si mihi senat; det ueniam. Quę delicatiora ideo sunt: quoniam circuli etiam speciem pre se ferunt. Idem fit: quum agnominatio similiter cadentis: aut desinentis: aut conuersionis faciem ostētat: hoc modo. Cur eam rem tam studiose curas: quę tibi multas dabit curas? Simile autem sonant uerba: quū uel mutatio uel additio: aut detractio: aut syllabę: aut litterę: uel litterarum inuenit hoc modo. Lenones sicut leones uitandi sunt. Nauo nō uano credendum est. Si uincias quod uincis: iniquus es: & in philippicis. En cur magister eius ex aratore orator fact; est. In eisdem nisi uictorem uicturum neminem. Hęc quattuor cōmiscetur nōnunq; & maiorem orationi leporem afferunt: ut pro Clu. Nō enī nostri ingenii uestri auxilii est iudices huius innocentię: sic in hac calamitosa fama: quasi in aliqua perniciofa flāma: in cōmuni incendio subuenire. Circul; est quum idem ipsum uerbū: a quo incepimus: in exitu collocamus. hoc schema & unum & multa membra complecti poterit. Differt a circulari agnominatiōe eadem potestate & uoce. Circuli hoc sit exemplum. Tibi pater fur esset: si esset similis tibi. Casuum uarietas est quum idem nomen in diuersis casibus ponitur: cōuenit cum agnominatiōe similitudine uocis: & differt potestate. Hęc uarietas tū maxime decorum facit sermonem: quum in principiis membrorum ponitur: & cum diuersitatem casuum: tum generum habet. Quod si non per membra: sed per commata una orationis cōstructione cōficitur: celeritatem magis efficit: quibus & iocunditate nō careat: ut pro L. Flacco. Nisi forte quę res hoc iudicio tentetur: quid agitur: cui causę fundamenta iaciantur iudices non uidetis. Et pro Plan. Qui enim status: quod discrimen: quę fuerit in tempu. tempestas: illa quis nescit? Cui & acrimonię aliquid interrogationis spiritu adiectum est. Hęc in grandiore oratione ita pulchritudini fere accedunt: ut quę pulchritudinis sunt: si extenuantur leporis inueniantur: facilius tamen quę sponte sua grandia sunt demiseris q̄ tenuia extuleris. Locatio pulchra: neq; enim longe a uersu dulcis & delicati sermonis compositionem esse oportet. Conueniunt autem ipsi magis dignitatis pedes. Similiter & clausula impedula: hęc forma in dicendo rarius fastidii tollendi gratia interserēda uidetur. Nā ut quę magna & pulchra sunt diu placere possunt: sic compta omnia ac

Similiter desinens

In Catilinā. 2

peruersio

Agnominatio

Cicero in philippicis

p. Cluentio

Circulus

Cicero p. L. Flacco

p. Plancio

Locatio



Acuti

Smē acuti generis

Methodus

Distio

pmus modus acuti ubi

2.

3.

2.

Allogoria

perpolita placent quidem: si raro interponuntur: fastidium uero generant & oratori adimunt fidem: si quis eis crebro utatur. Quoniam acutum genus tenui sermone opponimus: & morate orationi subiici putamus: de ipso nunc dicere tempus uidetur. Acutum igitur appellamus: quod altius quid ac profundius per se ferre uidetur. Huius sententiarum sunt tenuitati oppositae: ut quae neque fabulosa sunt: neque festiuitatis causa quae sensu iocunda sunt describunt: sed profundiores quaedam: & uarium sensum sic efferentes: ut aliud fere uerbis: aliud re complectantur. Methodus est qua altiores sententias planius: & communius perferimus humiles: & abiectas ita pronuntiemus: ut altiores uideantur: uerbis hoc in genere contrariis fere quid atque in ceteris generibus accidit. Nam in aliis sic a rebus semota sunt: ut omnia omnibus accommodari possunt. Nemo enim ambigit claras uerbi gratia sententias grandibus uerbis: & contra explicari posse: quod usu ceteris quoque contingere solet. Verum hic dictio huius est: ut si a sententia huius generis sepeatur acuta remanere non possit. Quare non facile confirmare ausim sententia ne an dictio dicendi sit: neque tamen haec res plurimum me sollicitat. Siue enim sententia sit: siue dictio: parum ad dicendum interest: dummodo quo pacto ea utendum sit pateat. Primum ergo modum acuti uerbi putamus: quum in aliam significationem quam consuetudine usurpatum sit uerbum accipitur: quae tamen non minus propria: si quis uim ac potestatem uocabuli peritus inspiciat: uideri possit: ut apud Salustium deorum supplicia. Item si quis coitum pro coeuentu diceret: & sufferre pro subuehere: ceterisque huius altius quam consuetudo ferat utatur. Alterum modum dicimus: qui abusione fit: ut si quis inexpugnabilem dicat uirtutem: quod genus parum ad acuitatem accedere nobis uidetur. Verum quoniam Hermogenes uetustissimos huius artificii preceptores ita existimasse asserit: uetustatis auctoritate fracti non repugnamus. Tertium modum ponimus: quum uerbo aliquo proprie usi eodem ipso in eadem oratione per translationem utimur. Huius modum in eo a translatione separamus: quae translatio per se posita duriem omnem effugere debet. Hoc si quis solo abutatur enigmatae pene loqui existimabitur. Ea ergo translatio: quae nimis aspera atque dura esset: nisi prius proprie diceretur acuitatem reddit: hoc modo. Non ego uiuat ne an mortuus sit Philippus querito: sed uiuat ne an mortua sit Atheniensium magnanimitas id maxime curo. Quartum modum existimamus quum multis translationibus oratio composita est: Cuius orationis illa maxima uirtus est: quae multitudine translationum clarescat: hoc modo. Quum canes fungantur officio luporum: cuiusmodi praesidio pecuaria credemus. Nam hic & si enigma quoddam totum uidetur: tamen si unum uel alterum accipias: nunquam quid sibi uelit intelliges: si totum simul consideres planius fiet. Quod quoniam omni allegoriae accidere

uidetur: eam quoque huius esse generis non recusandum. Quintum modum arbitramur quum post commodam translationem: quae per se incommoda esset: ac durior ita infertur: ut priore molliatur: ut illud. Corinthum patres uestri totius graeciae lumen extinctum esse uoluerunt. Verum haec sufficiant. Nam ex his cetera quoque si quae sunt facile si quis diligenter querit inuenientur. Illud admonendum non translationem solum: sed omnes modos huic generi subministrare uerba posse. Quare his modis in ceteris quoque tropis si quid inuenitur: quod ratio fieri posse ostendit inuestigandum. Exornationes huius generis sunt: quae quum praemeditationem ostentent: subtilioris mentis indicium faciunt: ut agnominatio: non tamen omnis: sed quae quod dicimus efficit: ut si quis cito recessurus debitori diceret: eam pecuniam fac habeam ante quam abeam: & ex amante amentem esse effectum hominem: & lenones uerbis prius ut pollicearis placidos: pollicitus postquam sis leones inexorabiles esse. At haec quidem ita se habent: cetera nobis pura in acuto genere adhibebuntur. Modestum dicendi genus est morata oratio: in qua humanitas eius qui dicit in tantum apparet: ut uel minoris & se & sua quam oporteat: uel maioris aduersarium & rem eius quam sit facere uideatur. Eius sententiae sunt: si ostendimus maioris accusare potuisse criminis: sed noluisse: aut si defendimus nos causam dicere quum agere potuissemus: si unum de multis se ducit orator quum tamen egregius sit: si pluris facimus aduersarium: quam sit: si ostendimus coactos a necessariis ac familiaribus in iudicio adesse: aut si accusamus iniuriis impulsos aduersariorum: uel inuitos accusare. Ad haec si quis neminem unquam lesisse: aut accusasse ostendit: nunc coactum uenire in defensionem proborum contra improbos: quod Cicero in uerrem ita facit: ut unius Verri accusationem iuris: totiusque prouinciae siciliiae defensionem esse confirmet. Praeterea si quis se non ita eloquentem: quum sit: neque eius in dicendo usus ostendit: ut causae sufficere ualeat: & omnino quoadcunque: ut definiendo diximus sponte se aliquis minoris: quam dignitas sua postulat: facere uideatur. Methodus modesti sermonis est humilem de se sententiam absque dubitatione proferre: quae ad laudem sui pertineat dubitationi immiscere: uel per diminutionem dicere. E contra uersum fit si ad aduersarios sententia pertinet: nam si quid boni de ipsis dicitur non ambigendo augetur: si mali aliquid ostenditur: dubitatione deprimitur. Permissio etiam quae fit: quum dicendo ostendimus nos aliquam rem alterius potestati concedere: ab hoc genere aliena non est. Verba pura & tenuia: & quae aut rem singularem paruo potestatis ambitu non satis exprimere posse uidentur: aut rem minorem insigni appellatione in maius efferunt. Schemata sunt quae per occupationem inducuntur: quam tripliciter fieri arbitramur: aut enim uere ut dicimus multa sponte praetermittimus: quam praetermissionem nominamus: ut illud. Quorum ego

2.  
9.

Exornationes schemata

Agnominatio

Modestum dicendi generis

Cicero in uerrem

Methodus modesti serm.

permissio

Verba

Schemata

Occupatio  
praetermissio



Vir. h. 9.

nulla in hoc: Quid uultis amplius? Obiectiones etiam nudas aduersa-  
 riorum breuiter ponere cum derisione: cum infirmę uidentur ueritatis.  
 Vir. in quarto. Nunc augur apollo: Nunc lycę sortes: nunc & ioue mis-  
 sus ab ipso Interpres diuum fert horrida iussa per auras. Hęc etiam ce-  
 leritatis sūt: sed uelociter & expedite dicere ueritatis imaginem reddit  
 Ad hęc si q̄s orationis contextum perturbat: quod maxime quum ira  
 se cōmotos ostendere uolunt factitant. Magis enim ita aliis affectibus  
 perturbare animum uidetur. Sed quum nos animi perturbationē quę-  
 cunq; sit uehementiorem uideri uolumus: orationem quoq; turbabim⁹:  
 nec id unica ratione faciemus: sed ex natura rerum aliter atq; aliter ora-  
 tionem non recte componemus. Verum in omnibus: ne quod uolum⁹  
 oratione p̄significetur cauēdum: His addatur quum nos oblitos fere  
 rei alicuius ostendimus: quod multis modis fieri solet. Aut enim quū  
 aliud iam inceperimus: quasi subito nobis quod dicendum erat occurre-  
 rit: ad illud redimus: ut ad Hęrenium. Nunc ne nimium longa sumat⁹  
 oratio: de re dicere incipiemus. Sed si te unū illud admonuerimus: artē  
 sine assiduitate dicendi non multum iuuare. Hoc & magnitudinem rei  
 ostendit: quę ad se nos uel oblitos retrahat: aut quū loci cuiusdā: in quo  
 nimium commorati sumus: finem ita facimus: ut nos sentire aperiam⁹  
 impetu dicendi: multitudine uerborum peccasse: & ulterius q̄ oporteat  
 elapsos esse: ut ad pontifices. Intellego pontifices me plura extra causaz  
 dixisse: q̄ aut opinio tulerit: aut uoluntas mea: sed quum me purgatu⁹  
 uobis esse cuperem: tum etiam uestra in me attente audiendo benigni-  
 tas prouexit orationem meam: sed hęc compensabo breuitate eius ora-  
 tionis zc. Aut quum ostendimus perturbatum nobis dicendi ordinem  
 ut quod iam dictum esse oportuit: nunc demum in mētem ueniat. Sed  
 de methodo satis: propter quam a grauitate nisi & uerba & schemata  
 concurrerent ueritatem non sepe sallemus. Nam quum grauitas in me-  
 thodo tota cōsistit: quod aliis quoq; fieri posse uidetur: forma unica pu-  
 tanda est: quis multo maiorem cum grauitate ueritas: q̄ cęterę similitu-  
 dinem habeat. Verba non simplicia quędam sunt: sed pro uarietate re-  
 rum diuersa in ira asperiora & acriora: & quę a nobis ipsis ficta uideāt⁹  
 in aduersarium sunt: in cōmiserationibus pura & tenuis dictio non pa-  
 rum ualeat: quare iudicio oratoris relinquendus totus hic locus uidetur.  
 Schemata sunt quę uere ex animo dici uidentur: quę ut dictio uarieta-  
 te rerum cōmutantur: quod hic dictum per omnes formas intelligen-  
 dum. Nulla enim forma: nisi res postulat loco dicitur. Ira igitur cōmo-  
 ti asperitatis & acrimonię schematis utētur: ut sunt cōuersiones: & hęc  
 maxime: quę cum interrogatione proferuntur. Habet enim interroga-  
 tio breuis quoddam: in quo redarguat & reprehendat. Quare uerum  
 ac quasi animatum oratoris genus conficit. Pręterea quęcunq; fidentia

Verba

Schemata

oratoris ostendunt: ut repetitiones: conduplicaciones eiusdem rei: uariis  
 uerbis repetitio: ut p̄ Milone. Vos uos appello fortissimi uiri: qui mul-  
 tum pro repu. sanguinem effudistis. Vos enim uiri & ciues inuicti ap-  
 pello periculo centuriones: uosq; milites: uobis non modo inspectanti-  
 bus: sed etiam armatis: & huic iudicio p̄sidentibus. Hęc tanta uirtus  
 ex hac urbe expelletur: exterminabitur: proiicietur! Item demonstratio  
 ut apud pontifices. Hic tuis. P. Lētule: quum tu nihil dies & noctes: ni-  
 si de salute mea cogitares cōsiliis omnibus interfuit. Hic tibi grauissi-  
 mus auctor ad instituendum. Dubitatio subito allata: ut pro Au. Ceci.  
 An certius quicq; obiici potest: q̄ q̄ is: cui obiicitur: ne nutu quidem in-  
 firmare conatur. Nā quę p̄monita est & quieta: acuta magis & mor-  
 dax: ut pro eodem. De eo dubito nunc quomodo aut loquar aut taceā:  
 quum ipse hoc de se iurat⁹ p̄dicet. Ad hęc adiudicatio: p̄cisio: & cor-  
 rectio. Fit autem p̄cisio quū quod dicere incepimus: quasi subito uel  
 pondere uel turpitudine rei cōmoti reticemus: hoc pacto. Hunc tu mo-  
 destum putas: qui nuper alię domui. Correctio est quę tollit quod  
 dictum est: & pro eo id quod magis idoneum uidetur reponit: ut pro  
 P. Sex. Illo ipso inq̄ die: die dico: imo hora: atq; etiam puncto temporis  
 eodem. Et pro. M. Cęlio. Cum istius mulieris uiro fratri uolui dicere:  
 Quāuis inter illam & hanc illud interfuit: q̄ ibi ueritas quasi lapsos nos  
 retrahit: hic primo ipetu ad se adducit. Quare ibi ueritas: hic honestas  
 corrigit: sed hoc ultimum: quum ueritate non careat: etiam acerbum ē.  
 Conuersiones quoq; & uocationes alię non sunt: quę fiunt: quum ad  
 cōsiderandum quicq; aut respondendum ad id quenq; prouocamus:  
 quod eum maxime lędat. Membra ut breuiora in uehementioribus af-  
 fectibus: ita longiora in nutibus animatę orationi mihi conuenire ui-  
 detur. Collocatio: numer⁹: & clausula asperiora sunt: nimiam iocūditatē  
 non teneant. Nam quę compta nimis sunt: & p̄meditata uidentur: &  
 nimis habent uirium: quoz alterum fecte dicere: alterę ifirmam habere  
 causam suspicionem affert: quare si quę accipienda uidentur schemata  
 nimis exornant. Methodo ornatum inde tollemus: uim relinquemus:  
 ita tamen ut neq; foeda uideantur: & nimiam expollitionem effugiant.  
 Qua ratione Ciceronē credimus in superiore exemplo postremis duo-  
 bus membris repetitionis pulchritudinē ademisse: uim nō diminuisse.  
 Sed de animato sermone satis: neque enim fere plura dici possunt: nisi  
 quis totam grauitatis methodum aperire uellet. Nunc de obiurgatiōe  
 quam ei adiugimus breuiter dicamus: ne quid huius facultatis elemen-  
 tum nobis p̄termittatur: hanc gręce βαρῦτητα uocamus: quare si q̄  
 gręcos imitari uellet: onerosum sermonem appellet. Eius sententię sūt  
 exprobatōes omnes: ut quum sua quis i aliquē merita ostendet: nihil  
 omnino ul' paz ab eo recepisse cōmement: ul' etiā suppliciū p̄ meritis

repetitio  
Conduplicatio

p̄ Milone

Demonstratio

G p̄ An. Cecin

pręcisio

Correctio

p̄ P. Sex  
p̄ M. Celi

Conuersiones  
Uocationes

Collocatio  
numerus  
clausula

De obiurgatione.

βαρῦτητα  
onerosum.



Ironia

perpeffum ostendat: Cuius simile est quum in concioibus malos diligē cruciari eos ostendim⁹: qui de repu. meriti sunt. Præterea ironice omnes sententię onerosi generis sunt: quæ ironicam methodum magis quæ sententiã dixerim: quæ multo onerosior est: quum i maiores dicitur. Hic onerosus sermo in nõnullis figuratis quæstionibus semper pene cõmo dissimulus est. Multa enim plerunq; ironice in figuratis dicuntur: ac maxime quum de repu. bene meriti uiri: quoniam aperte non suadent: quod bene sentiunt figuratam causam suscipiunt: quod ut planius fiat: exẽplo declaretur. Post exactum Xersem & tamẽ pulcherrima circa salamina trophea quidam apud athenienses de uendendis nauibus: ut ea pecunia moenia urbis restaurarentur: legem ferunt. Themistocles contradicit: & uincitur. Postea cõsulto se de instituendis nauibus male admonuisse apud ariopagitas indicat: rei eius capitalis erat poena. multa hic onerosa per ironiam dici possunt. Nullam fuisse utilitatem nauium: nõ bene consilio suo nauali bello reimpu. gestam eis: qui nunc populo persuaserunt naues uendendas solos reipu. salutem adduxisse: solos quod ciuitati cõfert & sensisse & sentire. Idcirco cuius atrociusq; suo & iudicio puniendum uideri: quod ipse solus quod inutile uidebat. Nam instruendas: urbem derelinquendam persuasissent: quorum utrunq; nequaquã faciendũ fuit. Pedestri enim exercitu uictum exactumq; Xersem fuisse: pedestri pugna liberatam græciam nunq; sibi: neq; regem auurum bellũ inferre neq; quẽq; græcorum non obsecurum: si nauibus amissis urbem colãt. Naualia bella mare huiusmodi labores ceteris concedant. Has sententiã as si quis & per se consyderet: nõ dubitabit baritetos esse: quod si derisionis spiritu profert: clarior grauedo fiat necesse est. Methodus dubitationem interrogationi cõmiscere: quod complexionibus commodissime fit: & de re simplici: quæ manifesta & clara sit interrogare: ut est ne dies Verba & quæ sequuntur moderate orationis ac uerę grauedini conueniunt. Verum quoniam ita breuiter de ceteris dicẽdi formis præceptũ est: ut ex his multo plura maioraq; pateant: nunc temp⁹ uidetur de grauitate pauca differere. Grauitatem in duas partes diuidimus: quaz unã rem ac uere grauitatem: alteram uerbo solum appellamus. Prima est quæ oratoris iudicio: personis: rebus: causis: locis: temporibus oratio accommodatur: quam singularem quandam idoneam dicendi formã esse arbitremur. Verum cuncta quæ in hac arte percipiuntur: ita complecti putamus: ut idem sit grauem oratorem & omni laude accumulãtũ appellare. Verbo grauitatem nominam⁹: in qua sententiis: uerbis: ceterisq; quibus conficit: ut uulgo graues uideamur. De hac grauitate: quam & dicendi formam arbitramur: prius dicendum est: sed breuiter: deinde ad illam ueram: qua tota eloquentia cõtinetur: reuertemur. Triplicem ergo hanc esse censemus. Nam quum sententiis: uerbis: ceterisq; cõstat

Baritetos

De grauitate

Grauitas dup<sup>rei</sup> uerbi

Gravis orator

De grauitate ubi quæ dicendi quæda est forma.

ita conficitur: ut quis nõ sit: uideatur tamen: quæ magis grauis est: neq; uidet⁹: præceptione nostra nõ indiget: quæ solum uidetur uerbis maxie: quæ solum est methodo solum tercia omnibus conficitur: Cuius sententię sunt subtiles: altę: acutę: ac omnino huiusmodi: ut non a quouis: sed a prudentissimis tantum excogitari posse credantur: ut pro Cluentio. Sed tu & tibi consyderes: cenleo diligẽter: utrum censorum iudicium grauis uelis esse: an egnatii: sed egnatii leue est: quod censes de ceteris subscripserunt. Ipsum enim. Cn. Egnatium: quem tu grauem esse uis: ex senatu eiecerunt. Sin autem censorum hunc Egnatium: quem pater censoria subscriptione exheredabat: censores in senatu: quum patrem eiecerunt retinuerunt: & pro Plan. Quãq; dissimilis esse pecunię debitio & gratię: & quæ sequuntur. Hęc enim subtiliora sunt: quæ quicquã uulgo excogitare possit. Multa huiusmodi in Cicerone inuenies. Verũ non solum has: sed etiam omnes grandis orationis sententias huic generi cõuenire putamus. Method⁹ sententiis idonea: ea uidelicet: qua nõ omnes uulgo utantur: & omnis grandiloquia. Verba noua: grandia: uehementia: aspera: durius translata: quæ tamen naturam rerum non nimis excedant: minus usitata: nec omnino insolita: membra schemata: collocatio numerus: maiora & ampliora: quæ dignitati: splendori: uigori: circũductioni conueniunt. Proprium uero huius schema conuolutio: & maxime interrogationis prolata spiritu: ut de Proconsularibus. Quæ enim homini in quo aliquid si nõ famę pudor: & supplicii timor est grauior poena accidere potuit: quæ non credi litteris his: quæ rem bene gestam in bello nuntiarent. Grauitas: quæ solum artificio comparatur: fiet: si quæ uehementiora sunt: & acriora: aut subtiliora: & altiora: ita dicuntur: ut tenuia quædam: remissa: & supina esse uideatur. Ita tamen: ut in huiusmodi oratione: ut maior quædam lateat uis: qua id: quod orator intendit: perficiatur. Quare non parui artificii est: neq; cuiusuis oratiõis & rerum uim ita dimittere: ut omnis uideatur: & quod maius ego iudico: cõmuniõibus etiam sententiis & uulgata orationis compositione id efficere: ut altius quiddam & grauius insit: quod auditorem moueat. Hoc gen⁹ non simplex est: sed uarium & multiplex. Necesse enim est secundum uariam rerum naturam uariis modis efficere quod dictum est: neq; præceptis ita contineri potest: quẽadmodum superiora: Neq; enim a uera grauitate distat: si loco sit. Nam quum uera grauitas methodo quadã constet: qua quid cuiq; conueniat: querimus: Idearum dicẽdi methodos in hoc maxime ab illa differre arbitramur: quæ formam dicẽdi per se solã consyderent. Sed de his alias. Grauitate autẽ: de qua dicimus: ideo multi delectati sunt: ut ubiq; eam insectetur: ut apud nos Lysias. Demosthenes uero: quem. M. Cicero sequitur: ut uere grauis orator certo iudicio ubi opus sit: hanc inserit. Verum ut re quod dicimus pateat: exemplũ

Cic. p. Cluentio

p. planco

Methodus

Verba

Schemata

Conuolutio.

C. de puin. co

Autores grauitate secu

Lysias  
Demosthenes  
Cicero



Cicero p. Cluentio

Tertium membrum gravitatis

de formis dicendi

Gravitas eloquentie  
opposita

De gravitate rei que  
est gravitas dicitur.

quoque proponamus. Pro Clu. igitur Cicero quum lege rem suam absol-  
vere uellet: ne uideretur minus rebus confidere: quod ad legem confugi-  
ebat fingit quod grauius Cluentium rebus suis ita confidere: ut patrocini-  
legis non magni existimet: se inuito eo ad legem accedere: que res tam  
sententia: quam compositione communior uidetur. Imprimatur tamen audi-  
tori ea uis: ut existimet tam rebus solum: quam lege reum defendi posse: sed  
uerba sua scribantur: ut uideamus quod grauis utitur artificio: quum tam-  
communis & tenuis uideatur. Est enim quiddam inquit in hac causa: quod  
Cluentius ad se aliquid: quod ego ad me putem pertinere. Hic putat sua  
interesse se re ipsa & gesto negotio: non lege defendi. Ego nunc mea exi-  
stimo interesse me nulla in disputatione ab Actio uideri superatum esse.  
Tertium huius forme membrum dicebamus: quum oratio grauis mi-  
nime sit: sed appareat: quo genere probum oratorem uti non licet: neque  
id poneremus: nisi diuisionem perfecte complecti uellemus: quod & si  
uerbis maxime constat: tamen & cetera cuiusmodi sint attingamus. Sen-  
tentis grauis uideberis: sed non eris: si quidem id consequi uelis: si acer-  
bioribus quam tempori conueniant uteris: si ante quam rem probes amplifikes  
Methodus allegorice ac obscure per enigmata dicere: quam res non fla-  
gitet. Verba apta semper & magnifica: aspera: noua: prisca: duriter tra-  
sflata: inusitata: & omnino grandiora quam res patitur: Similiter membra:  
collocationes: & cetera tumida quedam ac inflata: ut oratio turgeat: & spe-  
cie grauitatis fallat: quem dicendi modum nec formam quidem appel-  
lamus. Verum enim grauitati: hoc est ipsi eloquentie opposita est. Verum  
de formis generibusque dicendi simplicibus iam satis. De uera grauitate  
cui etiam compositas attribuimus formas: nunc aliquid dicamus: non  
quod tantam rem tanquam diuinam precipiendo aperire posse confidamus: uerum  
ut quid sit hęc oratoris grauitas percipiatur: ut saltem unusquisque quid  
sibi querendum sit intelligere possit. Inter omnes philosophie studiosos  
clarissimum semper fuit in ceteris liberalium studiorum artibus inume-  
rabiles pene doctos homines extitisse. In hac uero dicendi facultate  
adeo perpaucos esse repertos: ut uix tota grecia uno: itidemque Italia glo-  
riari iure posse uideatur. Id cur ita acciderit inter peritos homines con-  
trouersia est. Neque enim eloquentie minor opera: remissiusque studium quam ceteris  
artibus conferebatur. Nullus philosophorum hęc studia contenebat  
Non aspernabatur hęc dialecticus: complectebantur sophiste: admira-  
bantur medici: optimates uero ciuitatum ac principes: in quibus summa  
florebant ingenia: has humanitatis artes tanquam suas colebant. Quare quam  
hęc orationis copia apud omnes plurimi fieret: non iniuria cum in cae-  
teris reconditis omnino atque abditis nature disciplinisque artibus multi  
essent instructi elegantissime: in his non perpauci: sed qui infra omnem  
numerum essent excellentiores fuerit dubitatum est. Inuentique sunt qui

id accidere dicerent: quoniam oratoria facultas exercitatione quadam  
temeraria: natureque acumine: nullis preceptis: nulla arte consisteret: quos  
tanquam fatuos: quoniam rem manifestam tam preclare negare audent:  
omnes contempserunt. Alii uero: quorum sententia pluris facta est: com-  
moditatem orationis ac copiam sine artificio: nec constare quidem pu-  
tarunt. Verum non ita paucis: nec tam angustis preceptorum terminis  
oratoriam rem contineri: ut cetera: sed infinitam huius facultatis & ua-  
riam: qua de tractat materiam existimarunt. Nam & historia omnis  
tam domestica quam peregrina: quoniam similitudine preteritorum uetera  
coniectetur: pernosceda est: & ex media philosophia religio: pietas: mo-  
deratio: continentia: aliaque huiusmodi: quibus mores hominum exornan-  
tur: non tam uerbis repetenda: quam re comprobanda: & ciuitatis instituta:  
leges: consuetudines retinendę. Hęc breuiter dicta ingentem quandam  
ambitum continent: & non longiore tempore solum ut percipiantur  
indigent: uerum etiam admirabilem industriam: acutissimum ingenium:  
sumamque diligentiam non postulant solum: sed flagitant. Quicquid  
enim horum neglectum fuerit oratorie facultatis apicem tollit. Quartum  
his addunt ceu quoddam instrumentum: quo certam in formam mate-  
riam redigas: facultatis huius exquisitam preceptionem: quam si nos in his  
libris probe executi sumus: aliorum iudicium sit. Hęc quidem illi. Nos  
autem ad hęc aliud quoque dicimus cause fuisse: cur pauci ad apicem usque  
rhetoricę facultatis studiosi peruenirent. Nam quum ceteri rem suam  
solum considerent: isque bonus dialecticus sit: qui dialecticam nouerit: is  
probus physicus: cui nature secreta rimari subtiliter contigit: discipli-  
natus is: qui celorum ambitum: siderum cursus: magnitudinis quoque  
omnis conditiones: que sciri possunt: certa ratione comprehenderit. Ora-  
tori parum erit: si que acturus est ita dicet: ut neque quis ipse sit: neque apud  
quos: quo loco: quo tempore: qua de causa: & in quos dicat: per totam ora-  
tionem consideret: que multa & magna sint quis dubitat? Una enim  
atque eadem proposita causa: eodemque modo percepta a plurimis iisdem  
rationibus: exemplis: institutis: atque consuetudine ab omnibus habitis.  
Aliter tamen a Cicerone: aliter a Cesare: aliter a Catone peragetur. Est  
enim omni in re quod persone ratio prout grauis: seuera: mitisque sit  
sibi flagitat: & id ipsum non stabile: neque firmum uideo: sed perplexa  
rursus uarietate distinctum. Nam idem ipse Cicero aliter iuuenis: ali-  
ter uir: aliter senex: quis idem semper cognouerit apud eosdem eadem  
de causa dicet. Idemque priuatus aliter pretor: aliter: & aliter consul. Id  
ipsum de auditoribus considerandum: qua dignitate: qua doctrina: quo  
ingenio: qua fama: que uales ne nobis: an maiores: minoresue sint. Nam  
ut alio uocis habitu: alia moderatione uultus: alia gestus uenustate na-  
tura ipsa quam ad maiores sermonem habemus induit: quam si cum minoribus

Contra negantes arte  
esse rhetoricen.

quas res oratorie scire oportet

opio sua aut peruenit  
ad oratione apud uer-



aut equalibus loqueremur: sic nec eodem modo ad diuersos dicendum est. Quid quorum res agitur: si scelesti: nocētes: infamesque sunt: quāta: q̄ grandi: q̄ atroci dii immortales oratione in eos inuehi licet! Cōtraq̄ si modesti: si boni uiri: & ciuis officium existimatione hominum cōseruarunt: quis ignorat quanta cautione opus sit: quo dicēdi genere subli & acuto: & quasi figurato uti oporteat: ut anteq̄ quo uelis mentes auditorum impuleris: ambiguus quidam & dubius sis: ut neq̄ nimiū existimationem lēdas: & occulti⁹ acriter percutias! Causa uero ipsa quāria & lubrica sit nemo omnium inueniri poterit: qui ignoret: cui non modo quod postulet accōmodare difficile est: Verumetiam quid sibi conueniat intelligere nō commune nec uulgo factitatum: sed singulare qd atq̄ egregium mihi uidetur. Aliud enim publica causa: aliud priuata orationis genus requirit. Neq̄ ita de capite: ut de fortunis dicendum ē. Non eodem pacto de nobis: atq̄ de aliis: quodlibetq̄ istorum ī infinitum fere adhuc scinditur. Neq̄ enim publica causa atq̄ priuata eadem semper est: sed est proditionis: est peculatus: est repetundarum. p. causa: quid tempus & locus non imutant omnia! ut pro Roscio. Quū ferme causa simplex ac facilis esset propter pestifera Syllę tempora q̄ perplexa atq̄ difficilis: dii uestram fidem effecta est! Idemq̄ pro Deiotaro incommoditate loci sibi ipsi accidisse testatur orator. Quibus enim querelis qua uoce: quibus assensionibus populi in foro causam diceret: haud notare nō potuit. Magna sunt hęc at omnia & omnia: & multo plura his in unaquaq̄ causa consideranda sunt: neq̄ singulorum: sed omnium simul habenda est ratio: ut id inuenias: sic disponas ea uoce: uultu: gestuq̄ pronūties: ita clara: grandi: pulchra: celeri: morata: animata: & graui oratione utaris: ut simul personis: rebus: temporibus: locis accōmodetur oratio. Quare mirari ac querere desinamus: quid causę fuerit: cur cum plures huic arti operam dederunt uehementer: tamen pauci singulisq̄ uix in cōtibus singuli tolerabiles oratores inuenti sunt: hęc nobis uideatur fuisse causa: hęc sūma etiam grauitas oratoris est: qui ad hoc peruenit: is mihi orator: neq̄ quoniam est omnium difficillimum: tam multas: tam uarias: tam instabiles rerum: personarum: causarum: locorum: & temporum conditiones percipere: & quum quid unicuiq̄ conueniat intellexeris: multo magis arduum quod intellexisti dicendo consequi: idcirco deferenda uel contemnenda oratoris facultas est. Nā ut qcquid nobilissimum & egregium est: ita quāto altius & diuinius est: tanto ceteris difficilior: magisq̄ arduum esse consuevit. Porro uero ea mens: id ingenium omnibus insitum est: ut quod pręstat: quodque excellit: tāto magis & admiremur: & amemus: quāto maiore conatu & labore acquiratur: atque ut medici tanto diligentiore opera arti exercitationibusque suis incumbūt: quāto res sua longioris operis est: neq̄ magis remouēt

Cue. p Roscio  
p Deiotaro

quoniam Hypocratis ac Galieni mirabiles curas consequi non possūt q̄ instent & uigilent: sic futurę oratorē: neq̄ magis usui medicina hominibus: q̄ rhetorica est. Quippe singulorum illa: hęc tam singulorū: q̄ que reip̄u. morbis medetur. Difficultate rei detereri non oportet: sed ab inuente adolescentia artificiosa imitatione inueniendi: disponēdi: eloquēdi assequi rationem. Nam si exercitationi assiduo q̄ usui non scribēdo solū: sed ueras a iuuentute agendo causas insudabunt: non dubito: quin multi disertis: nōnulli etiam eloquentes cito euadēt. Hac uia Cicero: haec uia Demosthenes multis laboribus uocem latera: reperiendi facultatē: memorię firmitudinem: disponēdi ordinem: eloquendi usum & amplificauerunt & confirmauerunt. Nostri temporibus pudet errorem: ne amētiam multorum dicam proferre: qui quum bene dicendi in iudiciis in senatuque amore ardeant: atque hunc finem sibi proponant: aut ad dialecticam: aut ad ius: quod ipsi ciuile nominant: quum tamen nihil ad ciuitatem suam pertineat: p̄gnitus se transferunt: quorū utriusque parua quędam notitia ad rem nostram sufficit. Nunc illis omnino dari sero eos poenitet: & quum ad exercitationes huius p̄ceptionis aut redire non possunt: aut si possunt pudet. Quare quicumque orator esse cupit: non alienis magis q̄ suis artibus seipsū p̄beat: Demosthenisque illius uestigia sequatur: qui ut fertur simili errore deductus se totum philosophię tradidit: deinde quum in contione Lycurgum audisset: ad cuius copiam philosophi aspirare non audebant: intellexit stultissimū esse omnium plus temporis in alienis q̄ ea in facultate: quam consequi uelis consumere. Verum de his multa: grauitatis autem de qua dicebamus: si nihil aliud nisi uim & potestatem aperire uellemus: quod plurimi fecerunt: uel ea quę dicta sunt: multa nobis uiderentur. Nunc p̄ceptionis quoque ordinem quendam ac institutionem adhibere maluimus: non q̄ hęc res certis p̄ceptis subiaceat: atque contineatur. Nullus enim mentis non inops innumerabiles causas atque casus arte posse explicare putauerit. Sed quoniam quod in uniuersum percipi potest inutile fore non ducimus: minimisque his a nobis expositis maiora ceteros inuenturos arbitramur: non fuit consilium rem tantam negligere: q̄ si cōfusior q̄ quis optaret exposita a nobis erit: p̄ceptorū traditio magnitudini rerum id atque uarietati attribuat. Sed ne pluribus cōmoremur: iā incipiendum est. Quū allata est ei causa: quem grauem oratorem nuncupare merito possimus: primo genus causę: statim: iudicationemque pernoscentiam putabit: quod scilicet multo diligentius q̄ ii faciet: qui ut unum ex pluribus suis dicatur ineptis: ut ī nōnullorum librorū marginibus fertur orationem pro Archia Ciceronis uel iuridicali aiunt: uel coniecturali statu contineri. Hoc uero simile est: si quis discipulos suos medic⁹ quartana uel tertiana exagitari hominem doceret. Quare

Tempora mi Septima

Demosthenes  
Lycurgus



Epilogus que considerare  
debeat orator.

ego nō magis tantam inueniri posse in homine imperitiam admiror:  
ut quod certa ratione docendo explicare debeat: id distūgat: q̄ q̄ magnā  
huiusmodi homines rhetorica professione & famam & pecuniam de/  
peculati sunt. Nos ne in eum errorem incidamus: qui omnia in dicēdo  
euertit. Nam qui de statu causę ambigit: is nihil recte agere possit ne/  
cesse est. Primum quę de constitutionibus diximus optime tenebim⁹:  
deinde maxime si alienam orationem examinarem⁹ contentionis ar/  
gumenta considerabimus: ex quibus etiam primum emergit. Tertio  
quid demum reliquitur excogitabimus: & si undiq; idem erumpit: ut in  
archiana coniecturalis causa simplex erit: si diuersitas subapparet eodē  
cribro diuersitatem excutiemus: & coniunctam causam esse non dubi/  
tamus: & quibus coniungitur sciemus: & principaliorē tam origine  
q̄ firmitudine nō ignorabimus. Neq; unum & idem hoc uel illud esse  
putabimus: & diuersa quot & quę sint: & quomodo: & cur diuersa sūt  
perspiciemus. Quū igitur primum sine: medio: principio: ac fundamē/  
to is cui res allata est: causam perceperit simplex ne an coniuncta: & si  
coniuncta quot ex statibus: uel quęstionibus quibusq;: & quomodo: nuq;  
rationibus an firmamentis: aut firmamentorum quibusdam depulsiō/  
nibus coniuncta sit: cęteraq; huiusmodi: quę tam ad inueniendum: q̄ ad  
disponendum ex natura sui causam pertinent. Personas deinde locum  
tempus causę sic accōmodabit: ut diligenter inquirat: quid ea de re i eo  
loco: eo tempore talibus auditoribus in reum uel pro reo dicendum: &  
quomodo dicendum sit: qua ex re maxime omnium rationum copia &  
si eisdem ex locis fluat: propria tamen ita unicuiq; sit causę: ut ei tantū  
conueniat: unde etiam sit: ut quum multi loci oratori & dialectico cō/  
munes uideantur: neuter tamen ab altero eos accipiat. Nam dialectic⁹  
quidem a genere uerbi gratia: aut contrario. Rhetor a re contraria: aut  
a re: quę genus uel species est: argumentum trahit. Habet ergo is cir/  
cūstantias: quibus omnia: quę inueniet connexa: & applicata sunt.  
Dialecticus circūstantiis absolutus: ut in reconditis rebus plura subtili/  
oraq;: ita in causis pauca uel nulla potius: quę moueant inuenire poterit  
Omnis enim uis oratoris dicendiq; copia a circūstantiis manat: hinc  
quid in inuidiam: quid in odium: hinc quod in atrocem trabas suspiti/  
onem inuenies: hinc auditores uel ad spem alliciuntur: uel ad terrorem  
detruduntur: hinc ad iram rapiuntur: ad misericordia flectuntur: ad la/  
chrymas deducuntur. Hac ex re quod credant dicitur: ut contēnant effi/  
citur: quod sibi uerisimile uideatur effluere solet. Quāobrem omnis fa/  
cultatis rhetoricę uis in circūstantiis obruta est: quę si accōmodatę &  
locis fuerint: nihil inde inueniri poterit: quod qui ratioē se exercuerit: nō  
reperiet: sed non inuentio solum: uerum cęterę quoq; partes hoc pacto  
probe contineri possunt. Hac enim circūstantiarū ad rem applicatione

tota illa dispositio profluit: quā ad casum tēporis accōmodari dicebam⁹  
Pronuntiatio etiam huic rei summe accommodari debet. Quis enī du/  
bitat angustiis temporis: personarum dignitate: insolentia loci multa  
sępius aut cōmutanda transponendaq; uideri: aut p̄nitus omittenda?  
Pręterea pro amplitudine maiestateg; auditorū maiore minoreue op⁹  
esse exclamatione: uel porrectiōe brachii: uel capitis iactatione: de quibus  
aliquid dicere non grauaremur: si aut hęc inuenturos nos solos confide/  
remus: aut omnino posse rem explicari putarem⁹. Nunc quoniam ra/  
dicem eius quātum ad inuentionem: dispositionem: pronūtiationē que  
diximus furculos: quod in arte fieri solet oratoris iudicio relinquamus  
Nos ad elocutionis grauitatem transeamus. Vt ergo cęteras partes ita  
rebus accōmodat orator: ut loco: tempori omnia conueniant: sic elocuti/  
onem tam rebus: q̄ cęteris circūstantiis idoneam inueniat. Non enim  
solum contentus erit: si cui minandum uiderit: supplicandū: irascendū:  
si quibus hęc res conficiuntur teneat: sed quo genere oratiōis unūq; q̄  
horum optime sit: considerabit: & formas simplices ita cōmiscabit: ut  
quod uelit adipiscatur. Magna est hęc res: ac ideo uerbis exprimi plani/  
us nō patitur. Sed ex his paucis uideat qui se oratorem profiteatur: quo  
orationis genere singula sibi dicenda sunt. Qua de re ita confuse satis  
dictum sit: quoniam satis dici nō potest. Post hęc cura sit ut uideat quę  
iudiciali generi forma dicendi conueniat: qualis in laude uel in uitupe/  
ratione oratio esse debeat: quę deliberatiui generis forma: de quib⁹ qd  
sentimus breuiter aperiemus. Neq; enim silentio pręterire tātā rem  
consilium fuit: pręsertim quum uideamus uel eos qui sese magnos tam  
rhetores: q̄ oratores profiteantur: tanta ignorātia inuolui: ut uno semp  
& illo exili & arido dicendi genere utantur: siue de minimis rebus: siue  
de clarissimis imperatoribus: siue de re secunda: siue de aduersa dicant:  
quę res eos totius oratorię facultatis imperitos esse declarāt. Vex illos  
in scitia sua tabescere sinamus: nos rem altius suscipiam⁹. Omne gen⁹  
orationis aut quietum: aut forense Ciceronem secuti putam⁹. Quietū  
putamus: in quo non tanta nobis acrimonia uel ui dicendi opus est.  
Id diuidimus in philosophicum & historicum. Philosophicum dicim⁹  
quo in rebus natura recōditis: aut moribus instruēdis philosophus uti  
debeat. Nam & si physica materies philosophica est compositio: tamē  
ipsa orationis & ornatus oratoris est. Id rursus duplex arbitramur: nā  
aut pure quietum est: quod est absq; dialogo: aut aliquid uehementię a  
circūstantiis assumit: quū dialogo effertur. Forense nominamus quod  
circūstantiis implicitum est. Id in tria partimur: Iudiciale: deliberatiuū:  
demonstratiuum. Primū ergo de forensi cōmuniter: deinde de partib⁹  
eius dicamus. Postremo pari ratione de quieto. Qua ex re in quo etiā  
differant perspicietur. Forense dicendi genus omnes septē formas

Cap. de generibus oration.  
forense  
quietu genus  
philosoph  
historia

Forense  
Iudiciale  
deliberatiuum  
demonstratiuum



fufcipit: non ita ut una quæq; per fe feiuncta a cæteris inueniatur. Nam hoc quæ in exercitationibus fieri debere arbitramur: & nos in una eademque re quæ a poetis de Phaethonte dicitur exempli gratia fecimus: quæ huic uolumini interferere uifum non est: tamen uix inueniri poffe in ueris caufis credimus. Non igitur fimplices: fed fic inter fe cõmixtas atq; compofitas fufcipit: ut ex omnibus una forma: una idea: unumq; dicendi genus: quod forenfe dicimus conficiatur: quo in genere Ciceronis orationes uerfantur. Sed nobis non de Ciceronis genere nunc dicendum uideo: fed de perfecto forenfi: quæ ei accidat: qui de optimo genere tam forenfi quæ quieto aliquid præcipere uult: ut etiã de Ciceroniano genere dicat. Hæc enim meo iudicio idem fere funt. Nam & Ciceronis dicendi genus fiue quietum: fiue forenfe dicas: optimum est: & optimũ dicendi genus aut quietũ præter Ciceronis nescio in latino sermone inueniri potest. Hoc igitur optimum forenfe genus: quod & Ciceronis est: fi quis conficere uelit: quum omnes formas atq; partes earum ita intellexerit: exercitationeq; confirmauerit: ut facile quo uelit orationem uertere poffit. Imprimis claram orationem: moratam: ueram: uelocem: ac circũductã adhibeat. Hæc enim maxime in forenfi genere abundare oportet. Post hæc afperitate & acrimonia utatur: fed minus quæ illis superioribus. Vehementia uero dignitas & fplendor adhuc minus infit. Nam fplendidae luculentæ: honeftæq; orationis fulgorem fic intercideret plerumque ac cõminuere in forenfi genere folet Cicero: ut uehementiam iocunditate celare: Cuius rei exemplum attuliffemus: nifi in superioribus exemplis præcipi poffit. Pulchritudinis etiã aliquid infit: & iocunditatis: fed non tantum: ut appareat: atq; a quouis perfpici poffit. Sed delectabit quidẽ ita auditores: ut neq; fastidium pariat: neq; præmeditationis afferat fufpitionem. Maxime autem iocundis claufulis: collocatione: numerifque utemur: quum argumentorum multitudine: rationumq; acumine cõftruitur oratio. Nam quæ acuta excogitata funt & fubtilia: fi crebro inter fe collocantur tum afperam: tum demiffam & abiectã orationẽ reddunt: quod ne fiat pulchritudinis figuris: membris: locatiõne: claufulaq; utẽdũ est. Præterea grauitatis illius: quæ quum fit & uidetur parum. Molefta enim auditoribus est: quæ methodo fola conftat: eius plurimum infit. Hæc forenfi generi: fi communiffime quis confyderat: cõuenire nobis uidentur: fed uariari folet: ut quæ parcius adhibenda diximus: ea latius pateant: quum in fpecies defcendant: & maxime ut iam dictum est: quum hanc aut illam caufam amplectantur: a quibus omnibus quum una forma compofita fiat: ab ea quæ abundat orationem denominamus: ut his exemplis patuit: quæ ab oratore accepta fingulis formis fuperius inferuimus. Sed de forenfi in uniuerfum fati. Nunc de partibus eius dicamus. Quoniam deliberatiuum genus forenfe est: oportet ut quæ nobis

In forenfi genere quibus rebus confici poffit.

hactenus de forenfi genere: nunc de partibus eius

exponit: quæ alio quodam pacto. Nam quia non parũ auctoritatis ac ponderis præ fe ferre debet deliberatiua oratio: grandi oratione multo magis abundat: eamq; grauitatem: quæ & est: & uidetur haud parcius cõmifcebit. Nam est hoc fere deliberationi proprium: ut quod in iudiciali celandum fit: apertiffime hic adhibendum uideatur: itaq; præmeditationem ibi: orationis fubtilitatem: & acumen uerborum: & argumẽtorum oftendere plerumq; nocuit. Hic huiusmodi omnia etiã oftentare profuit: id ipfum de grauitate dicendum. Qua ex re palam est pulchritudine quoq; abundare oportere. Ad hæc moratæ orationis quod ex ironia acerrimũ est: mediocriter interponendum. Cætera iuxta communipræceptum est: in deliberatione habebuntur. Deinde rem fuam quifq; nofcat: ad eam orationem accomodet. Sed ad ea: quæ hactenũ dicta funt: partium quoq; orationis ratio habeatur. Iudiciale genus ex omnibus: quæ forenfem orationem formæ conftituunt: ita conficitur: ut his maxime abundet: quas in deliberatiuo minus acceperis. At quas deliberatio fufcipit liberalius: eas parcius occupet: nifi publica quædam effet quæftio: & de rebus magnis: & præftantiffimis uiris haberetur. Nemo enim dubitabit iudicalem caufam fi publica fit: fublimius atq; altiùs: & quod deliberatiuo accedat genus defyderare. Id uero iudiciale: quod priuatũ appellare libet: hoc est quod de re propria: quæ ad rempu. non pertineat fufcipitur: modeste orationis & tenuis maximam partem habebit. Barithetos: & fimilium minimã circũductione ex fententiis plurimum: parum ex artificio acre genus fententiis uerbis: figuris nonnunquã amplectetur cætera: ut omne forenfe genus poffidebit: ex quibus omnibus quod conficitur iudiciale appellamus. Verum hæc communiter tam de accufatorio: quæ defensorio genere dicta funt. Sed quoniam in iudicio aut accufamus aut defendimus: neq; idem omnino orationis genus in utraq; re nobis adhibendum uidetur: in quo differat breuiter diftinguamus. Defensoriũ genus moratæ orationis ex modestia & tenuitate plus habebit nihil uaribetos & acrimoniæ: nifi manifefte fallo nos crimine accufatores criminarentur: celeritatis etiã minorem curam defensor habebit: at accufator omnibus in oppofitum utetur: ut quanto fumiiffius ac fimplicius defensorium genus est: tanto excitatius: uehementius: atque acutius accufatorium fit: hæc cõmunius: cætera ut res poftulat faciemus. Demõftratiuum genus iudiciali & deliberatiuo crebrius immifcetur. Seorfum etiã nonnunquã tractari nulli dubium est. Quare fi aliis generibus aduenit ex re orationem magis minusue ad demõftratiuum atrahemus: ita tamen ut aliquid eius generis: cui permifcetur retineat: quæ Ciceronis exemplo: qui quum de Imperatore deligendo diceret: laudem Pompeii in puro ac amplo demõftratiõis egit genere. Poffumus fi locus datur a præcipaliore genere commode decedere: quod deliberatiuo magis

Deliberatiuum

Iudiciale priuatum

priuatũ

Barithetos

Defensorium

Accufatorium

Demõftratiuum

Pompeii



Andria

Quietum genus

Cap<sup>m</sup>. De historiae ratione

quod iudiciali: idcirco potest accidere: quod non parua similitudo generum sit. Nam quae in oratione pro Archia est demonstratio: & praeter iudiciorum eam fuisse consuetudinem ipsemet significat: & seperata fere a causa est. Demonstratiuum igitur genus omnia: quae deliberationis esse diximus suscipit: praeterquam quod splendor & dignitas: tanto magis hic quam ibi habebuntur quanto celeritas & grauedo hic minus. Nam ut hic honestiorem atque magnificentiorem: ita ibi mobiliorem & onerosiore licet adhibere orationem: quam ubique plenam atque rotundam efficiet demonstratio: quod erit: si non longe circumducatur: & dignitatem cum pulchritudine complectatur: & luculentam atque illustrem orationem nunquam & maxime membris relinquat. Verum forensis quidem generis elementa quaedam & quasi radices traditae sunt: quas si quis diligentius exercitatione consequetur: ipse bis nixus pulcherrimos: atque robustos ramos emittet: generososque fructus faciet: ac totius eloquentiae florem consequetur. Quietum uero genus & philosophicum: si absque dialogo est: magnitudinis partibus ceteris fere omnibus extra quam asperitate atque acrimonia consisti debet. Nam huiusmodi orationem necesse est propter ipsarum rerum elegantiam splendoris ac dignitatis habere plurimum: carebit uehementia: circumductionem parcius degustabit. Etenim eam orationis elationem hoc in genere petimus: quae & rebus conueniat: & cum claritati: tum tenuitati propinqua sit: quibus fere opposita est circumductio. Quare rari adhibenda ut tenuitas: quam non minus splendore asciscendam momentum interlucere sic possit: ut dignitatem non deiciat: iocunditas deinde ac cura: quae leporem sermonis faciunt non contemnenda. Hoc nam pacto pulchritudo quaedam mirabilis ac uera: robusta: non fucata: nec fictilis ierit orationi. Praeterea grauitatis illud: quod est: neque uidetur philosopho congruit: quod uidetur hinc fere semper exulabit: nisi cum studio se philosophus ostendet. Celeritatis parum aut nihil habebit. Recedit enim a quieto genere uelox oratio: quod dialogo accidere nonnunquam necesse est: Cui etiam asperitas & acrimonia: & non nihil minutae ac caesae orationis: quae quasi punctim efferatur inesse crebrius debet. Quare celeritas adhibenda: & cetera fere omnia dicendi genera tum ceteris pro natura rerum confusa: ut unum quid conficiant: tum etiam fere seperata. Accidit enim nonnunquam in dialogo: ut & mores & uerba multorum nobis confingendi sint. Quare accidet ut tenuitate fere pura: aut dignitate: aut acrimonia: ceterisque utendum sit. Verum hac de re paulo post dicemus. **N**unc ad historiam transeamus. Quum historia sit rerum gestarum diligens expositio: qui historiam scribit: primum dabit operam: ut rerum: & temporum ordinem seruet. Quod erit: si in rebus magnis memoratu dignis consilia primum: deinde acta: post euentus exequatur: hisque omnibus addet: quod cuique proprium est: de consiliis quid probeat: quid improbet:

significabit. In rebus gestis non solum quid actum aut dictum sit: sed etiam quomodo & cur demonstrabit. Euentus ita declarabit: ut causae explicentur omnes: uel casus: uel sapientiae: uel temeritatis: hominum quoque ipsorum non tantum res gestae: sed etiam qua fama ac nomine excellent: qua uita atque natura sint breuiter ostendet. Quod non ubique: neque de omnibus faciet: sed quum de singularibus atque illustribus uiris sermo habetur. Nec a totius historiae serie seperabit: aut tanquam rem alienam a ceteris diuidet: sed rebus gestis inseret. Neque enim propter haec rerum expositio: sed ut res clarius pateant: haec in historia explicari solent. Praeterea si multa diuersa que in eodem facta tempore sunt: nil artificiosius: quam ita dicere: ut altera res alteri inserta: & aliud alii negotium implicitum sit. Nam praeterquam quod supinum: & omnino deiectum est: nusquam egredi: nihil interponere: nec dignitatem orationi addit: nec auditori: quem in longo historiae ambitu uarietate mulcendum puto: euentuque rerum semper retinendum: ullam afferre potest delectationem: expositioni quoque rerum: quae ordine peragenda est: nimium aduersatur. Nam quum longum temporis spatium pleraque negotia conerant: si nisi quod inceperis absolueris: aliis manum iniiciendam non putes: reuolui saepe: atque uniuersa confundere tibi necesse est: sed modus est adhibendus: ne maiores fiat circuli: quam opus sit: ne uel tota historia sic implicetur: ut aut rarius quies habeatur: quam fessio lectori congruat: aut rerum oppresso multitudine: nisi quae legerit saepe repetat: confusio iniungatur. Ad haec paucis uerbis euentum: ut cupiditatem legendi exuscitet: nonnunquam praecipere oportet historicum. Ea quoque. T. Liuius ait uana: atque irrita legatio fuit. Saustius. Sed ea res forte melius: quam consilio gesta est. Haec praecipue longiorem etiam efficere licet: quum non magis sui: quam laudis uel uituperationis gratia assumitur: quam ex collatione quoque. T. Liuius edidit Verba eius haec sunt. Sequitur aliud in urbe nefas a libidine ortum haud minus foedo euentu: quam quod per stuporem cedemque Lucretiae urbe regnoque Tarquinos expulerat: ut non finis solum decem uiris: qui legibus: sed etiam causa eadem imperii amittendi esset. Praeter haec omnia non paruum historico curam adhibendam iudicamus: ut quid perstringendum breuius: quid sibi latius exponendum sit percipiat. Qua de re quid praecipui possit difficile dictum est. Res tamen alias narrationis breuitate ab soluendas dixerim: rationes quibus aliquid suadetur: siquidem historiae miscentur: historico quoque stilo breui narratione tangendas: ut illud. Legatos Romulus mittit: qui conubium nouo populo peterent urbes: quae ut cetera ex infimo nasci: deinde qua uirtus sua: ac dii iuuarent: magnas opes sibi magnumque nomen facere satis scire origini Romanae: & deos affuisse: & non de futuram uirtutem: proinde ne grauentur homines cum hominibus sanguinem ac genus miscere. Sic igitur quae historiae

Verba historiae

T. Liuius



conglutinantur: quasi enumeratione locorum dicuntur: sin ab ea i orati onem semouetur: diligentius acutiusq: & multo latius: q̄ historicū po stulat genus: breuius q̄ forense pertractandę sunt. Vnde fit: ut quum nihil inuentionis pretermittere historici quoque conentur paucioribz q̄ si agerent cūcta occupare uerbis necesse sit: fecundiores atque: ut ita dicam: pregnantes rationibus uideantur: quum uero prelia dicuntur: & quis moeror: quę trepidatio: quis timor uictis: uel quę letitia uictoribz incessit: explicatur: latissime omnia describenda sunt: ut qui legit nō au dire: sed uidere uideatur. Quam rem facit: si nullam: quę ad rem perti neat circūstantiam relinquet: & quum nihil minutarum etiam rerum pretermittat: modum quoque ad unāquāque rē adiiciet. Neque tamen in singulis ut oratores faciunt: immorabitur: sed singulorum expositio ne: non amplificatione consequetur: ut & res geri uideatur: & affectus moueatur: ex quo fit: ut in hac quoque minuta descriptione rerum ab historico genere: formaque narrationis non discedat: quam quidem de scriptionem tunc scilicet latissime occupabit: quum res magna accide rit. Non enim quid facerent solum: sed quid etiam singuli dicerent de scribere licebit: quod si quis quale sit uidere desyderat. **T. Liuiū** de fur cis caudinis legat. **H**is itaque consideratis reliquum laboris i genere orationis consumetur: quod solum atque tractum: & cū lenitate quadā equabili profluens sine iudiciali asperitate: & sine sententiarum foren si bus aculeis Cicero in oratore suo esse censet. Nos quoniam latius de hi storia dicere placuit (omisso enim huic generi multo magis q̄ caeteris opitulandum duximus. Forsan enim si historici generis radices apparu erint: inuenientur qui hoc quoque genere gloriam sibi parere cupiāt) **P**rimū quibus formis conficitur explanabimus: deinde historię quosdā dicendi modos tangemus. Demum Salustii & **T. Liuii**: quos his diebz in historia solum imitandos censeo: genus quale sit enodabimz. Histo ria omnes magnitudinis partes occupabit circūductionem maxime omnium. Nam quum breui multa narrare uelit historicz: ac orationis pondus q̄ mirabile ac singulare desyderet: hanc formam: qua utrunque horum maxime solet effici: quasi suam uendicabit. Ita tamen: ut neque confusam: neque obscurā reddat orationem: idque per se circūctio ha beat. Non enim licet historico: ut causas agendi elegantia sepius circū ductionis duritiem euitare. Quare claritas schematis & methodus ser monis circūductioni tāq̄ color infundatur: neque usquā fere orationis lux: & dignitas contemnetur: quippe quas formas uel sine circūductiōe ne satietatem pariat adhibere debet: quod nō temere: sed rebus accō modabit. Nam quum res gestę ita nobiles atq; magnificę sūt: ut spēre sua earum expositio non parum orationē efferat: circūductionē minus occupabit. Tenues res ea circūductione completetur: ut neque obscurz

T. Liuius

Cap. quibus formis hystoria  
conficitur

fit: & debitum historię orationi pondus consequatur: uehementiā: aspe ritatem: & acrimoniā omnino reiiciet. Nō enim equaliter profluit hęc oratio: sed aculeis: & quidem nimium duris atq; acerbis plenissima est. Quare si circūductioni: aut aliis etiam formis: quibus utendum histo rico censemus: harum idearum schemata quędam: uel methodus inest: omnia hęc pretermittenda ducimus: uerba uero & numerum: quęq; nu merum faciunt: in duritiem modo non exeat oratio diligentius conse ctetur licet. Preterea pulchritudinis expertus non erit: ut neq; ualido & ro busto colore careat: & nimium festiuam orationem: quę pondus deiicit recuset: celeritatis nullam habebit curam: nisi ne dormiens & somnicu losa oratio uideatur. Moratę orationis plurimum interponendum ar bitror. Nam quum respōsa & dicta quorūdā enarret: sic dicere necesse est: ut quicquid grauius: demisse: timide: sapienter: uafre: caute: temera rie dictum: aut responsum sit: ipsa compositione orationis eniteat: & af fectus mites citatos mouere non oportet: quod non amplificatione: neq; mora i affectu locoz: uel ipsa rez explicatione: & plerūq; nullo affectu loco: solo genere orationis conficiet. Itaq; appareat oportet si quid mo leste: si quid libens: si quid admiratione: stupore: negligētia: probando: uel uituperando cōscribit. His omnibus formis unum genus conficiet. Ea q; omnium compositione utetur: ut quum omnes simul erudito le ctori interluceant. Illa tamen uincat: quę rebus conuenientior est: neq; idcirco a plenissima oratione unq; discedendum. Adhibitas uero in se natu uel in concione orationes breuius: ut diximus: ac subtilius edet: q̄ actori necesse est. Nam & citatōres affectus: q̄ historia desyderat: & acrius dicēdi genus occupabit: & ut breui absoluam: & historicam ideā oratio sapiat: & ad duos forensis generis aculeos nō perueniet: sed mi tiores aliquātulum possidebit. **N**unc modos quosdam: qui tamen ad formatum methodos: aut certe ad schemata pertinent: ut res tota ante oculos ponatur: ut polliciti sumus subiiciemus. Primum ergo causa tū dignitatis: tum breuitatis: quam circūductio facit: danda est opera: ut infinita q̄ plura ex unico pendeant uerbo: ut illud Ciceronis. Equitibus Romanis litterę afferuntur: qui ad me causam reipu. periculaq; rerum suarū detulerunt: bithinię quę nunc nostra prouincia est: uicos exustos esse complures. Regnum ariobarzani: quod finitimum est: ueltris ue stigalibus totum esse in hostium potestate. Lucullum magnis rebz ge stis ab eo bello discedere. Huic qui succurrerit ad tantum bellum ad ministrandum non satis esse paratum: unum ab omnibus sotiis & ciui bus ad id bellum imperatorem deposci: atq; expeti: eūdem hunc unum ab hostibus metui: preterea neminē. Habet hic modus facilitatē quādā & lenitatem: neq; facile orationem inuenies: quę hac aequabilis fluat: breuitatem uero: & claritatem mirabilē possidet. Quare quū sit modus

que uocabit historiogra

orones in concione quom  
narrabit historiographu

Cap. de modis historie

Dignitas  
Breuitas  
Curo p. pom.



omnino historicus narrationi etiam oratoris accommodatur. Est enim affinis historia: quod & clara & breuis esse laborat. Verissimile sola flagitat fide: quare una cum affectibus: cum maxime a narratione historica differat: quum huiusmodi nacti sumus narrationem: que aut sua sponte affectus habeat: aut minus curandum de affectibus sit: ipsa quoque per se res uerisimilis uideatur. Historice narrationis modum adhibere non alienum: cui illud schema: quo pro preterito perfecto accipiuntur infinita proximum est. Nam si quid suppleas idem fiet: & in utroque: nisi comoratio insit. Nulla hinc orationis iocunditas est: hoc tamen ultimum in oratore difficilius reperies. Quare huius exemplum. T. Liuius prebeat. Primo inquit deprecari ignominiam: deinde intercedere: negare se ante idus decemb. solennem in eundis magistratibus die habituros esse. Interea tribunus plebis. feroces repente minari tribunis militum. Circumducentia item schemata: & inter se & recte orationi orator rarius: sepius atque plenius historicus immiscebit. Numitor inter primum tumultum hostes inuasisse: urbem atque adortos regiam dictitans: quum pubem Albanam in arcem presidio: armisque obtinendam aduocasset: postquam iuuenes preparata cede pergere ad se gratulantes uidit: extemplo aduocato consilio scelera in se fratris: originem nepotum: ut geniti: & educati: & cogniti essent: eodem deinde tyranni: sequi eius auctorem ostendit. Plenissimam hoc pacto: & multitudini rerum congruentem: in qua singularis insit breuitas: reddemus orationem. Hanc plenitudinem crebrius in historiam quum ascendas: non ceterarum interpositione solum: uerum etiam huius ipsius uarietate satietatem uitabis. Nam quam multo latius quam cetera pateat: & suis schematis nunc his: nunc illis: uel iisdem alia serie acceptis: & ceterorum apud hanc modorum hospitio uaria nimis & suauissima erit: dictiones etiam eque: que quasi subcontinuationibus notae sunt postpositae: uerbisque copulatae. Quod preter expectationem interueniant offensione exuscitant: ut in his. T. Liuii uerbis. Qui duo populi deletus acerbitate consternati retentis conquisitoribus metum defectio: nis quum prebuisent: oppressi celeritate Hannibalis omiserunt mota arma. Verborum quoque ac inuolutionum tum singulis: tum in pluribus multo plus historico quam oratori licentia datur. Sed ex his paucis facile cetera percipiuntur: quare si quo pacto nunc compositione affectus in historia mouentur. Nunc etiam loco & eius qui dicit mos quidam aut affectio subappareat ostendemus: de ipso. T. Liuius postea loquemur. Quum ergo quod boni omnes debent immensum moleste se ferre legum aceruum significare uellet: his orationem uerbis contexit. Decem tabularum leges perlatas sunt: que nunc quoque in hoc immenso aliarum super alias aceruarum legum cumulo fons omnis publici priuatique est iuris. Illud uero quam impatientem oratu animum ostendat: quis non uiderit?

Schema.

Deprecari. p. deprecari

L.

Verborum inuolutiones

T. Liuius  
p. modus

T. Liuius

Abi hinc cum immaturo amore ad sponsum inquit oblita fratrum mortuorum: uiuique oblita patriae: sic eat quicumque Romanum lugebit hostem. Verum ut hic membrorum breuitas: repetitio demonstratio cum imperio molestiam: impatientiam: nimiamque animi ferocitatem: uel ipsa compositioe representat. Ita ibi breuitas recta: & facilius uerborum cursus iactantem pro oculis ponit. Princeps Oratius ibat tergemina spolia pro se gerens. Quae bene etiam lacrymas moueat: atque ex imo pectore sola uerborum structura singultus euellat paucis apud eum Icilius Virginie sponsus ad puellae uades & quidem terrendo Appium declarat. Verba haec sunt. Atque ille lacrymabundus gratum est inquit scilicet crastino die uestra opera utar: sponsum nunc satis est. Ita uindictur Virginia spondentibus propinquis. Loco autem quod erat alterum ita degustandi affectus sunt: quum oporteat: ut nulla in oratione: sed sola fere locorum enumeratione utamur: nisi quis ita carptim historiam scribat: ut demonstrationis aliquid etiam immiscere necesse sit. Tunc enim commorari magis & amplificare singula licebit. Verum quod dicebamus: & si superioribus latere non potest: tamen hoc etiam in exemplo consideretur. Exanguis corpus sublatum ostendit populo: scelus Appii: puellae in foelicem formam: necessitatem patris deplorant. T. Liuius grandis est circumductione: supra quam dici possit: cum qua tamen summa est claritas: fusus: equalisque adeo: ut lacteo par flumini oratio sit sua. Pulchritudinis & iocunditatis tantum adhibet: quantum possit orationem delinire: & ab altitudine non deicere. Nam adeo uariis schematis ornat: eoque ordine fere naturali apud eum res circumductae sunt: ut ultra quam dici possit dulcis suauisque uideretur: Nisi aspera locatione nimium iocunditatis comperaret. Quare mihi recte ut puto haec iudicanti non Herodoto solum ut multis: sed & Thucydidi simillimus uidetur. Gradem ab hoc: suauem ab illo mutuatus orationem. Hunc uirum si quis bene orationis suae uim intellexerit: non magis inter historicos: quam inter preclaros oratores enumerabit. Mirum enim dictum est quum apud eum persuadere quisquam cuiquam uelit: qua rationum copia: quibus aculeis: quo affectu utatur. Ita tamen ut & forense genus declinet & ab historico quum non omnino recedat ad forense transisse uideatur. Verum ei grande illud historice genus ita compositum est: ut nunquam humilitate rerum demittatur: nunquam magnitudine ulterius quam oporteat efferatur: nunquam denique multitudine confundatur. Ita que equalis sibi per omnia fluit oratio. Neque quantum in se est aliud: atque esse uideri potest: nisi forte res: quis uim una cum ea considerat: sed nos ea seiuncta ideam qualisnam sit excogitandum putamus. Non enim ut in causis pro pondere rerum mutanda: sed eadem fere ubique oratio affectanda est. Quare non mirum si cum

Lans. T. Liuii



Cicero's laus

rebus orationem orator accommodat: orationi res historicus coapta-  
re conetur. Quae res facit ut quum idem genus fere ubique sit: pro di-  
uerfitate tamen rerum uarietas infit. Varias enim res non nisi uariis  
eodem modis reducere possumus. Quod T. Liuius adeo mirifice con-  
fecit: ut idem pene sit de perfecta historiæ forma dicere: & de ipsius  
oratione disceptare. Neq; hoc dico q̄ putem summum illud eloquentiæ  
Ciceronis flumen: si in historiam deriuatum fuisset: non multo prestā-  
tius: elegantius: iocundiusq; futurum fuisse. Nam quantum excellere  
potuisset: inde maxime intelligi potest: q̄ quuz per multiplices causa-  
actiones in consentaneum historiæ genus incidit: & magnitudo inest  
multo mirabilior: atq; grandior: & facilior oratiōis cursus quidam atq;  
deflexus. Singularis etiam pulchritudo & iocunditas non impedimen-  
to magis sublimitati: q̄ condimento. Clausula uero & locatio: totusque  
numerus ut auribus multo suauior: sic ab oratione luculenta non alieni  
or: quem tamen si uoluisset facile ad asperius detraxisset. Quare illos in  
fanire credendum est: qui magna uoce audent prædicare. Ciceronem si  
historiam conscribere uoluisset. T. Liuium exquire non potuisset. Neq;  
nos quoniam perfectum historiæ genus: & liuianū idem pene diximus  
nihil unq̄ eo excellentius inueniri posse credimus: quippe nullus nisi q̄  
eloquentiæ uim quanta q̄q; ampla sit: percipere nunq̄ potuit: dum mēte  
captus non sit: huiusmodi monstrum cogitabit. Verū quoniam omni-  
bus: quos uidere in historia contigit. T. Liuium antepoimus. Non  
dubitamus illum summum dicere: qui uersatos in eo genere uniuersos  
maximo post se spatio reliquit. Illum enim ego semper auctore sequar  
qui quis sumum Demosthenem putabat oratorem: minime tamē ma-  
ius quid atq; amplius inueniri posse dubitabat. T. Liuium ergo histori-  
co per omnia imitandum putamus: nisi quis carptim historiam cōscri-  
bit. Nam tum & ad demonstrationem declinabit: & ab effusa Salustii  
copia nōnihil poterit assumere: quem ita probamus: ut si ex his paucis  
quæ inueniuntur iudicium facere oporteat: quis ei. T. Liuiū longe præ-  
ferimus elegantia: tamen faciliore orationis cursu: & electione uerborū:  
& membrorum rotunditate: & inuouatione: in qua potissimum Thu-  
cydidem imitatus est: præponere non dubitamus: sed horum ultimum  
eius proximum & medium ei carptim scribenti conueniunt: quæ medi-  
um præcedunt a robustiori historia subaliena nobis uidentur. Verum  
totius nostri operis iam finem imponemus: si quoniam non secunduz  
causas tantum: sed partisq; orationis dicēdi formæ mutāt. Hac etiā de  
re pauca disseramus: quod ita faciemus: ut de aliis quoq; oratoris offi-  
ciis: si quid occurrerit dicere non recusem. Exordio circūductio maxie  
conuenit: & morata oratio ex modesto: honestoque dicendi genere:

Salustius

Cap. de formis partiu oronis  
ut de exordio forma etc

De exordij formis

uehementia omnis & acrimonia longe absit. Claritudo infit: nō omni-  
no inde exterminetur iocunditas: sed sponte affluere: non accersita ue-  
nire uideatur. Præterea huius generis sit: ut a totius orationis forma nō  
abhorreat. Nam quæadmodum ita inuenitur exordium: ut ex ipsa cau-  
sa oriatur: totamq; causam aperiat non expositione rerum: neque locorū  
præpositione: sed ea tangendo: quibus tota res sustinetur. Quod Cicero  
pro Ligario maxime ostendit: sic formarum in eo compositio totius  
orationis modum imitetur. Narrationi quas formas de integro attri-  
buam non inuenio. Quare mihi ex partibus quod ei genus idoneum  
magis sit describendum uidetur: quod in aliis etiam plerunq; oratori  
faciendum pro natura rerum non ignoramus. Schematis ergo purum  
sermonem consequatur narratio: membris dignitatem exprimat: neq;  
id quantitate magis efficiat: q̄ locatione: clausula: & numero: quo p̄ rez  
conditione nunc duro ac aspero: nunc luculento & splendido: rarissime  
iocundo utatur grauitatis: quod uidetur: & non est: tam hinc: q̄ ab exor-  
dio eiiciatur: a ceteris quoq; orationis partibus omnino exterminetur:  
nisi quum cetera duo membra ita res non patitur: ut illo confugere no-  
bis necesse sit. Præterea ueritas onerosusq; sermo non omnino absint:  
plena oratio non schematis: neq; compositio: sed immoratione infit:  
ut non rem nudam aut summam (neq; enim historiam exponimus)  
sed circūstantiis iplicitā minutius ampliusque quod modo fieri solet:  
sic efferamus: ut non doceamus solum: sed incitemus. Nihil enim ma-  
gis auditores ad fidē rapit: q̄ si quos uelis affectu acriter moueas: porro  
affectus nō inuentione magis q̄ dicendi genere concitatur. Nā inuētio  
uel nuda uel non idoneo edita genere frigida nimium est: & ab omni fer-  
me motione remota: quod ita esse collocatiōe similium locorum: quos  
a Cicerone ac Graccho Gelius excerpfit breui ostendamus. Vxor in-  
quit Gracchus enūtiat uiro parum cito sibi balneas traditas esse: & pa-  
rum lautas fuisse: idcirco palus destitutus est in foro: eoq; adductus fug-  
ciuitatis nobilissimus homo. M. Marius uestimenta detracta sunt: uir-  
gis cęsus ē. Hęc quidem oratio lōge ab oratoris abest facultate. Nam tā  
uiolentū atq; crudele facinus nō iniurię. p. cōtestatiōe: nō graui inuidia:  
nō acri indignatiōe ampliter insigniterq; aut lacrimose: atque miseran-  
ter persecutus est: sed inuicem nuntiatas nudam rem exposuit breuiter  
quidem ac uenuste: sed nos eam breuitatē narratiōis pbamus: quæ ita  
affectit: ut quæ gerantur uidere: nō audire auditores uideantur: ut Cicero  
in Verrem. Ipse inflāmus scelere furore in forum uenit. Ardebant  
oculi: toto ex ore crudelitas emanabat: expectabant omnes quo tādē  
pgressurus: aut quidnam facturus esset: quum repente hominem pripi  
ac in foro medio nudari: ac deligari: & uirgas expediri iubet. Cędebatur

Cicero p. Q. Ligariū  
Narrationis forme

Gelius

Cicero in Verrem



in medio foro Messangius cuius Romanus: quum interea nullus gemitus: nulla uox illius miseri inter dolorē crepitumque plagarum audiebatur: nisi haec: cuius Romanus sum: hac commemoratione ciuitatis omnia uerba depulsurum: cruciatumque a corpore deiecturum arbitrabatur. Procursu deinde & comploratiōe utitur amplissima: ut tam acerbę rei detestationem: & odium in Verrē apud ciues Romanos intense: acriter: atque inflāmanter faciat: quum hęc addat. O nomen dulce libertatis: o ius eximium nostrę ciuitatis: o lex portia: legesque sempronie: o grauiter desiderata aliquādo reddita plebi Romanę tribunicia potestas. hęc cuncta tādē hęc omnia reciderunt: ut ciuis Romanus in prouincia populū: in oppido foederatorum ab eo: qui beneficio populi ro. fasces haberet & secures deligatus uirgis in foro cederetur. Quāta igitur hac ex oratione comploratio: quę toti rei sub oculos subiectio: quod & quale inuidię atque acerbatis fretū efferuescat: nullus tam agresti est aure: atque animo: qui non percipiat. Gracchus uero quum palum dicat in forum destitutum esse: uestimenta detracta: uirgis cęsum esse: rem nudam ita enuntiat: ut ne ut historicus quidem moueat: sed quasi exanimis iaceat oratio. Hęc latius diximus quod uideamus: & quidem eos: qui hanc facultatem longo tempore doceant a sicco & exāgui sermonis genere: omnibusque denudato carnibus: atque ossa passim arida offerenti: nunquam discedere: qui quoniam id efficere: quod oratori opus est: neque ipsi per se possunt: nec cęteros docere ualent: desinant aliquando id profiteri: quod nunquam habuerunt. Pręterea minutos quosdam philosophos his exēplis simul: & auctoritate Gelii: a quo hęc sumpta sunt castigandos putauimus. Nam his temporibus multi sunt: qui prędicare audeant dialecticā: eāque philosophiam: quę de natura rerum habetur: in deliberationibus atque iudiciis oratoria facultate multo amplius posse. Nam inuentio aiunt dialectica subtilitate acquiritur: affectus naturali scientia quod sit: & unde commoueatur: certa ratione comprehenditur: quę duo in dicendo plurimum posse quis dubitat. Vex nos & si non nihil dialecticas artes iuuare cōcesserimus: idque parua sui parte: ac solis conficiat isagogis. Nam si quis ulterius procedat oratorię facultatis neruos incidit: non tamen egregiā inde commoditatem oratori pręberi primo ueterum auctoritate: deinde re ipsa rationeque inducti credimus. Nam circūstantias: quibus hęc tota copia cōtinetur non inde orator: sed hinc dialecticę: si quā eas attingit mutatur. Affectus uero: qui inuentione magis: quę orationis compositione ampla magnifica: miserabili: tristi: querimonia: & indignatione plena. Pręterea tenui: supplice: modesta: iocunda: inflammata: acri: horribili: cęterisque huiusmodi cōmoueri atque incitari arbitrat: uel his exēplis frāgatur. uel frustra reclamare oportet. Vex hęc accusatoris: defensoris

exclamatio

autem narratio: aut simplicem expositionem habebit: aut attenuationē e contrario: cui nescio si quid magis quā in lenius mutatio uerborum congruat. Ut sit quod ille avaritiam: tu diligentiam appelles: quod ille temeritatem: tu fortitudinem: quod malignitatem callidam ille: prudentiam tu atque prouidentiam. Sed hęc de narratione sufficiant. Confirmationi autem & confutationi uaria pro argumentorum natura genera solent attribui: adeo ut nullum dicendi genus: nulla forma inueniri possit: quę his partibus: & quidem omnibus suis partibus idonea non sit. Quare oratoris est quo quando utendum sit intelligere: neque solum per integras formas persequetur: & inseret: uerum etiam quum quasi elementa: quę a nobis dicta sunt habeat: hic methodum: inde membra aliunde schemata: uerba: locationes: numerum diligenti cum ratione sibi asciscet. Quod ut cunctis pateat: quid omnibus fieri deceat paucis subaperiemus. Circuitiōne uti oratores uidemus: sed ea ratione ut rem uel paruam efferant: uel honestius turpem enūtient: uel ne tristes: aut molesti auditoribus esse uideantur: quę iteratione uerbi fiunt rem extollūt: & commodissima sunt: quum uel in odium uel in gratiam quicquid adducere conamur. Item quum rem affirmare magis & uere ac ex animo dicere uideri uolumus. Pręcisiones & occupationes tunc locum habent: quum maiorem in animis auditorum suspicionem relinquere & uolumus & debemus: quę res ipsa sit. Sed illis etiam in re turpi: his semper quum res dictu utilis. Verum quoniam uel parua uel nota: uel molesta sit non parum dicta nocet: occupata plurimum potest. Hoc igitur pacto cętera quoque omnia nobis examinanda sunt: quę nunc dicere exemplisque approbare idcirco superfedemus: quoniam quanto longiora hęc sunt: tanto nos magis ad finem festinamus. Si quis uero hęc rectius intelligere cupiat: is primo dabit operam: ut quot modis quicquid fieri possit percipiat: deinde quid eo efficiatur acrius perpendat. Nam si hęc uiderit exercitatione adhibita: & facile quod uult: & loco persequetur. Quare consilium & facultas siue copia: quę totam hanc artem complectūtur his fundamentis haberi possunt: ut si cōmoratione utendum sit: quam non schema: nec minutio rem quandam: sed omnis bonę orationis methodum ducimus: quum uel uerbis hęc uel sententiis fiat: & illud in hęcione ac multitudine: hoc commentationibus: & in uniuersum collatis rationibus fiat. Verbis quidem rem ampliorem: sententiis: fide efficimus. Quare illud ut auditores magis moueantur: hoc ut credant adhibetur. Itaque ut in hęcione: quę inuentum extendit magnitudine rerū & oratorē affectum ostendit: & auditoris animum penetrat: sic ambo haec multitudo: quę singulorum membrorum uel uerborum eiusdem potestatis numerum habet multitudine reddere solet. Vtrunque etiam simul tum

Confirmationis foru

Circuitiōne cur oratio utatur.

passiones  
occupationes

Verba

In hęcione



Comentationes

inuenitur quā membra: quibus multitudo constat: in hēfione cōcrefcāt. Cōmentationes autem ad mollienda duriora: uniuersi ac generales sermōnes ad comprobationem accipiuntur. Pręterea si uelocitatē iniectio breuis conficit: qua rationes rebus interponuntur: tunc adhibēda recte uidetur: quum quod diximus: nisi citius ratio succurrat: quam postea longioribus diluere non ita expediret: dubitationem asferre posset. Postremo idem uerbum crebrius adhiberi tum solet: quum alia ita signifi cāter rem non exponunt: quum hęc necessitas non cogat: nō copiam solum atq; delectationem: sed decorem quoq; ac magnificētiam uarietas efficit. Quare si nihil temere: nihil non loco: nihil absq; ratione certarum: personarum: locorum: temporum dicere cupimus: hanc per cętera omnia non schemata solum: sed methodos: uerba: membra: locatiōes clausulas: numeros diligenter uiam obseruabimus. Cęterum quoniam oratoris orationem ita uiuam atq; animatam esse uolumus: ut spiritu fere quodam moueri uideatur: quibus hoc assequatur orator intelligat. Alius enim est modus in exordio: alius in narratione: alius in aliis orationis partibus: quas etiam pro dignitate rerum: uarietatem accipere sepius iam dictum est. Verum hęc mobilitas uigorq; orationis in confirmatione ac confutatione magis desyderatur: ut non ficta & inanis: sed loquēs quodāmodo uideatur oratio: quod ut adipiscamur celeritatem maxime: asperitatem: & acrimoniam: uehemētiamq; suscipiamus: neq; desinamus multis uariisq; uis: quę tam rebus conueniat: auditores exuscitare interrogando: respondendo: diuidendo: optionem dando: exostulando: criminando: admirādo: aliaq; huiuscemodi. Nūc in deos imortales: mō ī iudices: mō in circūfusam multitudinē: modo in ipsos aduersarios. Interdum etiā in nosmetipsos acriter: uehemēter: magnifice: uel minute: sūmisse: tenuiter conuertendo. Maxime autē exuscitare illam methodū ego puto: & per totā orationē occupari posse: & omnib; partibus conuenire: neq; attentū solū retinere auditorē: sed cogere ut in aduersariū atrox insurgat. Quum ea quibus fauorem acquirere putauit aduersarius extorquem; ab eo: atq; eripim; & ad nostrā retrahim; causam: ut si quis a diis imortalibus exordiū caperet: his uehemēter confideret: eorūq; numina supplex enumeraret. Primū eos ipsos uocaret testes aduersarius: deinde crimina ita exponeret: ut quū illi ipsi dii contempti atq; sprete a reo uideantur: iratiores futuri auditorib; credantur: nisi eorum ultionē exposcant. Sed de his satis. Perorationis uero genus siquidē per indignationē fit: amplū: luculētū: atq; magnificū sit: raro sine circūductione: nisi eluceat cōmoratio. Pręterea asperū: acre: uehemens: exuscitatū maxime ac uiuū: & mobile uariis schematis: membris: numero componatur. Absit inde modestum genus: si turpia sunt quę dicunt

perorationis forme

nihilominus propriis ac significantibus: uel quę maiorem turpitudinē significant & uerbis & exornationib; efferantur: & ut breuissime dicā: omnis affectus irę: indignationis doloris: odii: quicquid acriter: aspere: uehemēter per totam orationem tactū est: id maxime in poratione enitescat oportet. Commiseratio ac conquestio sermonis membra: splendoris numerum: pulchritudinif schemata contineat: omni circūductione careat: asperum aut acre & uehemens & uelox genus non adhibeat. Nā quum perorationi nihil magis q̄ uerborum cōmoratio conueniat: indignationi uelocitas semper adsit: ut & si in eadē re conuersemur: tamē aliud atq; aliud dicere putemur. In conquestione commoratio pateat: & tarda & non uelox oratio uideatur: & demum uarietate doloris uarietur. Harum rerum idcirco non attulimus exempla: q̄ quiuis oratiōib; Ciceronis habitis facile cūcta inueniet. Ultimū illud addatur: q̄ non omnia quę inuenit: neq; cūcta similiter dicēda oratori putamus. Sed quę dicēda sunt iudicauerit: nec erit sibi minor cura: ut quid dicendū sit uideat: q̄ ut quid prętermittendū intelligat: & ut minus robusta ampliore atq; logiore dicet oratiōe: sic firma breuiter enūtiabit: nā & ibecillanisi oratione sustentātur: cadunt: & quę per se firma sunt & stabilia uerborū multitudine enumerātur & defluunt. Sed huius quoq; uoluminis totiusq; huius pręceptionis iā finis sit. Cętera si qua supersunt (supesse autē multa scimus) in aliis si ociū dabitur breui; exponētur. Hęc uero quę dicta sunt: si quis utilia iudicabit generi potius q̄ mihi honorē attribuat. Nō enī me magis q̄ totū gręcorū genus e tenebris emersū lucē cōspicere uellē: si nihil ad cōmunē putabit utilitatē pertinere: nō generi sed mihi totum ingerat: qui forsan temeritate impulsus maiora q̄ ferre possū susceperim onera: q̄ uis deprecari ueniam liceat partim quia aliis occupatus hęc longius examinare nō potui: sed ut semel & properāter scripta sunt: ita festinanti; edita: partim quia nihil ab his mihi pręceptis alienius uidetur: q̄ infantię studiis: quibus uitā docendo sustinemus uehementius detineri. Illud maiorem in modū ab omnibus petimus: ne hoc nisi q̄ emendatissimum apud se opus esse patiantur. Τελοσ

Quę superat reliquas artes est facta georgi  
Ars bene dicendi munere nostra tuo.  
Correxit ueneta rētor benedictus in urbe.  
Hanc emat orator qui bonus esse uelit.  
Si nescis ubi sit uenalis: quęre Iemanum  
Spiram: qui precii codicis auctor erit.  
Coradinus.

A. ortu  
docto  
154



